 habitu principij circa ipsum elicito. Et igitur q̄ non  
 possit intēdi habitus cōclusionis sine intensioe habitus  
 principij: nō tñ sequif̄ q̄ sit idem habitus numero huius  
 z̄ illius: sicut nec eadem est notitia. ¶ Quarto dico: q̄ nō  
 solum post habitū: sed z̄ ante potest̄ cognosci cōclusio. esto  
 q̄ tūc actualiter non cognoscatur omnia principia eius  
 mediata z̄ imediata v̄trōq̄ ad prima: alia nūq̄ possit na  
 turaliter acquiri notitiā cōclusionis tertie: vel. s. aut alter  
 rius: multis alijs p̄p̄positis: cū non sit possibile simul  
 tot notitias naturaliter habere: vt̄ experientia manifestat:  
 vnde videtur mihi: q̄ sicut illa prima notitia et p̄positio  
 que est maior demonstratio mentalis z̄ alia etiā p̄  
 ma p̄positio que est minor: causant notitiā tertā que est  
 cōclusio: z̄ p̄positio non prima: sic ista notitia tertia reman  
 ens in intellectu vel cum quadā alia notitia prima: vel  
 etiā non prima. Si tñ ambe sint p̄missē eiusdem demon  
 stratiois causant alia tertiā: etiā si ille due p̄missē ex quib⁹  
 vnus p̄clusio causata fuit desierit esse. rursum z̄ ista  
 tertia cum quadā alia causat alia: z̄ sic v̄tra: nec oportet  
 imo nec est naturaliter possibile: q̄ cuiuslibet cōclusionis  
 omnia principia simul actu cognoscatur. Et p̄sequens  
 nec q̄ eoz̄ habitus simul intēdātur. p̄ qd̄ etiā patet: q̄ ra  
 tio illa nō sufficēter p̄bat q̄ cōclusionis et omnium princi  
 pioz̄ suoz̄ sit vnus habitus numero: sicut intēdit opinio.  
 ¶ Ad secūda cōcedo cōclusionē que sequitur: q̄ si habitus  
 intellectualis est vnus numero: nō tñ ex hoc sequif̄ q̄ di  
 uersarū cōclusionum aut cōclusionis z̄ principioz̄ sit vnus  
 habitus numero: q̄ nec sunt etiā eiusdē speciei. vnde si  
 cut habitus corporalis vni⁹ speciei specialissime est vnā  
 forma numero in vno subiecto. Non autem omnes habi  
 tus corporales eiusdē generis existēs in eodē subiecto  
 sunt vnus habitus numero: nisi p̄ accidēs ratione vnus  
 subiecti. vnde albedo z̄ dulcedo nō sunt p̄ vnus habi  
 tus numero: et sicut etiā habitus affectiuus vel moralis  
 vnus specie existēs in eodē subiecto est vni⁹ numero: non  
 tñ oēs habitus morales eiusdē generis existēs in eodē  
 subiecto sunt p̄ vnus habitus numero: imo etiā nec iu  
 stitia cōmutatiua z̄ iustitia distributiua que sub propin  
 quiori genere habitus p̄t̄inetur sunt vnus habit⁹ nume  
 ro: nec etiā tēperātia circa passiones gustus z̄ temperan  
 tia circa passiones tactus sunt vnus habitus numero. Et  
 v̄trōq̄ saliter nulli habitus inclinātes ad actus diffimī  
 les et nō eiusdē ratiois (quātūcūq̄ sint in eodē subiecto)  
 sunt p̄ vnus habitus numero: sicut in q̄s est in p̄p̄. sic

etiā est de habitibus intellectualibus. Nam quilibet ha  
 bitus vnus speciei specialissime vnus subiecti est vnus  
 numero: nō minus q̄ habitus corporalis vel habit⁹ mo  
 ralis: sed habitus diuersarū specierum (quales sunt ha  
 bitus diuersarum cōclusionū et habit⁹ cōclusionis z̄ habi  
 tus principioz̄) nō sunt p̄ vnus habitus numero: de  
 qua vnitate numerali habitus nunc est sermo. ¶ Ad ter  
 tiā dico: q̄ si quēcūq̄ forme que nō sunt p̄ vnā formā  
 numero dicatur vnū vel vnā p̄ aggregationē tñ cōcedo  
 primā partē p̄sequētis: et etiā secūda si intelligat̄ se de  
 vnitate numerali. vnde nec metaphysicā et geometria sunt  
 vnā forma numero: nec omnes partiales geometriae sunt  
 vnā p̄ se geometria vel vnus habitus aut vnā forma nu  
 mero tñ. Verū tamen vnā partialis geometria cum alia  
 magis cōuenit: q̄ cum metaphysicā. quia in inferiori z̄ ge  
 nere p̄p̄nquior. Sicut etiā vnā tēperātia magis conue  
 nit cum alia alterius speciei: q̄ p̄ueniat cum liberalitate  
 vel iustitia: nec tñ (vt̄ dictū est) sunt vnus habit⁹ numero.  
 ¶ Ad quartā cōcedo anis z̄ similit̄ p̄mā z̄ p̄s: quia est  
 indefinitū. Sed ex hoc p̄cludif̄ p̄positū: q̄ nō oēs con  
 clusiones vel scie eiusdē generis. (verbi gr̄a. geometricē)  
 sunt a diuicem essentialiter ordinate: quoniam alicue  
 sunt nullatenus inuicem dependentes: vt̄ superioris di  
 ctum est. et per consequens saltem de talibus non probat̄  
 argumentum: quod intendit arguere probare. Tūm  
 quia etiā esto q̄ iter essentialiter ordinate sint vnā: siue  
 intelligat̄ de cōclusionib⁹ siue de sciētijs seu habitibus:  
 qd̄ esset p̄bādum. Sed sequif̄ q̄ illa prima est vnā: qd̄ cō  
 cedo: imo argumētum magis arguit oppositum: quoniam  
 quēcūq̄ sunt essentialiter ordinate: sunt realiter numero  
 distincta z̄ specie. ¶ Ad quintū nego maiorem. Nam vnā  
 potentia numero potest̄ habere actus diuersarum ratio  
 num et circa diuersa obiecta specificē: habitus autem  
 vnus specie et numero non habet actus taliter diuersos  
 neq̄ obiecta.

Quantum ad secūdū articulū: qualiter plurū  
 cōclusionū sit sciētia vnā vel habitus  
 vnus: z̄ quarū sic: z̄ quarū non. Non conclusiones tres.  
 ¶ Prima est: q̄ si cōclusionum que dicuntur ad vnā sciētiā  
 p̄tinere subiecta sunt vnū genere subalterno z̄ omnium il  
 larum multitudo dicif̄ vnā sciētiā vnitate generis subal  
 terni. Secunda: q̄ taliter sunt vnā sciētia ille sole specia  
 les z̄ partiales sciētiē: qualiter est idē gen⁹ p̄ se subiecti.  
 Tertia: q̄ non quicūq̄ habitus habent idē genus per se  
 subiecti sunt vnus tali vnitate. Sed quicūq̄ habēt idē  
 gen⁹ subiecti z̄ ex eis dē genere primis principijs p̄cedūt  
 sunt sic: seu tali vnitate generis vnus. ¶ Primum conclu  
 sionē p̄bo: aut talitū sciētiarū vnitas est numeralis: aut  
 specificā specialissime: aut est vnitas tñ generis genera  
 lissimi: vel ea aliq̄ alia minor: aut est vnitas generis subal  
 terni: nō aut̄ est vnitas numeralis: vt̄ p̄batum est articu  
 lo p̄cedēt̄: nec vnitas speciei specialissime. Nam obiectū  
 scibili alterius z̄ alterius rationis sciētiē sunt alterius  
 z̄ alterius rationis: et non solum hec: sed eiusdem obiecti  
 scibili sciētia a priori et sciētia a posteriori sunt diuer  
 sarum rationum: vt̄ patet ex p̄cedenti questione.  
 ¶ Præterea. Magis cōuenit sciētia quā habet Sortes  
 de a. per aliqua principia cū sciētia quā quicūq̄ quā habet  
 Plato de a. etiā per eadem principia specie. q̄ sciētia  
 quā habet Sortes de a. cum sciētia quā habet idē de b.  
 igitur iste due sciētiē eiusdem a. et b. differunt specie.  
 ¶ Præterea. Si oēs tales essent vnā specie: essent etiam  
 vnā numero: cū vnus oppositum est p̄batū. p̄sequētis pa  
 tet: quoniam in eadē anima nō sunt plures habitus nume  
 ro z̄ nō specie differētes: vt̄ omnes p̄cedūt. Non est igitur

illu

vnitas speciei specialissimè: sed nec est vnitas generis generalissimè: vel alia minor ista: quoniam tunc due partes geometrie non magis essent vnitas scientie: q̄ vnitas medicinae et geometria nec magis conuenirent q̄ geometria cum temperantia vel albedine aut alia qualitate corporali: cū omnes tales forme sint eiusdem generis generalissimè. s. qualitatis. relinquere ergo q̄ sit vnitas generis subalterni. et sic patet prima conclusio. ¶ **Secunda conclusio** p̄bo. Quatuor cūq̄ scientiarū est idem genus p̄ se subiecti: et eadem genere prima principia p̄pria: ille sunt vna scientia vnitate predicta: sed quatuor cūq̄ est idem genus per se subiecti: sunt etiā eadem genere prima principia p̄pria: igitur maior patet per philosophum. 1. poste. c. penult. dicentem. vna scientia est: que est vnus generis subiecti: que cūq̄ ex primis componitur. vnus autē generis subiecti vel dicitur ille quatuor subiecta ab eis fm vnā cōmuni rationem vel conceptum fm per se analogiā ad aliquod vnum cōsiderantur. ¶ **Unde philosophus. 4. metaphys. Non solum inquit eorum que fm vnum dictorū est vnus scientie speculari. Sed et dictorū ad vnā naturam sup quo lōmen. ait. Res enim que habet vnā scientiam non solum sunt quatuor subiectū est vnū specie aut genere dicto vnū voce. Sed et quarum esse attribuitur vni fini aut vni agenti aut vni subiecto. Et hoc p̄bat ibidē p̄ exēplū de medicina. Dicit autē fm vnā cōmuni ratiōem rē. quoniam si alique scientie de eis dē reb? cōsideret: nō autem fm vnā ratiōem rē. nō dicuntur ad vnā scientiā p̄tinere. verbi grā. de physica et geometria quaz vtraq̄ de his vt sunt passiones corporū naturalū inquantum naturalia sunt: et earū tm passiones corporū eis p̄ueniētes inquantum huiusmodi. Geometria non sic: sed inquantum magnitudines sunt: et per cōsequēs etiā earū passiones inquantum huiusmodi: ideo geometria et physica non sunt vna scientia modo predicto. Et hec oīa patent p̄ philosophū. 2. phys. cor. et per lōmen. ibidē. minor patet: q̄ fm philosophū 1. poste. oporet principia scientie esse vnigena per se subiecto eiusdem: oporet inquit ipsa in eodem esse genere: his que demonstrantur. ¶ **Et patet ratiōe: qm nō conuenit ex qualibuscūq̄ principijs circa quodcūq̄ genus entitū conclusio demonstrare. Unde per principia geometrie nūq̄ demonstrabitur deū esse separatum a magnitudine aut esse intelligētē: vel cōtrariorū eādē esse dicē: p̄nam: vt dicitur. 1. poste. neq̄ per principia physice demonstrabitur: q̄ super quālibet lineam rectā contingit triāgulum equilaterum collocare. ¶ **Hoc etiā patet inducēdo. videmus enim q̄ q̄ geometra cōsiderat de continuo inquantum huiusmodi: idē circo et omnia sua prima principia sunt de cōtinuo: vel de sibi cōueniētib? inquantum huiusmodi. Sicut que cūq̄ eidem sunt equalia: iter se sunt equalia. Et si ab equalib? equalia demas rē. Et de p̄cto ad p̄ctum rectā lineā ducere: et sic in singulis discurrendo omnia ad idē genus per se pertinere subiecti videbūtur: physicus vero q̄ nō sub eadem ratione considerat magnitudines nūq̄ talib? vtitur principijs: quātū dico physicus est. Et ideo quando diuerse scientie probāt eādē cōclusionem p̄ alia et alia prima principia: nō est earū sub eadem ratione idem subiectū: sed sub alia et alia ratione. hoc patet etiā per Auic. 1. lib. sue sufficientie. vbi ostēdens quomodo demonstrationes astrologi et physici de rotunditate terre diuersantur ait: primus inducit probationes sumptas ex cōparatione oppositionum situum et distātiarum. ¶ **De autem sicut patet sunt cōditiones pertinentes ad genus continui inquantum huiusmodi: sub qua ratione cōsiderat astrologus motus celorum: vt dicit lōmen. 2. metaphys. Et subdit Auic. vel. 1. mc. et inuenimus q̄ secundus inducit probationes sumptas********

E. cō. 2.

Lōmē. 2.

E. c. 8.

Lōmē. 16.

2. 18.

cap. 8.

Lōmē. 25

vel. 1. mc.

ab eo qd̄ debet natura corporis naturalis. vnde est naturale. Et sic patet q̄ terra nō intrat cōsiderationē vtriusq̄ sub vna ratione: sed alia et alia: ac per hoc et ipsi ex alijs demonstrat principijs. sic igitur patet vna pars seu vna exponē. ium proposita cōclusionis. s. quatuor cūq̄ scientiarum est idem per se subiectum: sunt eiusdem scientie modo predicto. Reliqua pars exponēs cōclusionem illam. s. q̄ nulle alie ab istis sic pertineat ad vnā scientiam. probatur: quia quatuor cūq̄ scientiarum sunt alia et alia principia prima genere: ipse sunt alie et alie scientie: sed quatuor cūq̄ nō est idem per se subiectum: sunt alia et alia principia prima genere. igitur maior patet per philosophū 1. poste. dicens. Scientia est altera ab altera quatuor cūq̄ principia neq̄ ex eisdem neq̄ ex alteris nec se inuicem sunt. non loquitur de principijs immediatis et proximis que sunt premisse: ex quibus immediate conclusio deducitur: quoniam talia sunt alia et alia ad aliam et aliam conclusionem eisdē scientie: sed loquitur de principijs ad que stat vltima cōclusionis resolutio: et hoc inuenit qd̄ etiam ibidem ait. huius autem signum cum idē monstrabilia veniat. ¶ **Item lōmē. 3. metaphys. necesse est inquit vt scientie diuersentur propter diuersitatem earum in principijs vt sint modi demonstrationum vltatarum in arte aliqua alij a modo demonstrationum alterius. minor patet per philosophum vbi supra. dicentem. multorū genere. i. subijcibili alia principia sunt. Et statim probans q̄ diuersarum scientiarum sunt diuersa principia prima principia: assumit q̄ ex solis cōmunitibus principijs nō possunt omnia demonstrari. Sed cum eis oportet habere alia p̄pria que sunt alia et alia fm aliud et aliud genus subiecti. propterea dicit. alia quidem in quantitatibus. alia vero in qualitatibus sunt: cum quibus demonstratur per cōmuniā. ¶ **Et in fine capituli ait. Demonstratum est q̄ altera principia sunt differentium. s. genere subijcibili. ¶ **Conclusio tertia probatur. s. loquendo de habitibus in cōmuni et non solum de scientiis: eis de quibus tm loquitur precedens conclusio non quicūq̄ habitus habent idem genus subiecti pertinent ad vnum habitum vnitate predicta. Nam quoru cūq̄ habituum sunt diuersa prima principia illi sunt diuersi. patet ex precedētibus: sed aliquorum quorum est idem genus subiectum sunt diuersa principia. patet de fide: scientia: et opinione: quorum potest esse idem sub eadem ratione subiectum: et tamen sunt cum hoc possunt diuersa prima principia: eo q̄ opinio non tm ex proprijs: sed etiam ex cōmunitibus et extraneis possit haberi principijs. ¶ **Hoc confirmatur: q̄ fm philosophum. 4. metaphys. Circa idem genus subiectū versatur metaphysica et dialectica. Lōmē. 3. stat autem q̄ non per eadem principia: alias opinio foret scientia: igitur rē.********

Lōmē. 19.

Lōmē. 3.

E. cō. 5.

**Quantum** ad tertium pono cōclusiones duas. Vna est: q̄ non omnium conclusionum theologiarum est vnus habitus numero neq̄ specie specialissima. probatur per eūdem modum quo probata est prima conclusio primi articuli: tum. s. quia non quicūq̄ habet habitum vnus conclusionis theologice potest in actum circa quālibet: tm quia cū theologia vnus conclusionis stat error alterius conclusionis in eodem. Tum quia theologia vnus per di potest remanere theologia alterius. applica et extende conformiter ista media ad illa. ¶ **Secunda conclusio. omnium theologiarum conclusionum est vna omnis theologia quemadmodum est omnium geometralium vna geometria vel medicina: patet: quia omnium talium subiecta considerantur in attributione ad vnū per se: et primo in ea considerandum. s. ad deum. et per eadem principia prima omnes conclusiones theologice probantur. s. per**

E. c. 22.

E. c. 59.

E. c. 55.

cap. 3.

cap. 4.

cap. 1.

cap. 5.

Scotus 1

p̄ma lectu

ra sua qd̄

ne. 3. prolo

gi. et in le

ctura pa

rifi. q. 1.

auctoritates sacri canonis: igitur rē. Patet consequentia: quia ex vnitate principiorum et vnitate per se subiecti concluditur vnitas habitus sepe dicta. ¶ **Ad argumentum principale questionis dicendum q̄ minor est falsa: sicut p̄batum est articulo primo. ergo rē. Questio. iij.**



**Quarto** q̄ro et penultimo circa p̄logum. vtrum deus inquantum deus sit subiectum in theologia nostra. Arguitur q̄ non: quia deus non est subiectum in theologia. ergo nec inquantum deus est subiectum in ea. consequentia patet: antecedens p̄batum: tum quia deus est omnino simplex. Nullum autem simplex potest esse subiectū scientie. Ad probatur primo: quia oportet subiectum scientie esse aliquo modo notum et aliquo modo ignotum. Nam confusa cognitio subiecti presupponitur in scientia et inquiritur distincta. Simplex autē aut nullo modo est notum aut notum totaliter: vt patet ex nono metaphysice. ¶ **Item. 7. metaphys. dicitur: q̄ in simplicibus non est questio neq̄ doctrina. vbi autem non est questio non est scientia: cum omnis conclusio scientie sit questio: igitur. Tum quia deus est res singularis et nullum singularis est subiectum scientie: cum non habeat partes subiectiuas quarum passiones et proprietates in scientia inquiruntur: etiam de singularib? nō est scientia: vt patet. 7. meta. ¶ **Ad oppositum. idem et sub eadem ratione est obiectū theologie nostre et theologie beatorū: ergo deus inquantum deus est obiectum theologie nostre. Consequentia patet: quoniam deus inquantum deus est subiectū scientie beatorum: iuxta illud prime 3o. videbimus eum sic curi est. Antecedens probatur. Nam idem est subiectum theologie nostre et fidei nostre. sicut colligitur ex verbis Augu. 8. de tri. d. propter ista. 3. fidem spem charitatem in animo edificanda omnium diuinorum librorum machinamenta confurgunt. Et lib. 14. dicit: q̄ huic scientie tribuit illud tantūmodo quo fides saluberrima (que ad veram beatitudinem ducit) igitur nutritur rē. ¶ **Per hoc innuens q̄ circa idem subiectum fides et theologia versantur. Idem vero subiectum est nostre fidei et vltimo beatorum: sicut probant verba Apostoli. i. ad Corin. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autē facie ad faciem. igitur rē. ¶ **In questione erunt articuli duo. Nam primo videbitur quid sit ratio subiecti scientie inquantum huiusmodi. Secundo videbitur de questione ad primum dicit doctor quidam in prima lectura sua: q̄ rō primi subiecti est continere in se primo virtualiter omnes veritates ne. 3. prolo. habitus: seu sicut dicit in lectura parisiē. notitiam omnium veritatum habitus. ¶ **Probatur primo sic: subiectum primum continet propositiones immediatas: quia subiectum illarum continet predicatum: et ita euidentiā totius propositionis. propositiones vero immediate continent cōclusiones: igitur subiectum propositionum immediatarū continet omnes veritates illius habitus: igitur subiectum scientie continet omnes veritates scientie. ¶ **Secundo. primitas hic accipitur ex primo posteriore. ex diffinitione vniversalis fm q̄ dicit ad euationem. obiectum autē se habet ad habitū: sicut causa ad effectū: non est autem causa adequata: nisi contineat virtualiter totum effectum: igitur rē. ¶ **Tertio. in repositationibus ad idem sic arguit. In essentialiter ordinatis necesse est stare ad aliquod primum simpliciter: sed cognoscibilia alicuius scientie habent essentialē ordinem inter se in cognoscibilitate: quia conclusiones cognoscuntur ex principijs: et principia tādē (etiam si sunt imediata) cognoscuntur ex terminis: terminus etiam predicati principij**************

cognoscitur ex ratione subiecti: quia principia communiter sunt per se secūdo modo: igitur subiectum cadit in diffinitione predicati. 7. metaphys. In isto igitur ordine tādē statur ad aliquod subiectum simplex qd̄ est subiectum principij vel principiorum ex cuius notitia cognoscuntur omnia pertinentia ad scientiam: et ipsum non est cognoscere ex alijs: illud igitur recte dicitur subiectum primum scientie: quia in se continet primo virtualiter notitiam pertinentiū ad scientiam. ¶ **Exponit autem qd̄ dicit primo virtualiter continere: quia illud est primum qd̄ non dependet ab alio: sed alia ab ipso. ita primo continere est non dependere ab alijs in continēdo: sed alia ab ipso: hoc est per impossibile circūscripto omni alio in remanente intellectu eius adhuc contineret: nihil autem aliud continet nisi per rationem eius. ¶ **Hec opinio nō apparet mihi vera neq̄ eius motiua. Ad cuius falsitatem ostendēdum premitto: q̄ subiectum et passio in proposito possunt dupliciter accipi. vno modo p̄o terminis mentalibus: quorum vnus vel formaliter fm se vel equiualenter est de altero predicabilis in secundo modo dicendi per se. ita q̄ ille qui sic potest de altero predicari dicatur passio: et ille de quo predicatur dicatur subiectū. Dico autem formaliter fm se si mentalis propositio essentialiter componatur ex distinctis partibus: quarum vna dicatur subiectum: alia vero predicatum: vt multi opinantur. Si vero propositio huiusmodi nō sic componatur: sed sit actus eque simplex vt aliquis terminus mentalis qui non est propositio equiualens: tamen in significando pluribus talibus terminis et propositioni vocali vel alteri compositae modo predicto: aut etiam que equiualet mentali compositae: si qua foret talis: tunc inquit talis passio mentalis non nisi equiualēter dicitur predicari de subiecto. Alio modo possunt ista accipi p̄ reb? ipis pro quibus termini supponunt: vel quas significāt. Ista satis nota sunt ex vsu cōmuni scholastico. ¶ **Hoc premissio pono sex cōclusiones. Prima est accipiēdo subiectum et passionem secundo modo: non omne subiectum scientie vel principij cōtinet virtualiter primo suam passionem. ¶ **Secunda. q̄ notitia subiecti non sic continet supra primo virtualiter notitiam passionis: et si subiectū et passio primo modo accepta nō sunt aliud q̄ notitie incomplete subiecti et passionis secundo modo acceptorū: vt aliqui volunt: tunc idem est dictu primo modo accipiēdo subiectum et passionem q̄ subiectum non continet passionem. ¶ **Tertia. q̄ notitia incompleta subiecti et notitia passionis incompleta secundo modo acceptorum subiectum et passio ad intellectum iam datum non continent virtualiter primo ipsum primum seu propositioem immediatam: que est euidens notitia. ¶ **Quarta. q̄ vnum principij non cōtinet primo virtualiter aliud seu vna premissa aliam. ¶ **Quinta. q̄ subiectum scientie non cōtinet virtualiter primo omnes veritates illius scientie. Ex quo concluditur q̄ ratio assignata per doctores istū non est ratio primi subiecti scientie. ¶ **Sexto. dicitur que sit ratio primi subiecti scientie. ¶ **Primum conclusionem probō primo sic. quodlibet subiectum scientie continet sic suam passionem: que libet huiusmodi passio esset alia res ab ipso subiecto actualis vel potētialis. Consequens est falsum. consequentia patet: quia talis cōtinentia virtualis est continētia causalis et effectiua fm istum doctorem: quod patet tam in ratione sua secunda qua dicit q̄ obiectum seu subiectum (quia indifferenter vno p̄ altero vtitur) se habet ad habitum: sicut causa ad effectum: et ex hoc concludit q̄ virtualiter continet. Itē in manu propria postq̄ exposuerat quid est primo virtualiter cōtinere magis hoc ipsum declarat addidit in margine idem inquit est. a. vt habitualiter cognitum conti-******************

c. ij.

vere. b. quod est speciem. a. in memoria posse gignere spe-  
ciem. b. in intelligentia. p. patet igitur q. loquitur in hac  
materia de continentia virtuali cause effectiue. Constat  
autem q. omnia realis ab alio contenta: est alia res ab il-  
lo: actualis vel potentialis: actualis inquam: si actu ipsa  
est: potentialis vero si non est actu. ¶ Sed falsitate con-  
sequentiis probat: et sumo gratia exempli: lineam rectam  
finitam: vel angulum rectilineum. de vtroque enim proba-  
tur pmo Euclidis q. est diuisibilis in duo media. Si ista  
passio est alia res. ¶ Et est aliqua res actu existens in  
linea qua ipsa linea est formaliter diuisibilis que vocat  
diuisibilitas: vel linea non est diuisibilis p hmoi diuisibili-  
tate qua hz actuali: s. p diuisione qua hz possibiliter. Si  
def pmi possibile erit per dei potentia esse linea absq ta-  
li natura. patet. Tum quia accidens potest esse sine subie-  
cto: et per consequens subiectum sine accidente. Tum quia  
deus potest non causare illam diuisibilitatem: et simili-  
ter suspendere actionem linee respectu eius: sicut suspen-  
dit actionem ignis in camino puerozum: et sic erit linea  
et indiuisibilis: qd implicat inco. possibilis: cum ois linea  
sit magnitudo: in primo mo dicendi p se. Si def secudu.  
igitur linea quando diuiditur causat diuisione in seipsa:  
qd est absurdum. ¶ ¶ Preterea. Aut talis diuisio recipi-  
tur in linea anteq sit diuisa: aut post: aut simul: dum est  
primo recepta in linea: linea est primo diuisa. Non pri-  
mum: quia tunc diuisio esset in linea: et tamen linea non  
esset diuisa: quod videtur implicare: et preterea non ap-  
paret quare vel quomodo linea postea erit diuisa. Nec  
secudu: tum quia linea prius esset diuisa q. haberet diuisi-  
onem: qd pmi illam imaginationem implicat: sicut q. ali-  
quid sit album anteq habeat albedinem. ¶ ¶ Preterea.  
Ad quid postea superueniret illa diuisio. Si detur ter-  
tium. igitur vel in qualibet parte linee diuise recipitur to-  
ta diuisio: vel pars diuisiois in parte linee: et si vtriusq  
horu detur. sequitur q. vel quelibet pars erit diuisa vel  
in aliquo erit diuisio: et ipsum non erit diuisum: que absur-  
da sunt penitus. Eodem modo posset argui de angulo.  
¶ Item esse annihilabile est passio comunis omni crea-  
ture. si igitur annihilabilitas sit alia res actualiter exi-  
stens in creatura. poterit deus illam annihilare: et crea-  
tura remanebit in annihilabilis. Et si sit aliqua res possi-  
bilis esse in creatura. sequitur q. creatura potest eam in-  
te causare: et sic se annihilare: et ulterius cum annihilatio  
recipietur in creatura: creatura erit et non erit: erit qui-  
dem ex quo recipit in se entitatem: non erit vero: quia erit  
annihilata: ita de multis alijs passionibus posset ostendi  
q. non sunt tales res distincte a suis subiectis: immo de  
omnibus talibus que predicando reddunt propositionem  
de possibili. Secundo patet consequentiis falsitas de pas-  
sionibus de deo dictis: sicut creaturam incorruptibile et  
alie multe que de ipso predicantur in secundo modo di-  
cendi per se: et tamen nulla significat aliquam rem a deo  
aliam que sit passio dei. ¶ Secundo ex eodem potest ar-  
gui ad principale sic. Nulla res ab aliquo virtualiter sit  
contenta est in deo. igitur non omne subiectum secundo  
modo continet virtualiter passionem: id est id qd signifi-  
cat: et pro quo supponit passio primo modo dicta: antee-  
dens et consequentia clara sunt. ¶ Tertio. nulla creatu-  
ra continet primo aliquam rem virtualiter. igitur non  
omne subiectum. et. consequentia patet: quia multe pas-  
siones conueniunt creaturis. antecedens probatur: quia  
impossibile est aliquam rem esse vel fieri quin immediate  
a deo salte partialiter causaretur. ¶ Quarto arguitur  
pmi intentionem p bi. nam sphericitas est passio de celo et  
astris demonstrabilis: et in esto q. sit res distincta a celo:  
non tñ virtualiter pñinetur ab eo: cum ipsum celum pñin-  
tentione p bi. non sit causa effectiua sue sphericitatis: cum

2. cell.  
L. c. 22.  
2. 48.

illa sit eterna: et res eterne pñi eum non habeat cam agentē  
pñe dicta. vt patebit. 2. lib. ¶ Secda pñe. pñe pñe sic.  
ois notitia primo pñines virtuali alia notitia pñinet pñe  
virtualiter oem alia notitia sine qua causaliter illa habe-  
ri non pot. hoc pñe ex expone eoz de primo virtualiter co-  
tinere: sed non cuiuslibet subiecti notitia pñinet virtualiter  
oem notitia: sine qua caliter notitia passionis non pot hñ.  
igitur et. ¶ Maior nota est in his passionibus: q. notant res  
distinctas a subiecto: sicut esse informabile: qd est passio  
materie: esse beatificabile: qd est passio ronalis creature.  
esse resibile: qd est passio hois: et sic de multis alijs. ¶ Co-  
stat aut q. notitia materie non cotinet primo virtualiter no-  
titiā forme: cui? tñ notitia causalit pñigif ad notitiā illi?  
passionis. Si nec notitia creature ronalis. pñe virtua-  
liter cotinet notitiā britudinis: nec notitia hois: rñus seu  
actus ridendi: et hec oia pñant: quia nulla notitia vnius  
rei pñinet primo virtuali notitiā alterius: loquor de reb?  
creatis: aut enim intuitiua cotinet intuitiua: aut intuitiua  
abstractiuam: aut abstractiua intuitiua: aut abstractiua  
abstractiua. non pñm. tñ q. p notitiā intuitiua vnius rei non  
pot hñ intuitiua alteri? vt probabit infra. d. 3. tñ q. cui?  
magis huiusmodi notitia pot carri ab ipsamet re cui?  
est intuitiua: et p consequens non primo virtuali continet a  
notitia intuitiua alterius. nec scdm: q. vel abstractiua coēs  
et cofusam: hoc non: q. talis etiā ab aliquo poterit cari: vel  
ppriā et distincta: hoc non etiā: q. nulla talis potest habe-  
ri nisi pñhabita intuitiua eiusd rei: vt infra ibidem probabit  
tur. nec ter tñ pot dici. Tñ q. abstractiua non potest esse p  
ma: et per consequens nec primo cotinere. Tum q. multo  
minus per abstractiua vni? rei pot haberi intuitiua alteri?  
q. p intuitiua. Et scdm non est possibile. vt probatum est.  
¶ Nec quartum etiā pot dari propter causas iam tactas.  
¶ Confirmat. q. vt cuiuslibet occurrat nūq. naturaliter qd  
haberet distincta notitiā de rñsibilitate seu de esse rñsibile  
abstractiuam vel intuitiua: nisi q. perciperet intuitiue vel  
percepisset actum ridendi: et per consequens nūq. p solā  
notitiā quam habere posset naturaliter de hoie posset  
habere notitiā huius passionis. ¶ ¶ Passio cozpoz  
radiosi est posse causare calozē: et posse calefactibile et  
calefactibili. Et passio reubarbari est esse purgatiuum  
cholere: quoniam sunt passionis immediate de eis cogno-  
scibiles absq demonstratione: quilibet enim harū est im-  
mediata: omne radiosum est calefactiuū: et omne reubar-  
barum est purgatiuum cholere. Et tñ nec notitiā cozpis  
radiosi primo virtualiter pñinet notitiā illius passiois:  
cū non cotineat notitiā primam calozē. Nec notitiā reu-  
barbari cotinet primo notitiā sue passionis: cū non coti-  
neat primam notitiā cholere: sine cuius notitiā illa pas-  
sio cognosci non potest. Unde quāntūcūq. homo videret  
corpus radiosum vel reubarbarum nisi etiam perciperet  
vel percepisset calozem: et choleram p aliam notitiā non  
causata ab illa vñtōe: nūq. cognosceret quid sit posse  
causare calozem: aut posse choleram purgare. Si nec pos-  
set dici de multis alijs rerum passionibus. ¶ ¶ Ad ho-  
minem sic. si notitia subiecti cotineret sic notitiā passio-  
nis. igitur per cuiuscūq. rei notitiā: absq cuiuscūq. al-  
terius rei notitiā. posset euidenter cognosci de illa quelibet  
passio ei? consequens est falsum. ¶ ¶ Quāntūcūq. enim quis  
intueat solē vel triangulū nūq. ex hac notitiā preciseret  
p consequens: nec ex aliqua alia notitiā primo cognosce-  
ret euidenter solē esse calefactiuū: aut angulos triangulū  
valere duos rectos. quoniam ad cognoscendū primū req-  
ritur notitiā calozū que nūq. p vllam notitiā intuitiua  
solis pñe pot haberi: et ad cognoscendū secundum req-  
ritur notitiā angulū recti: et notitiā angulū extrinseci: vel  
alicuius alterius quod sit medium deueniendi in predi-  
ctam notitiā. sicut docet experientia. ¶ ¶ Itē esse a deo co-

seruabile sine subiecto: esse perpetuabile: esse annihilabi-  
le sunt passionis accidentis corporalis sensibilis et a no-  
bis distincte cognoscibilis. et tamen per nullam notitiā  
intuitiuam (qua de huiusmodi accidente possumus ha-  
bere) possumus tales passionis a nobis euidenter de illo co-  
gnosci. Consequentia patet pñi dicta eius. Nam notitiā  
passionis et subiecti. continent primas propositiones: et il-  
le continent conclusiones. igitur de primo ad vltimum.  
notitiā subiecti continet omnes conclusiones: et hoc con-  
sequens satis expresse ipse dat supra in eius probatione  
prima. ¶ Tertia conclusio probatur. nā multe sunt pro-  
positiones immediate que sunt principia artis et scientie  
in quibus predicatur passionis proprie de subiectis: nec  
tamen ad eas sumedas sufficit notitiā incomplexa etiā  
distincta subiecti: et notitiā distincta passionis: quales  
sunt ille que sumuntur per viam sensus et experientie: vt  
docet philosophus in prohemio metaphysice. et secūdo  
posteriorū in fine. verbi gratia. omne reubarbarum pur-  
gat choleram. vel omnis talis herba curat talem infirmita-  
tem. Omne corpus luminosum post corpus opacum si  
oppositū sit potest causare vmbra: et multe similes. Constat  
enim q. quis subiecti distinctam notitiā incomplexā ha-  
bere de reubarbaro: et de cholera etiā: et de eo quod est  
purgare: qui tamen non cognosceret q. omne reubarba-  
rum est purgatiuum cholere: et de facto hoc in multis ho-  
minibus contingit. quoniam pro huiusmodi notitiā  
simplices pñe nūq. illud cognoscere quis poterit: im-  
mo quod plus est: etiā si quis nouit q. hoc singulare reu-  
barbarum est purgatiuum cholere: et illud: et sic de plu-  
ribus: ad habendum notitiā vniuersalem: q. omne reu-  
barbarum et. necessario requiritur quedam alia notitiā  
vniuersalis non causata ex illis singularibus: qualis est  
pñi aliquos: si aliquid absolutum vel proprietatis conse-  
quens absolutum competit alicui indiuiduo: cuiuslibet in-  
diuiduo eiusdem rationis potest aliquid simile compe-  
tere: aut alia aliqua vniuersalis notitiā et euidenter: cuius  
virtute saltem partialiter: quod in aliquibus singularibus  
est expertum: euidenter sit notum omnibus talibus con-  
uenire. ¶ Similiter est in alio exemplo de corpore lumi-  
noso. nā possibile est q. aliquis cognoscat per visum cor-  
pus luminosum. verbi gratia. solem: et cognoscat etiā  
vmbra: quā aliquid aliud luminosum sibi occultatus  
per interpositionem corporis opaci causat. ignorans a  
quo vmbra quam videt causatur: et an corpus aliquod  
luminosum illam causat vel non: iste talis per huiusmo-  
di simplices notitiā precise nūq. cognosceret omne cor-  
pus luminosum esse causatiuum vmbre post corpus opa-  
cum: et quod plus est: non cognosceret q. hoc corpus lu-  
minosum vel illud est causatiuum vmbre: nisi plures alie  
notitie concurrant: de quibus ad presens non est sermo  
prolixior faciendus. ¶ Ex his patet q. notitie incom-  
plexę subiecti distincte et predicati seu passionis non con-  
tinent primo virtualiter notitiā complexam principij.  
¶ Quarta conclusio probatur primo sic. quia alicuius  
demonstrationis vtraq. pñe est immediata. ergo ali-  
quod principium non cotinet aliud eiusdem demonstra-  
tionis. consequentia tenet ex dictis istozum qui dicunt  
in tertia ratione sua: q. si pñe sint immediata cogno-  
scuntur ex terminis: quibus hoc dictum eozum non sit vni-  
uersaliter verum: cum non omnis propositio immediata  
sit per se nota. vt patet ex precedenti conclusione. igitur  
nec ex terminis nota. ¶ Secundo in demonstrationi-  
bus geometricis quarum vtraq. pñe sunt premissarum reloluitur  
mediate vel immediate in communes conceptiones  
vel petitiones et neutra in aliam. ¶ Quinta conclusio  
probatur primo quia subiectum seu notitiā subiecti non  
continet primo virtualiter propositiones immediatas. igitur

tur nec conclusionem. patet consequentia: quia propo-  
sitiones immediate que sunt premisse in demonstratione  
continent virtualiter conclusionem etiam pñi istum. igitur  
vel ipse premisse continent primo virtualiter conclusi-  
onem. et si sic. igitur subiectum non cotinet primo. cum  
pñi istum doctorem standum sit in tali ordine cognoscentis  
ad vnum primum: vel non continet primo: et tunc de-  
ducitur eozum continentia in aliud. aut igitur in aliud a  
subiecto: et habet principale propositū. s. q. subiectū non  
primo continet: vel reducitur in subiectū: et tñ sequitur q.  
subiectū pñinet propositiones immediatas: cuius oppositum  
est añs assumptū. Hñs pñe. tñ q. subiectū pñinet pñi  
net primo passionē. vt patet ex prima conclusione: nec no-  
titiā subiecti notitiā passionis: vt patet ex secunda. igitur  
nec notitiā principij: cum notitiā principij non pos-  
sit sine notitiā subiecti et predicati haberi. Tum quia no-  
titiā subiecti etiam cum notitiā predicati non cotinet pri-  
mo notitiā complexam principij seu principij ipsum:  
vt patet ex tertia conclusione. igitur nec notitiā subiecti  
scientie: quod est etiam alterius principij subiectum con-  
tinet primo propositiones ipsas immediatas. Tum quia  
eius communis conceptio ad plurimum conclusionum  
diuersozum subiectozum notitiā immediate cocurrit.  
vt patet sciētibus geometriam. igitur a nullo subiecto il-  
larū primo virtualiter continetur. ¶ Secūdo. si quodlibet  
subiectum sic continet omnem veritatem scientie. igitur  
vel quodlibet subiectum contineret primo notitiā  
cuiuslibet cause vel effectus: per quam vel per quem con-  
clusio demonstratur. vel nulla scientia haberetur per cau-  
sam vel effectum. Falsitas consequentiis quantum ad se-  
cundam partem patet per omnes. Quantum autem ad  
primam partem patet ex dictis: quoniam nulla res crea-  
ta continet primo virtualiter primam notitiā alterius  
rei: vnde nec notitiā cause continet primam notitiā effe-  
ctus: nec econuerso. alioquin ad omnia productibilia a so-  
le cognoscenda sufficeret incomplexa notitiā solis: qd est  
falsum. ¶ Item tunc surdus a natiuitate cum possit ha-  
bere notitiā de causis sonozum: posset etiā de sonis  
propriam notitiā habere: et qui a natiuitate caret odo-  
rati posset habere notitiā de odoribus cum ipse per ta-  
ctum posset habere notitiā de qualitibus primis et  
elementis que sunt cause odorum. vt patet in de sensu et  
sensato. sed hec omnia falsa sunt. igitur et. consequentia  
vero nota est: quoniam premisse exprimentes causam non  
possunt esse note sine notitiā cause. Et similiter exprimen-  
tes effectum sine notitiā illius. ¶ Ex hac conclusione vlti-  
ter infero q. aliud dictum huius doctoris est falsum:  
scilicet ratio sub qua vel conceptus sub quo aliquid est  
subiectum in aliqua scientia: est cōtentia primo virtua-  
liter omnium veritatum illius scientie: vnde per hoc probat  
ipse: q. deus non est subiectum theologie sub aliqua  
ratione communi: nec sub aliqua ratione attributali: nec  
sub aliqua ratione respectiua ad extra. Falsitas autem  
huius patet ex dictis: quoniam si non omne subiectum  
cotinet sic veritates cuiuslibet scientie: igitur nec in qua-  
tum tale vel tale: sub tali vel tali conceptu vel ratione est  
contentiuum: nec ipsa ratio sub qua est subiectum: est cō-  
tentia omnium veritatum illius scientie. ¶ Hoc etiam  
secundo sic ostenditur instando in multis. corpus enim  
humanum (vt communiter dicitur) est subiectum in me-  
dicina vel saltem in aliqua parte eius: in quantum scilicet  
est ipsum est susceptiuum sanitatis vel infirmitatis: seu  
in quantum est sanabile vel egrotabile: de illo autem in-  
libus vel talibus membris est compositum et humoribus  
talibus completionatum: nec tamen ista sibi compe-  
tunt in quantum est sanabile et egrotabile: sed potius  
c. iij.

econuerso. Item homo consideratur a morali philosopho in quantum est suscepti uis virtutis et vitij: et propterea considerat de ipso qd est liberi arbitrij et operatiuus sicut electionem: nec tamen quia est suscepti uis virtutis et vitij: ideo est liberi arbitrij: cum illud sibi p prius cōpetat. Celum quoq; a physico consideratur in quantum tali motu est mobile. Et ex hoc probatur de ipso qd est essentia quita simplex spherica: qd est eius motor eternus: et a magnitudine separatus: quarum nullam veritatem continet celum primo: quia sic mobile est vel mouetur: quous ex hoc ille inferantur. Preterea. Si dictum esset verum sequeretur: qd cuiuslibet scientie subiectum esset subiectum eius sub propria intrinseca et quidditatiua ratione sua. sequens est falsum: vt patet in multis alijs scientijs de eisdem rebus sub alia et alia ratione considerantibus. cum tamen ratio propria quidditatiua non sit nisi vna: vt patet in exemplis propositis: et de astrologia: et physica considerantibus corpora celestia sub aliqua posteriori ratione ipsorum. Preterea. sequeretur qd omnis scientia demonstraret suā conclusionem a priori: quod certū est apud omnes esse falsum. probatur contra quentia. quia omnis scientia resoluit ad propositiones immediatas. Si igitur et ille resoluantur ad subiectum sicut rationem per quam primo continet virtualiter veritatem conclusam: cum illa continentia sit sicut opinionem casualis: vt supra probatum est: omnis scientifica resolutio vltimate stabit ad causam. Dicitur forsitan qd iste doctor non intendit dicere qd subiectum per rationem sub qua est subiectum continet virtualiter passiones suas et veritates consideratas de eo sicut qd continet notitiam passionum et veritatum. Sed hoc vtiq; falsum est: quod patet. Nam in eadem questione soluendo quoddam argumentum dicit: homo ideo est subiectum moralis scientie: vel medicine: pro eo qd continet virtualiter rationem sanitatis. ideo enim sanitas hominis talis est: quia corpus humanum est sic complexionatum. Item in eadem questione improbanda opinionem dicentium qd christus est subiectum theologie ait sic. Contra idem est ratio posita ad solutionem prime questionis: quia veritates necessarie de patre et filio et spiritu sancto de trinitate impossibile est contineri primo virtualiter in christo: quia si verbum nō fuisset incarnatum ille veritates fuisset necessarie. Et his patet qd loquitur de continentia non solum notitie veritatis: sed de ipsa veritate nota: seu de sic esse sicut significat ipsa notitia vera vel veritas que est signum: nec solum de notitia passiois: sed de eo qd ipsa notitia vel passio predicabilis significat.

**Nunc dicendum** est quid est ratio propria subiecti scientie. Ad quod premitto qd vt supra tactum est: subiectum potest accipi dupliciter: scilicet pro termino qui subijcitur in propositione habente partes distinctas: quarum vna dicitur subiectum: et altera predicatum. Et secundo modo potest accipi pro eo p quo talis terminus in propositione supponit. Secundo qd scientia potest accipi dupliciter. Vno modo pro aliquo vno habitu vnius conclusionis demonstrate: seu de sic esse sicut ipsa significat. Alio modo pro collectione plurium habituum conclusionum diuersarū pertinentium ad vnam scientiam totalem: illa scilicet vnitatem que superius in precedenti questione declarata est. Si loquamur de subiecto secundo modo et scientia primo modo: dico qd subiectū scientie est illud qd scif p illa esse tale. Et ratio subiecti seu esse subiectū. est sciri esse tale vel tale. verbi grā. huius scie qua scif: oem lineā rectā finitam esse diuisibilem in duo media. subiectū est linea. ipsa enim scitur esse diuisibilis et. et ipsam esse subiectum huius scientie: non est aliud qd ipsam sciri esse diuisibilem

et. eodem modo de alijs. Hoc patet ex cōmuni sententia. dicunt enim omnes qd illud est subiectum de quo sciuntur proprietates et passiones. Illud autem est quod scitur esse tale/vel tale. Preterea. Hoc solo posito aliqd est subiectum scientie. et hoc solo remoto nihil est subiectum scientie. vt patet. igitur et. Si vero loquamur de subiecto primo modo sic illud est subiectū quod subijcitur in conclusione mentali: que est euidentis notitia ex premissis demonstrationis causata: vel alia ex notitia sibi equiualeti: qd dico: qd possibile esset talem scientiam haberi a deo immediate: et etiam ab habitu aliquo causato ex notitijs seu conclusionibus ex premissis demonstrationis causatis. hoc verum est. supposito qd talis conclusio mentalis non sit actus simplex essentialiter et tñ obiectiue. cōplexus: sed essentialiter sit compositus ex subiecto et predicato sicut ppositio vocalis et scripta: sicut multi opinantur: et sic subiectum scientie est pars scientie actualis. hoc probatur: qd subiectum scientie vel est ipsa conclusio: vel predicatum conclusionis: vel subiectum vel mediū aut aliqua vel vtraq; premissarum: sed nō mediū/nec predicatum vt certum est. non conclusio nec aliqua premissarum: qd subiectum sicut oēs est aliquid in cōplexum. Etiam qd conclusio huiusmodi est scientia actualis/ seu actus sciendi: vt in prima questione patet. igitur non est subiectum scientie. Similiter vtraq; premissa vel est scientia vel intellectus: subiectum aut scientie neutrum horū est. Sed si propositio huiusmodi mentalis non sit ex talibus diuersis partibus cōposita: sed sit sicut simplex: sicut actus intellectus qui non est affirmatio/vel negatio. Et dicitur simplex intelligentia quous sit de obiecto cōplexe enuntiabili enuntiatione vocali/vel scripta: tunc talis scientie nullum erit subiectum hoc modo: sed tñ scdo modo dictum. Si vero loquamur de scientia scdo modo dicta: sicut ex sunt plures conclusiones et plura obiecta scita. sic etiā sunt plura subiecta. Verum qd quicq; talia subiecta habent ordinem inter se: vt pote: qd subiectum vnius scientie partialis accipiēdo scdo modo subiectum est principium vel pars: aut passio subiecti alterius scientie partialis: sicut subiectum logice libri predicamentorum pars est subiecti libri perihermenias. Et illud iterū pars est subiecti libri priorum. Et subiectū philosophie phantasia aliquid de materia vel de forma pars est subiecti scientie consideratis de corpore naturali composito ex materia et forma/vel aliqua aliam analogiam/ seu ordinem habent inter se. talis scientie dicitur esse aliquid vnum primū/ subiectum: puta illud ex his subiectis ad quod cetera talem ordinem habent. Et ppter qd perfectius cognoscendū cetera considerant: sicut medicine primū subiectū est corpus sanabile in quantum huiusmodi. Nam quecumq; in medicina totali partialiter consideratur: attributionē habet ad ipm in quantum huiusmodi: vel sicut causatiua sanitatis vel conseruatiua: aut significatiua: aut alio aliquo modo. vt patet. 4. met. et hoc solum est vocari primū subiectum primū attributionis: quicq; talia subiecta non habent talem ordinem inter se: eis tñ est aliquid cōmune: cuius per se passiones in aliqua parte illius totalis scientie considerantur: et in alijs partibus passionis partū subiectuarū. verbi gratia. cuiusmodi est philosophica: in aliqua enim eius parte consideratur de corpore mobili ad vbi. Et in aliqua de mobili ad formam: et sic de alijs generibus corporū mobiliū: quibus cōmune est corpus mobile: de quo consideratur in libro physicorū. Similiter in aliqua parte logice considerat de syllogismo topico. in aliqua de syllogismo demonstratiuo: quibus cōmune est syllogismus simpliciter. de quo considerat in libro priorum: et illud tale commune cōsuevit vocari primū subiectum in illa totali scientia: primū in quantum primū attributionis/vel predicationis: quandoq; tamen aliquid

dicitur subiectum primū vtraq; primū attributione. respectu tamen aliorū et aliorū subiectorum partialium scientiarū: sicut syllogismus sicut aliquos est logice primū subiectum vtraq; primū attributione: respectu enim syllogismi dialectici et demonstrationis est primū attributione: respectu propositionū et terminorum est primū attributione attributionis. Ita patet etiam de subiecto medicine qd dicitur corpus sanabile. Ipsum enim respectu corporis humani: de quo specialiter in aliqua partiali medici na consideratur: et respectu corporis equini: et respectu aliarum specierum corporum sanabilium: est primū attributione. Respectu autem partium seu membrorum humanorū humorū et aliarum rerum causatiuarū vel conseruatiuarū sanitatis: aut aliter ad ipsum analogiam habentium: est primū attributione: et ita in multis scientijs sicut diuisione generali scientiarum acceptis contingit: qd subiectum primū carū est vtraq; primū attributione: et ratio subiecti primū sic accepti est esse primū subiectum aliqua tali primū attributione: et sub illa ratione dicitur esse primū subiectum: sub qua est huiusmodi primū attributione. Et ista patet discurrendo tam per ea que communiter assignantur subiecta in scientijs: vt satis per exempla prius posita declaratur: qd etiam per rationem: quoniam nō apparet aliter qualiter tot partes scientie dicantur ad vnam scientiam totalem pertinere: cum huiusmodi vnitatem ex vnitatem subiecti conseruat: vt in precedenti questione declaratum est. Confirmatur per philosophum. 1. posterior. ca. penulti. dicentem. vna scientia est que est vnius generis subiecti: scilicet subijcibilis (vt cōmunitur exponitur) quecumq; ex primis componitur: et partes et passiones harum sunt per se: per partes intellige communiter subiectiue vel alias. Ad rationes alterius opinionis patet ex dictis. Nam prima assumit falsum: et in eo qd dicit subiectum continere propositiones immediatas: et in eo qd dicit subiectum continere predicatum: si hec intelligatur de quolibet subiecto: non enim omne subiectum taliter continet: vt probatum est. Secunda etiam non valet: assumit enim qd subiectum continet adequate virtuales habitus: qd vtiq; falsum est. cum enim habitus causetur ex notitijs que sunt conclusiones: ille ex premissis quas subiectum nō continet primo virtualiter: vt probatum est: patet qd subiectum non primo et adequate continet habitum. Ad tertium dico. primo ad maiore qd in essentialiter ordinatis statur ad vnum primū totale: siue ad plura partialia que sunt ad vnum totale: et hoc idē ipse dicere habet. vult enim qd volitio causatur. saltē partialiter ab intellectione. intellectio vero ab obiecto et intellectu simul. et hic est status: quia nec intellectus reducit in obiectū tanq; in causam: nec econuerso. sed vtrūq; est causa partialis immediata respectu intellectionum: quarum neutra causat in virtute alterius: sed per se: et p propriam virtutē. Sic dico qd in ordine statur ad premissas que sunt partialia cause. et neutra in altera continetur virtualiter. Secundo ad minore dico. qd deficit multipliciter. si sumatur ad propositum suū. loquitur enim ille de omnibus cognoscibilibus vnius totalis scientie quemadmodum omnium veritatum geometraliū dicitur esse vna scientia: et sic de alijs. Sed constat qd non omnes veritates scientie sic sumpte habent essentialē ordinem inter se: quoniam multe sunt que nullo modo in sui cognoscibilitate dependent. patet de prima et quarta primi Euclidis: et sic sunt multe alie tam in dicta scientia qd in alijs. Secundo deficit: quia si inter cognoscibilia scientie includuntur propositiones immediate: sicut ipsemet assumit: ordo essentialis non est inter premissas. cum neutra per alterā cognoscatur: vt supra probatum est.

Tertio deficit i eo qd ponit premissas cognosci ex terminis si vniuersaliter de quibuslibet premissis immediatis intelligat: vt oportet ad propositū suū. tunc enim quelibet immediata propositio quodlibet principium scientie esset per se notum: quod falsum est: vt patet supra. Quarto deficit in eo qd dicit predicatum principij contineri in subiecto si intelligat de continentia totali et adequate vt eum intelligere oportet. hoc si quidem falsum est: vt supra probatum est. Ad probationes cū dicitur: qd principia sunt communiter et. concedo. et ulterius concedo: qd subiectū cadit in diffinitione predicatorum: sed non solum subiectū complet diffinitionem: sed preter ipsum aliud cadit in diffinitione predicatorum. Et ideo non totaliter subiectum continet ipsum predicatum vel notitiam eius.

**Quantum** ad scdm articulum distinguendus est de theologia: sicut superius distinctū est. Nam potest accipi pro habitu vnius conclusionis theologice tantum: siue de sic esse: sicut conclusio signatur: et potest accipi pro collectione multorum talium habituum: vt de sic iam dicebat. Si primo modo dicendum qd alicuius theologie deus est subiectum: et alicuius nō. Est enim subiectū illius: quia aliquid de ipso probatur. illius autem quia nihil de ipso: sed de alio probatur nō est subiectum. Exemplum primi: deus potest percipi quicquid mediante creatura: aut aliquid tale. Exemplum secundi: creatura est annihilabilis: accens potest peruari sine subiecto. Et aliud in quibus de creatura aliquid enūtiatur. Si vero accipiat theologia scdo modo. pono tres conclusiones pformes doctrine. Doc. nostri fratris Egidij. Prima est qd deus in quantum deus est subiectum primū theologie nostre. Secunda qd non in quantum deus ab solute: sed scilicet est subiectum. Tertia qd rōne talis actionis congrue potest dici qd deus in quantum glorificator: vel glorificatiuus est subiectū theologie nostre. Si primū a conclusionem pro primo sic qd deus in quantum deus sit subiectū primū in theologia. Et subiectis partialium theologiārum. Illud est primū totale: talis theologie subiectum ad quod cetera subiecta theologie (in quantum huiusmodi subiecta. scilicet theologia sicut) habent per se analogiam et ordinem: ipsum vero ad nihil aliud in quantum huiusmodi ordinatur. sed de? est huiusmodi igitur et. Maior est nota ex dictis in primo articulo. Minor declaratur: quoniam quecumq; alia intrant considerationem theologicam vel considerantur in quantum sunt effectus dei manifestantes eius potentiam: iustitiam/vel misericordiam dispositionem et providentiam: vel in quantum precepta dei: et documenta manifestantia eius voluntatem: siue quid ei placeat: vel displiceat: et generaliter nihil omnino intrat considerationem theologicam: nisi sicut ipse aliquo modo attributionē habet ad deū. Et confirmatur per Augustinum. 2. de ciu. dei. vbi dicit qd in sacra scriptura: aut dei precepta insinuatur: aut mirabilia narrant: aut dona laudantur: aut beneficia postulantur: immens per hoc qd nihil in ea continetur nisi in quantum analogatur modo aliquo ad deum. Quod vero sit subiectus sub ratione deitatis: siue in quantum in deus. declaro. Constat enim qd aliqua considerantur theologie de deo que non competunt sibi: nisi in quantum de? est. sicut. gratia qd sit trinus et vnus: immensus: omnipotens: sapientia: bonitas: magnitudo. Et generaliter oēs perfectio aut plenitudo per essentialitatem: et multa alia similia: ita qd huiusmodi non considerant a theologo de deo sub alia ratione: qd sub ratione deitatis. Cetera vero que considerantur de personis diuinis singulariter: vt actus notionales et proprietates etiam de eis verificantur in quantum sunt deus: tenent in quantum specificatiue tantum: non autem reduplicatiue: que etiam de creaturis considerantur in attributione ad deū etiā considerantur in quantum attributionē habent vltimate

Ca. pen.





quandocumque sumitur pro iudicio intellectus qui immediate sequitur consilium quod est actus secundum modum in. 6. Aliquando vero pro actu appetitus conformis: et huiusmodi duplicem acceptionem electionis inuenit philosophus in ethicis. cum dicitur propter quod appetituius intellectus electio: vel appetitus intellectuius. primo autem modo videtur accepisse frustrati electionem: non secundum. sicut patet ex verbis eius quod subdit. d. quod electio est duobus propositis iudicium hominis et. Et tunc pro motu et impetu posset intelligi ipse appetitus: vel electio ut est actus voluntatis. Et dico: quod est pro frustrati loquantur de electione secundum quod est actus voluntatis: adhuc non tollit quin ipsa sit praxis ut nunc de praxi loquimur. Ubi sciendum quod frustrati primo ethicorum distinguunt acceptiones huiusmodi praxis in quatuor membra. Nam primo modo accipitur (ut ait) generaliter pro operatione cuiuscumque virtutis: sive libere sive naturalis. Et tunc describens eam dicitur: quod est naturalis vnicuique subiecte virtutis motus. Alio modo accipitur minus cōter: secundum eum: et accipitur praxis pro operatione. s. consequente naturam cognoscere, tunc in quatuor huiusmodi. et tunc etiam illam describit. Et strictius pro omni operatione existente in hominis potestate. Et strictius sine pro operatione per se elicita dicitur in ratione electioni voluntatis: et tunc dicitur quod praxis est secundum electionem hominis operatio. Sed in proposito generalius accipitur. s. 3. modo: quoniam non solum a praxi. 4. modo sumpta: ut supra probatum est: quia propter dictum frustrati non est. Et similiter ad philosophum dico quod non accipitur actum generaliter secundum quod ab actu habitus denominatur actiuus: sed strictius. s. pro actu conformis dicta in ratione et electioni voluntatis: sicut et frustrati. in. 4. a praxis acceptio. Ad alia ex. 6. meta. dicitur dum quod philosophus accipit ibi pheresim et electionem pro ipsa voluntate: et eligibile pro volubili: sicut patet per translationem quam exponit Commentator: que loco pheresis huius voluntas et eligibile habet volubilitatem. Et hoc patet etiam in Commentatoris expositione. Sit enim manifestum est quod primum principium rerum artificialium quod est in nobis. s. in artifice est voluntas artificiali uti et voluntarium sunt ideæ in forma. Et intendebat per hoc quod illa quorum principium est natura. et quod scie istorum sunt diuerse. Hec Commentator. Sic igitur itētio per bi videtur esse quod scie actiue vel practice sunt circa ea entia quorum voluntas sumus principia: sive eorum que libere efficiuntur a nobis: sed per istud non tollitur quin tam intellectio quod voluntas seu volitio sit vel possit esse obiectum talis scie vel notitie actiue seu practice: cum earum intellectio in nobis et nolitionibus nos sumus liberum principium. Et quo patet quod illa auctoritas per bi non probat quod sole operationes exteriores sint praxes: nec etiam quod electio ipsa non sit praxis. Hec de primo articulo.

**Quantum** ad secundum articulum: que notitia sit practica vel speculatiua: et sicut de habitu videtur est. Et pro de notitia. Et est autem sciendum quod notitia non debet practica seu actiua vel factiua: quod aliquid immediate agat vel faciat: sed quod ad agendum vel faciendum dirigit: ut supra tangebatur: sicut scientia medicinalis non immediate causat sanitatem in corpore: sed solum docendo dirigit qualiter per que sanitas fieri possit: videt enim medicus qualiter fiat sanitas cuius gratia precipit: ut dicit philosophus in fine. 6. ethi. Et ergo modo aliqua scientia potest dici practica quo est praxis directiua. Et tripliter autem contingit notitiam esse praxis directiuam. Nam quedam notitia est formaliter secundum se immediate directiua praxis. Quaedam vero tantum virtualiter: aut per que: aut quando: et sic de alijs circumstantijs sit agendum. Notitia vero que non est enuntiativa et formaliter directiua: potest esse

mo modo. Quaedam vero etiam tantum virtualiter directiua praxis: sed remote plurimum. Sic etiam tripliter potest accipi notitia practica. v. s. stricte et proprie. large et improprie. largius et magis improprie. Stricte et proprie notitia practica est notitia formaliter praxis directiua: et quilibet talis est complexa enuntians qualiter vel per que aliquid est agendum vel aliquid simile. Exemplum. humores hominis tali egritudine laborantis tali medicina contemperandi sunt. taliter dispositus talibus cibis debet vti. et sic de alijs similiter secundum se ad praxim dirigentibus. Et talis notitia sit proprie practica potest auctoritate philosophi. 6. ethi. di. quod ad hoc videtur electio sit studiosa oportet rationem esse veram et appetitum rectum: et eadem secundum rationem hanc dicere. Hunc vero. s. appetitum prosequi. hec autem est mens et veritas practica: mens igitur practica dicitur et enuntiat hoc vel illud esse agendum. Et secundo idē clarissime patet per Auer. primo libro medicine: seu prima doc. cap. 1. ubi diuidens medicinam in theoreticam et practicam proprie theoreticam: aut simul ostendens que notitia eius est proprie theoretica / sive speculatiua: et que proprie practica ait sic. Cum dicimus de medicina quod eius est theoretica: et ex ea est practica: non est est mandatum quod velimus dicere quod vna diuisionem medicine est scire et altera operari: quemadmodum multi hunc locum perscrutantes estimant: sed illud quod volumus. i. intendimus: est aliud et est quod natura duarum diuisionum medicine est nisi scientia. Et quo dicto patet quod vtraque est scientia et sequitur: nullo interposito differentia inter vtraque sic. sed vna earum est ad scienda principia: et alia ad sciendum operandi qualitates. Et vna innotitiae speculatiue aut theoretice appropinquamus: et alteram notitie practice. Per theoreticam vero ipsius scilicet medicine: significamus quod est scientia tantum: et quando eam sciuerimus sententiam tantum acquirimus: ita quod in declaratione qualitates operationis nos non mittimus. vult dicere quod medicina theoretica est scientia tantum: et solum facit nos scire et acquirere sententiam. Et autem sententia secundum eundem sexto naturalium acceptio distincta / vel certissima: quod idē patet. s. 5. c. 1. est quod certa scientia. Non docet autem ista theoria qualitates aut modum operandi: ideo dicit quod in declaratione qualitates operationis nos non mittimus. Et immediate ponit exemplum: sicut inquit dicitur in medicina quod genera febrium sunt tria. et quod copulationes sunt quatuor. Apparet autem quod per has notitias non dirigimur: neque docemur operari sanitatem vel quid aliud: sed solum sciimus has veritates que aliquo modo dicitur post: sunt principia practice medicine: et tunc nullo mediante sequitur: et per practicam ipsius. s. medicine: volumus. i. intelligimus: non operationem in effectu: neque laborem motuum: corporearum: sed diuisionem operationis medicine: que cum eam sciuerimus auxiliabitur nobis ad acquirendam sententiam: et ipsa sententia erit in qualitate operationis. i. quod per practicam non debemus intelligere exercitium aut executionem exterioris operationis: sicut quidam opinantur: sed ipsa est vere scientia: et talis scientia quod per eam iuuamur et dirigimur in qualitate operationis. i. qualiter et quomodo debemus operari: quod non facit theologica ut dicitur est: et immediate dat exemplum quod sententia practica est in qualitate operationis. d. sicut dicitur in medicina quod apostematis tibis calidis adhibenda sunt que repellat et infrigident et insipient: et postea resoluentibus repellenda temperanda: et hec sententia est declaratio qualitates operationis: hec Auer. Et his clare patet quod notitia proprie practica est formaliter praxis directiua: et huiusmodi est tantum notitia complexa enuntians qualiter: aut per que: aut quando: et sic de alijs circumstantijs sit agendum. Notitia vero que non est enuntiativa et formaliter directiua: potest esse

cap. 3.

pt. 5. c. 1.

Contra Scotum in plogo. q. vltima.

proprie practica: sed theologica: quod virtutaliter et de primo aliquo modo contineat hanc notitiam quod proprie practica est. Et his infero aliqua contra opinionem doc. quod dicitur in primis quod nulla notitia incopleta: seu que non est affirmatio: vel negatio est proprie practica. Probatur: quod nulla talis dicitur: vel affirmat aut negat aliquid circa qualitatem operationis: sed notitia proprie practica dicitur et enuntiat secundum philosophum. et Auer. ut probatum est. Et secundo. quia si aliqua talis notitia esset proprie practica multo magis notitia complexa medicine theoretice esset practica. consequens potest falsum per Auer. et rationem: quia tunc non esset distinctio inter practicam et speculatiua consequentia probatur: quod talis notitia complexa magis est directiua praxis quod aliqua incopleta. Et confirmat. si enim simplex apprehensio alicuius herbe: vel aromatis est practica notitia: multo magis illa complexa qua scitur quod illa herba est calida: vel frigida. nam ex ista potest immediatus et melius quis dirigi ad operandum. et tunc ista non est proprie practica: cum nihil dicat in qualitate operationis. Et alterius secundum hoc omnis notitia cuiuscumque sit rei esset practica et nulla speculatiua: quod est contra omnes philosophos et ipsum: met doc. cum ipse et omnes alij distinguant notitias et scientias in practicas et speculatiuas. Et secundum dicitur illius: vel lit consequenter loqui oportet dicere quod nulla scientia / vel notitia practica est speculatiua. Quod probatur: quod notitia secundum eum dicitur practica propter duplicem respectum aptitudinalē ad praxim. s. conformitatis et prioritatis. Speculatiua vero propter carētiā talis duplicis respectus. Nulla autem notitia habet tales respectus et caret eis: igitur nulla est practica et speculatiua. Consequētia probatur: quod si alicuius rei notitia incopleta est practica. igitur: quodlibet eius complexa. Consequētia probatur: quod cum esse notitiam practicam secundum ipsum non sit aliud quod esse notitiam directiuam: et notitia incopleta non sit directiua: nisi quatenus est manifestatio obiecti: cum omnia notitia complexa sit etiam manifestatio obiecti: quilibet erit directiua praxis alicuius. Et preterea. qua ratione notitia simplex vnius rei est directiua praxis circa illam rem ut dilectionis: vel alterius: eadem ratione cuiuscumque rei notitia simplex erit directiua dilectionis: aut odij: vel alterius praxis circa eam. et maxime hoc patet sicut ipse dicit simplex notitia de deo qualis est visio beatifica: sit directiua praxis. s. dilectionis circa ipsum: ac per hoc practica. Sic enim et cuiuscumque creature notitia est directiua dilectionis circa eam: et per consequens secundum eum practica. Et hoc vterius sequitur contra eundem doc. in eadem questione. quod nulla talium. Deus est trinus et vnus. Quater generat filium. est vere et proprie practica: cum nulla talium formaliter dirigat nos ad aliquam operationem. Et contra hoc est ratio eius: quod prima (inquit ipse) includit notitiam virtualiter rectitudinis dilectionis tendentis in tres personas: ita quod si actus eliceretur circa vnam solum excluderetur aliam: esset actus non rectus. Secunda etiam includit notitiam rectitudinis actus circa duas personas: quarum vna est sic ab alia. Et contra. si hec ratio vera sit sequitur quod quicumque notitia de deo physica: vel metaphysica: vel theologica sit vere practica: et sic ista. Deus est ens summe perfectum: actus purus: necesse esse: prima causa: infinitus: et alie quilibet essent proprie practice. Et scientie quibus sciretur iste: sive quibus sciretur sic esse essent vere practice: ac per hoc metaphysica non esset vere speculatiua: sicut indubitanter vult philosophus sed practica: cuius oppositum probat ex intentione. Consequētia patet: quod quilibet talis ita bene virtualiter includit notitiam rectitudinis dilectionis tendentis in deum: sicut illa. deus est trinus et vnus. Similiter quilibet hanc. Angelus est nature intellectualis. Angelus est creatura. Celum est cau-

3 Scoti.

In plo. 2. meta. p. 3. c. 3.

sa generationis planetarum. Et multe alie quas nullus recte intelligens dicere potest esse practicas: nisi omnis propositio practica diceretur: cum nulla apparens ratio de istis possit assignari: que non equè bene vel alia potior: vel equè bona possit de alia qualibet assignari: potest consequentia: quod prima ita virtualiter continet notitiam rectitudinis dilectionis tendentis in Angelum sicut illa rectitudinis dilectionis tendentis in deum. Unde per primam possum scire quod Angelus magis est diligendus quam asinus: et per secundam quod minus est diligendus quam deus: et per tertiam quod celum est magis diligendum etiam quam plumbum. Tertium correlarium contra eundem: quod aliud dicitur eiusdem falsum. Sit enim in questione eadem motus circa finem: quod medicina theoretica est de vniuersalibus et nobilioribus curis: et est cognitio remotior a praxi elicenda: practica vero est de particularibus et propinquioribus praxi et immediatius conformis praxi elicende. Et per prima respectu secunde possit dici speculatiua: simpliciter tamen et verissime est practica: quod virtualiter includit illam particularem conformem praxi: ratio sua ad hoc est: quod si talis notitia virtualiter contentiua notitie formaliter directiue esset speculatiua: sequitur quod ex principijs speculatiuis possent deduci conclusiones practice: quod falsum est. Hoc autem est falsum: ut dixi primo: quod dicit theoretica tractare de curis: cum tamen ipsamet nullam doceat facere curam neque in vniuersali neque in particulari: nunc enim proprie pertinet ad partem practicam medicine: contra quam dicitur. Et secundo quod dicit illam primam verissime esse practicam: cuius oppositum dicitur Auer. expressis: et certe Auer. in hac parte videtur adherendum: eo quod excellentissimus fuerit medicus: et bene nouerit que pars medicine censetur theoretica: et que practica: ac propter quid hec theoretica: illa vero practica dicitur. Ratio istorum non valet: quod verissimum est quod ex altera premissa speculatiua et reliqua practica potest sequi conclusio practica. Unde et hoc principio practico. contraria contrariis appositione curanda sunt: sicut supercalesfacta appositione frigidiorum: sumpto sub hoc speculatiua: taliter labas est supercalesfactus: vel talis egritudo est superabundantia caloris statim sequitur conclusio practica. s. quod talis egritudo est curanda per appositionem frigidiorum: et ita de alijs: quod gratia exempli hoc est positum. Et quartum correlarium contra alium doctorem ponitur dicens: quod practica distinguitur a speculatiua per hoc: quod practica acquiritur per assuefactionem et experientiam singularium in ratione particulari: et non est nisi habitus experti. Speculatiua vero per deductionem vniuersalium in ratione vniuersali et ipsa est scientia. Hoc autem esse falsum patet primo ex dicto Auer. d. vtramque esse scientiam: et idem dicit Auer. 2. meta. ubi ait. quod scientie attribute philosophie sunt due. quarum vna est cuius finis est scire tantum: et altera operari: et illam cuius finis est operari: vocat immediate scientiam operatiuam: secundum ergo practica est scientia. sexto etiam metaphysici. philosophus et Commentator volunt quasdam scientias esse Textu et vtraque esse ex vniuersalibus. Item Auer. verbis preallegatis excludit expresse imaginationem istam: cum dicit quod per practicam non intelligit operationem in effectu: et similiter in principio illius auctoritatis: expressius autem cum ibidem postallegata verba subdit immediate. cuius duarum diuisionum medicine qualitate sciueris: iam scientiam scientialem: et scientiam operatiuam adeptus eris: et si nunquam id est quod vnus nunquam operatus fueris: ecce quod practica medicina acquiri potest sine assuefactione et abis exteriori singularium experientia: vel operatione. Et large vero et improprie notitia practica dicitur, modus dicitur notitia que est directiua praxis secundo modo. Et rem:

Quartum correlarium. 3 Aureo. li. 3. q. 10. logi. arti. 3. p. 2.

Com. 3.

Textu et cōm. 1.

Cap. 3.

Cap. 3.

2. c. p.

Com. p.

Com. p. 7. 12.

Cap. 13



plū. Sanitas est debita humorū temperies : vel adequa-  
tio : tale medicamen talis virtutis existit: carnes volati-  
lium sunt leues & facili digestiois: & similes: que ly nō  
scdm se formalr & imediate dirigāt ad sanitatis cātionē:  
aut ad aliā operationē: de propinquo tamen virtualiter  
cōtinent notitias scōs se imediate ad causandū sanitatez  
dirigentes. q̄ aut iste (q̄uis non proprie sicut he que sunt  
formaliter directiue de quibus dictus est) sintz dicantur  
practice patet auctoritate p̄ bi. 7. meta. d. q̄ a. sanitate q̄  
est in anima fit sanitas extra in materia. Sanitas autem  
in anima vocatur ab eo diffinitio: & notitia quiditatis ip-  
sius sanitatis: vt ibi patet. **Abodus** autem quo a sanitate  
in anima fit sanitas extra in mathematica scdm p̄ hm est  
talis. **Houit** enim medicus: q̄ sanitas est debita humorū  
regularitas: ex hac concludit q̄ hōies opodat regulari.  
**Houit** etiam q̄ humores frigidī superabundant: & p̄  
consequens: q̄ virtute alicuius habētis frindum remitte-  
re: sunt contēperandi: deinde q̄ nouit: q̄ illud vel corpus  
vel medicamen est talis virtutis: concludit imediate q̄  
huiusmodi medicamen est adhibēdum &c. vt ibi deducit  
p̄ bs in qua deductione cōstat esse plures veritates nō p̄  
se formalr directiuas modo qui prius dicitur est: vt puta  
hec sanitas est debita regularitas humorū: tale medica-  
men est virtualiter calidū: aut talis vel talis virtutis. talis  
infirmitas est ex superabundātia humorū frigidōzū:  
a quib⁹ essentialiter alie formaliter directiue tanq̄ ex p̄-  
tialib⁹ p̄ncipijs depēdentz virtualiter cōtinentz & in eis  
est ordo: & analogia: vt superi⁹ dicendū est. **Eū** aut p̄ bs  
dicit q̄ a sanitate i aia siue a tali notitia fit sanitas i ma-  
teria p̄ q̄ eā vocat factiūā & actiuam notitiā. igit illa di-  
citur notitia practica. **Sed** stat q̄ nō proprie q̄ alias se  
queret: q̄ illa pars medicine que theoretica dicitur: & con-  
distinguitur cōtra eā que pprie dicitur practica: vere et  
pprie esset practica: q̄ est falsum: vt ātea habitū est. con-  
sequentia p̄bat: q̄m tales notitiæ: ad illam partes medicī-  
ne theoreticæ pertinet que docet compositionē & cōplexionē  
membrozū: spēs & dīstas egritudinū & signa earū: vir-  
tutes: & qualitates ac proprietates medicaminū siue natu-  
raliū rerū: que ad sanitate habēt essentialē analogiā  
**Largius** p̄o magis iproprie diceretur notitia practica  
quelibet que tñ virtualiter & remote esset directiua: & tā-  
to magis iproprie q̄to remotius. **Hoc** probatur p̄io per  
locū a maiorib⁹: q̄ si notitia virtualiter de proximo praxis  
directiua (de qua nunc dictum est) nō est proprie practi-  
ca: multo magis nec ista. **Secdo** q̄ si tales proprie dicerē-  
tur practice opoteret, concedere mathematicas scias et  
physicas esse vere practicas: q̄d. s. meta. reprobatur. con-  
sequentia p̄: q̄m per multas cōclusiones geometricas iu-  
uantz & diriguntz mechanicī in suis operib⁹: & multe tales  
sunt p̄ncipia per que habet notitia plurium cōclusio-  
nū artū mechanicarū. Similiter est de cōclusionib⁹  
arithmeticis pluribus: respectu artū musicalium cōclū-  
sionū. **Sic** etiam de plurib⁹ physicis respectu medicina-  
lium: & agricultuarū & pluriū aliarū. **Hec** dubiū q̄ mul-  
te scie & artes practice iuuentz: & isto modo virtualiter di-  
riguntur per scias speculatiuas: & subalternā eis des. **Et**  
his p̄ que notitia proprie practica dicitur: q̄m notitia cō-  
plexa p̄m se praxis formaliter directiua. oīs vero alia no-  
titia dicēda est speculatiua. **Hūc** restat videre de ha-  
bitibus. quis ex eis pprie dicitur practicus: & quis specu-  
latiuus. **Hic** dicitur ab aliquibus q̄ habitus practicus  
est ille qui est de obiecto virtualiter continēte notitiā di-  
rectiūā operationis voluntatis circa ipsum: actiaz recti-  
tudinē operationis p̄dicte: que operatio p̄m ipsum est ve-  
re & primo praxis. **Ille** vero habitus est speculatiū⁹: qui  
est de obiecto nō virtualr cōtinetē huiusmodi notitiam  
directiūā. & rectitudinem operatōis voluntatis circa ip̄s.

L.c. 23.

L.c. 23.

L.c. 23.

L.c. 6. p.

ab scoto

**Contra** istud primo: q̄ cū p̄m ipsum deus sit tale obie-  
ctum (vnde theologiam ideo ponit practica) sequitur  
q̄ de deo non possit haberi talis habitus speculatiuus.  
hoc autem cōsequens (quis cōcedat mihi) sit est certum  
q̄ philosopho videtur esse falsum: sic em̄ metaphysica de  
deo esset practica & non speculatiua hoc etiam cōsequēs  
(vt apparet) videtur esse falsum p̄m hūc doctorem. **Hāc**  
in soluendo quoddam argumentum in principio. q̄ factū  
probādum theologiam non esse practica. ex auctorita-  
te Boetij assignātis tres partes sciētie speculatiue: quaz  
vna est theologia: ait sic. dico q̄ Boetij intelligit p̄ theolo-  
giā metaphysicā: hic vt apparet nō vult negare Boetij:  
sed exponere. quasi cōcedens dictum Boetij: p̄m expo-  
sitionem quam dat: q̄ si sic videtur hic concedere meta-  
physicam esse speculatiuā q̄d si non concedat ex cōsequē-  
tione sua: auctoritas tñ Boetij cōtra eum est. **Præterea.**  
**Hoc** consequens sit falsum probō. nam cōfusiō sciē-  
tie practice actus proprius elicitus est notitia practica:  
patet q̄ ex actibus practicis generātur habitus practici  
et actus sequētes habitum similes sunt p̄cedētibus. ex  
quibus est genitus: s; nullus actus proprius metaphysic-  
ce (z loquor de metaphysica que acquiritur ex studio li-  
bri metaphysice arithmetice) est notitia practica: q̄d p̄z:  
q̄ nulla conclusio talis est formaliter directiua praxis.  
igitur &c. **Secundo** si dictum eius opinionis esset ve-  
rum: sequeretur q̄ de nulla re mundi posset haberi scien-  
tia speculatiua: cōsequens reputo sic absolum vt nec cu-  
rem probare: nec expedit: cum ipse aliquas scientias pon-  
nat speculatiuas. **Consequētia** patet: q̄m nulla res est in  
mundo que non sit bona: et per consequēs que non conti-  
neat virtualiter aliquā notitiā directiūā operationis  
voluntatis circa ipsam. **Confirmatur** istud: quia etiā no-  
titia que est simplex apprehensio rei: est notitia p̄m istum  
doc. taliter directiua vt supra patet: quāto magis autem  
notitia cōplexa: qua cognosceretur rem esse bonam: talē  
autem quelibet res de se potest causare concurrentibus  
alijs partialibus causis. **Alia** opinio dicit. q̄ habitus  
practicus est ille qui est actiuus & causatiuus: de quo  
est. & ideo practicus q̄ sit actiuus. **Unde** in hoc quod est  
actiuū & causatiuum non tñ directiūū consistit ratio ha-  
bitus practici p̄m hanc opinionem: q̄ em̄ sit actiuus p̄z  
satis per philosophum qui sciētias practicas vocat acti-  
uas: et Lommen. vocat operatiuas. s. meta. et in. 7. dicit  
philosophus q̄ a domo que est in anima fit dom⁹ in ma-  
teria. **Sed** q̄ ista actiuitas non solum per modum diri-  
gentis intelligenda sit: sed vere per modum causantis et  
producentis. **Probatur** primo: quia illa est formalis ra-  
tio habitus practici qua dempta demitur esse practicus  
omni alia remanente: sed ratio actiuitatis est huiusmo-  
di: quod patet: quia si aliquis haberet perfecte scientiam  
naturalem cognosceret perfecte de rosa omnes transmu-  
tationes ex quibus generatur: ita q̄ posset dirigere respe-  
ctu productionis rose quemcumq̄ qui posset illam ope-  
rari: et tamen certum est q̄ non haberet physicam pra-  
cticam. pro eo q̄ rosam praticare et agere non posset:  
q̄uis vtiq̄ sciret et scientiam priorē et conformem ha-  
beret: contra (vt ipse subdit) si habenti scientiam de ge-  
neratione rose deus communicaret potentiam erequēdi:  
scientia illa statim indueret habitus practici ratio-  
nem. **Secundo** si idee que sunt in mēte artificis essent  
realiter subsistentes sicut posuit **Plato**: haberent respe-  
ctum prioritatis et conformitatis ad res fiendas: quo-  
niam artifex faceret quicquid faceret aspiciēdo ad eas:  
sed tales non essent practice cum nihil operarentur: sed  
artifex faceret totum. ergo respectus conformitatis non  
dat habitū q̄ sit practicus: sed respectus actiuitatis.  
**Tertio** moralis scientia existens in mente nostra est

L.c. 1.

cōtra illā  
opi. Au-  
reoli vbi  
supra.

2.

q. 1. ar. 4.

eiusdem speciei cum morali existente in mente angeli:  
cum sint de eodem obiecto: et in potentia eiusdem ratio-  
nis: ipsa vero vt existit in mente angeli eiusdem speciei  
&c. non est practica. **Quantūcumq̄** sciat angelus: quid  
est castitas: sicut & omnes virtutes morales: non tñ scien-  
tia de castitate est practica in eo: quēadmodum nec scien-  
tia generationis rose est practica in nobis. moralis p̄o in  
nostro intellectu est practica: sed iste due morales in mul-  
lo differunt nisi in actiuitate. **Scientia** nāq̄ de castitate  
que est in nobis: habet rationē actiuū: q̄ possumus acqui-  
rere castitate. in angelo vero nō h̄z: & tñ alios duos respec-  
tus habet. s. prioritate & cōformitate. igitur actiuitas  
dat habitū: vt practicus dici possit. **Confirmatur**: q̄  
medicina est quedā physica: & tñ est practica pro eo q̄ est  
actiua. **Confirmatur** etiā: q̄ si alchimia induceret veras  
formas: tunc physica que est de genere auri et aliozū me-  
talozum esset practica. **Illā** nāq̄ esset vera alchimia per  
quā homo sciret inducere illas formas. **Apparet** igitur  
inquit qualiter practica et speculatiua ratio non cōpetit  
habitū ex obiecto solo: q̄ ex obiecto relato ad talē sciētē:  
qui habet posse agere & fabricare obiectū. et ideo p̄ bs. s.  
meta. diffinit sciētā practica q̄ est illa: q̄ respicit res qua-  
rum est p̄ncipiū in agēte intellectus: aut ars aut aliqua  
virtus. **Et** subdit. q̄ p̄ncipiū in artificialibus est volun-  
tas: p̄ncipiatum aut inquit ista relatio ad agens per hoc  
nomen operabile. **Et** ideo bene dicitur q̄ sciētia practica  
est illa que habet pro obiecto rem operabile a se: specula-  
tiue p̄o obiectū non est operabile: sed speculabile tñ: hec  
iple. **Dimisso** eo q̄d opinio hec dicit contra aliā videlicet:  
q̄ habitus non est practicus propter illos respectus con-  
formitatis & prioritatis nec ex eo q̄ talis sit obiecti vel tra-  
lis precise: q̄ in his negatiuis cōuenio secū: q̄tum tñ ad  
id q̄d dicit q̄ habitus est practicus per respectum actiu-  
tatis ad intellectū supra positum: & que habet ex obiecto  
relato ad scientē: qui habet posse agere et fabricare obie-  
ctum: ac alia quedam que cōsequenter dicit: ipsa non vi-  
dētur mihi vera. **Unde** arguo sic primo. eo precise ali-  
qua scientia est practica quo est actiua: sed eo precise est  
actiua quo directiua. igitur eo precise est practica quo di-  
rectiua. **Adato** p̄z per ipsum & alios. **Adhōzē** probō: q̄  
sciētia non alia ratione est: vel dicitur actiua nisi in qua-  
tum est p̄ncipiū agēdi: nec est p̄ncipiū agēdi nisi p̄  
precise directiue: siue quatenus est directiua actionis: sicut  
etiā a libi per dicta huius doc. probatur. ait em̄ ipse lib. 1.  
di. 17. vbi agit contra opinionem ibi recitatā sic. **Certum**  
est em̄ q̄ ars non est p̄ncipiū trāsmutandi aliud eliciti-  
ne: sed tantūmodo directiue. igitur p̄m eum non alia ra-  
tione ars dicitur factiua nisi quia factiois directiua.  
igitur nec sciētia est actiua nisi quia est actionis directi-  
ua: & vtor in ista ratione eo & quo tanq̄ dictionibus speci-  
ficis: sicut cū in tantū / & quātum specificē tenētur. **Et**  
hoc aut vterius arguo sic. scientia practica q̄tum est ex  
se formaliter & ex natura sua: & nō quia in tali / vel tali est  
subiecto. verbi gratia. habentē potētiam agēdi et fabri-  
candi obiectum) est directiua actionis. igitur ex natura  
sua formaliter & non quia in tali est subiecto est practica.  
**Assumptum** p̄z q̄m ex natura sua est p̄ncipiū notitiā:  
rum formaliter directiuarū ex quibus generata est. **Et**  
certum est q̄ quicūq̄ / vel qualescūq̄ habeant tales scien-  
tias būmodo sint eiusdem rationis in similes notitias p̄m  
speciē mediātib⁹ talib⁹ sciētis exētū: vt nō in alias vnus  
& in alias alius: nec idem vno tempore in quasdam & alio  
tempore in alias vnus: & in alias alius p̄m speciem. vnde  
si medicus cyrgurgicus mediante sua medicina practica  
eliciat noticiam directiūā q̄ habentibus calidum adhi-

benda sunt que repellant iuxta et eplum Auic. supra posi-  
tum. aut aliam similem: si perdat manus / vel potentiam  
adhibendi talia: non minus mediante illa medicina: est  
cict talem actum sicut clarum est. **Præterea.** **Sicut**  
esset dicere q̄ peritus statulificus mor: cum perderet ma-  
num / vel potentiam manualiter faciendi statuas: simul  
perderet artem: & hoc repellit experiticia / nec minus stul-  
tum esset dicere q̄ ars remanens in ipso alium actum eli-  
ctum p̄m speciem haberet: q̄ prius dum erat manuatus  
igitur sicut prius per artem suam habebat notitias dire-  
ctiuas & significatiuas qualiter statua sit faciēda: sic et  
postea habebit: & per cōsequēs ita erit habitus factiuus  
et practicus sicut ante. **Præterea.** **Opotet** istū doc.  
concedere eundem habitum numero frequētē successi-  
ue esse practicum & speculatiū: quod oīno irratiōabili-  
ter dictum esse puto: quod quilibet iudicet. **Assumptū**  
p̄z. **Hāc** si infirmitate aliqua aduenire statulificus ope-  
rari non possit exterius: eius ars esset speculatiua. **Rur-**  
sus eo sanato & potēte operari erit practica / seu factiua.  
**Iterum** si denuo infirmetur: ita vt operari nō possit ex-  
terius erit speculatiua: & cum iterum sanabitur erit pra-  
ctica. **Similiter** cum aliquis peritus musicus sit raucus  
ita vt iuxta suam sciētiam formare voces nō possit: sua  
musica erit speculatiua: et cum ex rauitate liberabitur  
erit practica. patet igitur q̄ ad hoc q̄ habitus sit practi-  
cus: non requiritur q̄ habens illum habet potētiam ex-  
terius agēdi & causandi suum obiectum. **Secundo**  
declaro q̄ non sufficit talis potētia actiua sciētis: ad hoc  
vt eius habitus sit practicus sicut ipse vult: vt patet: quia  
sicut ipse dicit: si daretur physico potentia producēdi  
rosam: eius physica esset practica. **Si** em̄ hoc esset verū  
sequeretur q̄ de facto physica que habet de actibus am-  
me. s. intellectioibus / & volitionibus: et similiter de habi-  
tibus esset vere practica. **Hāc** physicus habet potētiam  
tales actus producēdi: & similiter habitus actibus me-  
diātibus. **Similiter** geometra de figuris: esset vere pra-  
ctica. cum geometra possit figuras describere et facere.  
**Sed** non est dubium q̄ vtrūq̄ consequens est falsum et  
contra philosophum. s. meta. qui metaphysicam & phys-  
icam ponit esse speculatiuas. **Est** etiā contra hunc doctō-  
rem met: qui in eodē articulo dicit. q̄ tota physica in no-  
bis est speculatiua: et in di. 35. p̄mi li. q. 2. artic. 3. cōtra  
opinionem Ricardi. dicit q̄ nulla geometria proprie pra-  
ctica est. **Tertio** quero quomodo intēdit q̄ sciētia pra-  
ctica pro obiecto habet rem operabilem a se: & q̄ sciētia  
non est practica nisi sit scientia quae potest agere & fabri-  
ca re obiectum. **Constat** enim q̄ per obiectum intelligit id  
quod cōmuniter vocatur subiectum: rem. s. quam signifi-  
cat / vel pro qua supponit subiectum cōclusionis: et de  
qua dicit aliquid sciri. verbi gratia. rosam dicit esse obie-  
ctum physice illius qui scit ex quibus causis & actionib⁹  
rosa generatur. **De** tali igitur obiecto quero: quomo-  
do intelligit opotere esse operabile a sciēte: ad hoc vt sci-  
tia de ipso sit vere practica: aut enim intendit q̄ sit opera-  
bile proprie: sic q̄ per actionem agentis de non esse traha-  
tur / vel trahi possit ad esse: aut q̄ sit operabile non sic: sed  
operationibus nostris attingibile quocūq̄ sint ille opera-  
tiones / aut intellectus: scilz aut voluntatis / vel alterius.  
**Primum** non potest dici: tum quia frequētior dicit  
oppositum in eadem questione: tum p̄m hoc theologia  
quā habemus de deo non esset practica. **Consequens** est  
expresse contra eum in eadem. q. ar. 3. **Et** consequētia pa-  
tet: quia deus non est sic operabilis. **Si** vero dicitur se-  
cundum. s. q̄ sufficit obiectum esse operabile. i. attingibi-  
le a nobis per nostras operationes: quēadmodum dicit  
deū esse a nobis operabile: q̄. s. attingibilem per rōnes &  
operationes intellectus & voluntatis. **Et** per hoc saluat q̄

L.c. 6.

theologia est practica. igitur sufficit ad hoc qd habitus sit practicus ipsum esse attingitur sui obiecti mediatis operationibus intellectus vel voluntatis. ¶ Sed huius oppositum esse videtur vellet cum dicat qd si scies careat potentia productiva obiecti: quod tunc habitus sit directivus: et conformativus non est practicus. ¶ Altera. ¶ Fin hoc physica in nobis: et scientia moralis in angelo essent vere practice: cum res naturales sint attingibiles a nobis mediatis operationibus intellectus et voluntatis et virtutes morales ab angelis: sed utriusque oppositum ipse ponit expressis: ut supra recitatum est. ¶ Quarto sequitur qd de eodem non possit idem habere habitum unum practicum: et alium alicuius speculativum. hoc aut falsum est. Nam idem habet de actibus humanis physica speculativam et moralem practica: et de eodem modo medicina theoretica seu speculativa per quam scit causas morbi et qualitatem. et medicinam practica per quam scit qualiter morbus ille debeat curari et qualiter etiam debeat augeri si expeditur: sicut cum medici quos putrefieri faciunt aliquam partem: ut melius consequenter possint curare: quia pars quod impossibile est eadem simul entitate ab aliquo esse operabile et non operabile. ¶ Quinto fin hanc viam magis dicendum esset qd habitus esset practicus ex subiecto in quo est: seu ex habente ipsum qd ex obiecto. Nam fin hanc opinionem ex variatione conditionis ipsius scientis: non variata conditione obiecti: variat habitus fin esse practicum et speculativum. Si enim scies non habeat potentiam productivam obiecti: habitus non est practicus: sed speculativus. Si vero habeat: est practicus. ¶ Ex quo ulterius sequitur fin istam opinionem qd habitus practicus esset per accidens practicus et magis per accidens qd intellectus. nam intellectus dicitur practicus denotative ab eo quod est formaliter in eo subiective. scilicet a noticia practica. ¶ Habitibus vero dicitur practicus ab eo quod est in ipso: ideo nec ab aliquo quod sit in eodem subiecto primo cum eo: sed ab eo quod est in eodem supposito. scilicet a potentia productiva rei exterioris: quam constituit non esse subiective in intellectu subiective in intellectu fin viam istam. Sic igitur pars quod opinio prefens fuit multum defectuosa: nec sive rationes concludunt valide. non quidem prima: quoniam minor erit falsa loquendo de actualitate: ut dictum est supra ostensum est de statuitur: et musica: et pbatio nulla est: quoniam non ideo physica non est practica: quia non possumus producere res naturales cum nec physica que acquiritur ex studio libri de aia: aut alia de actibus nostris sit practica: cum tamen habeamus potentiam productivam illorum: et sicut nec geometria de figuris. Et contra ars statuitur non operantis et carentia potentia agendi non minus sit practica qd dum haberet manus. Et quod addit: quod si deus daret nobis potentiam generandi rosam scientia quam habemus esset practica: utique falsum est. non enim proprie esset practica et formaliter: quoniam quantum ad aliquas partes suas esset virtualiter practica: sicut nunc est: pro eo quod ex talibus conclusionibus: tam ex principijs: causari potest noticia formaliter practica iuxta modum supra dictum. ¶ Ad secundum argumentum non oportet respondere: quia non pono quod ex talibus respectibus habitus sit practicus. ¶ Ratio tertia de seculo primo in principio dicitur quod in angelo sit scientia moralis eiusdem rationis cum ea que est in nobis. tum quod probatio assumit falsum. et quod illa scientia sit in subiecto eiusdem rationis sive speciei specialissime: et per consequens illa scientia et ista non sunt in subiecto eiusdem rationis: tum quod esto quod sint in subiectis eiusdem rationis: de eodem intellectu non sequitur quod sint eiusdem rationis: cum etiam in unico intellectu numero possint esse habitus et scientie diversarum rationum de eo

dem obiecto ut probatum est supra. q. ij. ar. i. ¶ Non videtur aliquam necessitatem ponendi in angelis aliquem habitum moralem: nec iste doc. probat hoc: sed gratis assumit. Nam tamen in eis esset aliquis eiusdem speciei cum eo qui est in nobis et notitia eiusdem rationis elicivus: qualiter cum habitus intelligi debeat esse elicivus: suorum actu: de quo ad presens non curo: cum notitia quare elicivus est habitus qui est in nobis. dico quod si non est practicus et suus est practicus: non obstante quod potentiam productivam non haberet sicut etiam habitus statuitur vel scriptorum mutilatis manibus est vere practicus non obstante carentia productiva operis exterioris: pro tanto quod est directivus seu elicivus actu seu notitia rum formaliter directivam ad praxim. ¶ Confirmatio. ¶ Quia dicitur quod medicina est quedam physica: et tamen est practica: videtur prima facie sibi dicere: quod ut supra recitatum est: eadem dicitur quod tota physica in nobis est speculativa cum ex alia parte velit expressis: ita opus est dicere sive licet loquitur quod nullus habitus est speculativus et practicus: quod tamen sit de dictis ista: quod forte per aliquam glossam ea evitaret. dico ad argumentum quod aliqua medicina utique est practica: sed non quod est activa ad sensum in quo loquitur: sed quod est directiva modo super expressis. ¶ Ad confirmationem aliam de alchimia. dico quod non propter ea alchimia induceret veras formas physica que nunc habet de generatione metallorum: esset practica plus quam nunc sit: sed ars vel scientia alchimie tunc esset vere practica sicut nunc de facto ille habitus directivus ad faciendum alchimiam est practicus: quoniam non sit scia: neque ars: cum non sit vera ratione factivus: sed potest inertie: quod in greco dicitur achenia: quod est habitus cum falsa ratione factivus: et opponit arti. ut dicitur per h. s. ethi. ¶ Quatuor igitur ad illud dico propter ad supra dicta. nam de habitu possumus dupliciter loqui. Uno modo de aliquo habitu uno non comprehendere plures partiales: sicut est habitus unius conclusionis: et isto modo supra habitus: dico quod ille habitus est practicus: quod mediate suo actu elicito est formaliter praxis directivus hoc est cuius proprius actus elicivus est formaliter praxis directivus. Ille vero est speculativus cuius proprius actus non est formaliter praxis directivus: non enim ex actibus practicis generat habitus immediate aliquid practicum. Similiter nec ex speculativis nisi habitus speculativus: nec actu speculativorum est immediate elicivus habitus aliquid speculativum. ut per h. s. actus formaliter directivi sunt practici: et non formaliter directivi sunt speculativi: ut supra per h. s. et c. Alio modo sumitur habitus per collectionem plurium partialium habituum ut frequenter dictum est sic sumendo habitum. dico quod vel ille includit precise habitus speculativos: sicut sibi gratia tota geometria per supra: et constat quod talis est speculativus: vel includit precise practicos: ut per h. s. medicina practica distincta a medicina theoretica: et tunc non est dubium tale esse proprie practicum. Aut includit aliquos practicos et aliquos speculativos habentes convenientiam generis subiecti et analogiam ad practicos: ut pote quod principia seu potest: quorum conclusiones sunt principia respectu conclusionum habituum practicosum: quales (ut supra dictum est) sunt virtualiter et de primo mediantibus suis actibus praxis directivi. sicut tota medicina includens tam medicinas partiales speculativas quam partiales practicas. et talis habitus per se potest denominari practicus: quod per h. s. Quia sicut tota medicina predicto modo supra. communiter dicitur practica. Sicut per h. s. moralis dicitur practica. non obstante quod multos habitus mere speculativos includat: sicut faciliter advertere potest qui curam voluerit adhibere. ¶ Secundo quia ex quo tales habitus speculativi et practici: non ad vnam scientiam totalem pertinere propter unitatem per se generis subiecti possunt convenienter denominari. uno modo iuxta strictam denominationem habituum. convenienter autem vocat iste totalis habitus ab habitibus quorum conclusiones sunt deducte ex conclusionibus aliorum sicut ex principijs: quod ex habitibus: quorum

Comē.

ca. 5. r. 6.

cap. 6.

cap. 7.

cap. 6.

conclusiones sunt principia conclusionibus aliorum: sicut et demonstratio: denotativa autem univocalis vel particularis. affirmativa vel negativa ex conclusionem: et non ex principijs: ut patet. 1. posteriorum. ¶ Tertio idem patet ex dicto Comē. 2. metaphysicis. ubi ait. Scia operativa: quibus vta est rationatione et speculatur de causis: non tamen est digna vocari scientia speculativa: quia non perscrutatur de causis rerum et de diffinitionibus earum: nisi ut scietes ea agat: et non ut sciat sicut est de scientijs speculativis. ¶ Constat autem quod scientias que speculatur causas rerum vel naturas causarum et diffinitiones rerum est speculativa: comprehendit ergo talis scientia de qua loquitur habitus non practicos sed speculativos: et tamen dicitur ea non esse dignam vocari speculativa: sed practica. Et ratione subdit: quia tales notitie speculative ordinantur ad practicas: velut. s. principia ad conclusiones principaliter intentas: et ideo a finali parte denominationis practica. ¶ Restat autem circa predicta unum dubium. scilicet quomodo scientia practica seu activa distinguatur a prudentia: et scientia factiva distinguatur ab arte: quod enim distinguatur patet ex. s. ethi. ubi philosophus probat neque arte neque prudentiam esse scientiam. Si igitur scientia activa vel practica sit habitus: sic directivus ut dictum est: igitur ipsa est habitus vera ratione activus. hoc autem predicatum diffinitio est prudentie: ut patet. s. ethi. Similiter scientia factiva est habitus vera ratione factivus: cum igitur hec sit diffinitio artis: ut patet ibidem quomodo igitur scientie iste distinguatur a prudentia et arte. ¶ Dicitur quatuor mihi apparet quod differentia harum constituit in hoc quod nulla scientia siue practica activa vel factiva siue speculativa: concludit de re aliqua contingenti singulari conclusionem. prudentia vero semper de re contingenti singulari concludit conclusionem: et hoc siue ex altera premissa univocali et maxime per experientias singularium nota: et reliqua singulari nota per sensum vel aliam experientiam: aut ex sola experientia singularium. unde. s. ethi. dicit philosophus plus non est prudentia univocalis solus: sed oportet et singularia cognoscere. activa est enim actionum circa singularia. Et infra eodem ca. dicitur quod prudentia est singularium: quod sunt cognita ex experientia. ¶ Alio modo differentie est: quia quilibet ex necessarijs principijs necessarijs conclusiones deducit. prudentia vero conclusiones non sunt necessarie sed contingentes: differentie sive melius declarabitur arti. sequenti. hec pars est iterum philosophi. s. ethi. ubi probat sciam non esse prudentiam. ubi enim potest concludit quod actus prudentie: est habitus: statim ex hoc concludit quod prudentia non est scia: quia scia est cum demonstratione et de his que ex necessitate insunt. de talibus autem non est consiliari: sed de his tantum que contingunt aliter se habere. Sic etiam suo modo dicitur de scientia factiva respectu artis: ut de arte philosophus loquitur. s. ethi. Quis uterque habitus a multis artis nomine nuncupetur: sed non est curandum de nomine dum predicta differentie inter eas intelligatur. Et hec de secundo articulo.

**Nunc** quo ad articulum tertium. ¶ Alterum obiecta vel finis proprios extrinsece: distinguantur habitus speculativi a practicis. ¶ Premitto iuxta phibita in questione superius quod obiectum scientie potest dupliciter sumi. Uno modo proprie pro eo quod scitur: et sic obiectum scientie est significatum totale conclusionis scientie. Alio modo consuetum est vocari ab aliquibus obiectum scientie illud de quo aliquid scitur: siue illud quod scitur esse tale vel tale et illud est illud pro quo supponit subiectum scientie: et sic alius qui moderni tamen vocant et non obiectum: et sic etiam versus sum. per maiorem parte in questionibus predictis: quibus aliquando me conformans in modo loquendi opinionibus de quibus tractabam. etiam subiectum appellaverim obiectum. In presentia autem articulo ad vitandum ambiguitatem significati-

idem est dictu. tale quid volo: et tale quid me delectat: sumendo verbum amandi: vt patet in multis supra positis exemplis. ¶ Ad quartum dico quod Augu. non facit pro eis: quia posito quod non faceret mentionem de aliquo amore distincto a desiderio et delectatione: nec de aliquo odio distincto a timore et tristitia: non tū dicit nullū aliu amorem: vel aliud odium esse preter illa: et locus ab auctoritate negatiue est infirmus. Secundo dico quod si subtiliter attendantur verba eius. apparebit quod facit mentionem de aliquo amore et de aliquo odio. Nam cū ait. amor inhiās habere quod amatur cupiditas est: duplicem notat amorem. vnum quo illud in se amatur: et alium quo illi habendo inhiatur: ideo quis est inhiat a liquid habere quia illud amat. Et propterea dicit amor inhiās esse desiderium habere quod amat. ecce amor rei cupite quā presupponit desiderium. Similiter cum addit. id aut habens eorum fruentis letitia. i. amor fruentis eo quod amatur habito letitia est: etiā duplicem notat amorem. vnum quod dicit fruentem et letitiam: et aliu quem inuit eius quod amatur. Similiter patet de metu et tristitia: respectu odij quod presupponit: et illud significat Augu. per illud verbum aduerfatur. Idem etiam patet in verbis prioribus quibus ait. Cum consentimus appetendo ea que volumus: cupiditas est: cū autem consentimus fruendo his que volumus: letitia vocatur. Appetitus igitur eius quod volumus: est cupiditas. vbi expresse duo actus amoris alterius rationis notantur. alias idem esset: ac si diceret. appetitus eius quod appetimus cupiditas est: et fructio eius quo fruimur letitia est: que dicta quibus essent vera: inutiliter tamen et superflue talis fieret et replicatio.

**Pro articulo** tertio pono conclusiones quatuor: prima est. quod oīs fructio est actus siue operatio solius voluntatis. Secunda quod non oīs fructio est delectatio. Tercia quod non omnis delectatio est fructio. Quarta aliqua fructio est delectatio. ¶ Prima conclusio sic probatur. Omnis amor est actus solius voluntatis: omnis fructio est amor. igitur. maior patet: quia sola voluntas susceptiua est amoris et odij. minor probatur ex auctoritatibus Aug. diffinientis fructiōem. i. de doc. xp̄iana. et habetur in littera. ¶ Secunda conclusio probatur. nullū desiderium est delectatio: aliquid desiderij est fructio. igitur aliqua fructio non est delectatio. maior est clara. minor probatur. eo quod aliquid desiderium est amor: aliquid propter se: vt cum quis desiderat beatitudinem: vel sanitatem: aut honorem: aut aliquid tanquā finem: et non propter viteriorem finem alium. ¶ Tercia conclusio probatur sic. Omnis fructio est amor: aliquid propter se: non omnis delectatio est amor: aliquid propter se. igitur. maior probatur ex diffinitione fructiōis. minor probatur: quia sicut aliquando desideramus aliquid propter aliud: sic et eo habito delectamur in eo propter aliud. probatur etiam per Aug. 1. de doc. xp̄iana. Cum enim adest quod diligitur: etiam delectationem necesse est secus gerat: per quā si transferis eā ad illud vbi permanēdum est retuleris: vteris ea: et abusuue non proprie diceris frui. ecce quod aliqua delectatio non est proprie fructio. ¶ Quarta conclusio probatur sic. Omnis amor rei propter se est fructio aliqua delectatio est amor rei propter se. igitur et minor probatur. Nam delectatio beatifica est amor dei propter se. Item in multis alijs desideratis propter se delectatur aliqua do voluntas propter se: quibus non recte. hoc etiam patet per verba Aug. que immediate sequuntur ea que proxime allegata sunt. Aut enim si vero inhiēris et per manseris finem in ea ponens letitie tue: tunc vere et proprie frui dicendus es. Idem apparet que delectatio proprie sit fructio. Item. 10. de trini. Fruimur (inquit) cognitis: in quibus ipse voluntas propter seipsum delectata

1. de doc. xp̄iana. cap. 2. cap. 10.

ne est inuiti vobis. vobis est inhiat nominis et non ut inuenit dicitur dicitur etc.

q. 4. cap. 8.

Ad argumenta principalia.

L. c. 9. cap. 4.

consequat. Item. 3. q. Frui dicimur (inquit) ea re de qua capimus voluptatem: supple propter seipsum. Item. 1. de tri. hoc enim est plenum gaudium nostrum quo amplius non est frui trinitate deo. Idem patet: quod beatifica fructio est gaudium: omne autem gaudium est delectatio. ¶ Ad argumenta prima potest negari vtraque propositio: et cum probatur maior: quia quilibet cognitio est operatio alicuius potentie cognitive. concedo: sed ex hoc non sequitur: quod quilibet sit alterius potentie a voluntate. Nam non quilibet potentia cognitiua est distincta a voluntate: vt patet in scdo. Cum vero probat minor: quia oīs volitio est quedā notitia: nego. ¶ Ad probationē Augu. dico primo: quod si intelligatur sicut sumit argumentum: sequuntur duo falsa: et contra doctorem illum qui tenet conclusionem illā pro qua probanda auctoritas inducitur. Primum est. quod nec notitia: nec amor sit res distincta a mente. Idem patet: quia loquitur ibi Aug. de mente: sicut de notitia et amore. vnde ait in fine quiti capituli. Vbi nota quod modo inseparabilia sunt ista tria a semetipsis: et tū eorum singulis quodque substantia est: et simul omnia vna substantia vel essentia. Secūdu est. quod ibi non est aliqua notitia distincta ab amore: cuius oppositum etiam iste doctor vult. Dicendum igitur: quod Augu. ibi loquitur de notitia non actuali: sed virtuali seu (quod idem est dictu) accipit ibi notitiam pro vi cognititiua: cum conotatione tū actualis notitie: et similiter amorem pro vi amatiua cum conotatione amoris actualis seu actualiter inherenti: ita quod illa tria mens: amor: notitia: ponantur vice horum trium mens: noscens: amans: et tunc dictu est verum. Nam ipsa essentia anime est vis cognitiua: et amatiua: vel si loquatur de actibus secundis: tūc dicendū est quod loquitur improprie et intelligit de vnitate per accidens: non per se: quemadmodum subiectum et accidens dicuntur esse vni: et duo accidentia eidem imperetia. s. metaphys. et posset intellectus iuari per verbum eius quoddā infra lib. 2. ibi enim ostensa trinitate interiori que consurgit ex specie in memoria: et visione cogitantis: et intentione voluntatis copulantis: addit quod et ibi sit quedam vnitatis ex tribus non iam nature diuersitate distinctis: sed vnus cuius dēq substantie: et immediate exponit quo sensu et qualiter dicat illa esse vnus substantie dicens quod hoc totum intellectus est et totū vnus animus. ¶ Ad secūdu dico quod maior est falsa. Ad probationē responsum est in articulo secūdo.

**Distinctio prima.** Questio. iij. **Tercio** quæritur an solo deo sit fruendum. Et arguitur primo quod non. ¶ Primo sic beati non fruuntur deo. igitur non est deo fruendum: et per consequens non solo deo. consequentia secunda patet et prima. probatur: quia beati eo fruuntur quo fruendū est: alius voluntas eorum esset inordinata et peruersa et sic non essent beati: sed miseri. Antecedens probatur: quia fructio patrie succedit desiderio vite: nunc autē in via non desideramus deum: sed desideramus ipsum videre: et habere. igitur in patria non fruuntur deo: sed visio: ne dei. i. qua vident deum quā constat non esse deum: sed creaturam. ¶ Secūdo aliquid aliud a deo est eque vel magis diligendum quā deus. igitur non est diligendū propter deum. patet consequentia: quia alias deus esset eo magis diligendus: iuxta illud. propter quod vnūquodque tale et illud magis. igitur non est diligendū propter aliud: quia omne quod propter aliud diligendum est: est vltimate propter deum diligendum: cum ipse sit omnium rerum finis: sed sequitur. aliquid aliud a deo est diligendum non propter aliud. igitur est diligendum propter se: et vltra.

igitur eo est fruendum. Antecedens vero probatur. et capio vnum viatorem qui ordinatē diligit deum et omnia alia diligibilia propter deum: et sit dilectio qua diligit deum. a. et dilectio qua quidē diligit aliud diligibile propter deum sit b. constat quod a. non excedat intensiue b. in infinitum: quia tunc. esset infinita dilectio. igitur in proportionē finita: excedat igitur in dupla: tunc ostendatur voluntati illius aliquid diligibile quod ratio dicit in duplo magis diligendum quā primum: tunc eliciendo actum dilectionis conformiter rationi erit dilectio in duplo intensior quā prima. vtz b. eodē modo ostendatur aliquid diligibile quod recta ratio dicit in duplo melius et magis diligendum quā illud. et sic de quarto et quinto. et ita sequitur quod conformiter diligendo rationi recte: et per consequens ordinate diligit aliud a deo magis quā deum: et prosequens aliquid aliud a deo est magis diligendum quā deus. alias qui illud aliud a deo magis diligeret quā deum: non ordinate diligeret: nec ratio sic indicans illud esse diligendum esset recta: sed errans.

**Ad oppositum** deo est fruendum. igitur solo deo est fruendū. Antecedens et consequentia patent per beatum Augu. 1. de doctri. xp̄iana. d. In his igitur omnibus rebus ille tū sunt quibus fruendum est: quas eter nas atque incommutabiles cōmemorauimus: ceteris autem fruendum est. ¶ Secundo. si alio a deo esset fruendum hoc maxime videretur de ipsa fructiōe beatifica. Nam inter omnia creata ipsa est maxime diligēda: sicut et in via maxime desideranda est: sed ea non est fruendū. probatio: quia ipsa non est fruibilis. igitur nec fruendum est ea. patet consequentia. Antecedens probatur: quia non est diligibilis seipsa: sicut nec aliqua notitia creata est noscibilis seipsa: cum notitia dicatur relative ad noscibile vt cōmensuratum ad mensurā. s. metaphys. Et non potest esse mensura suimet: nec est diligibilis alia dilectione: quia sicut Augu. 9. de trini. Amor non nisi seipso amari potest.

cap. 7.

L. c. 20.

cap. 5.

**In ista questione** tres erunt articuli. ¶ In primo videbitur quomodo vel quibus voluntas possit frui. et simul an solo sit deo fruendum quod principaliter queritur. In secūdo videbitur quibus voluntas possit vti et quibus sit fruendum: quod tangitur in vno argumento ad. q. In tertio propter aliud argumentū videbitur an aliqua fructio creata possit esse fructio sui ipsius obiectiue et sic vtrū aliqua notitia possit esse sui ipsius notitia.

**Quantum** ad primū articulum præmitto distinctiones aliquas de frui. Et prima sit quod frui potest tripliciter accipi. Vno modo cōmuniter et improprie: specialiter et proprie: specialius et magis proprie. ¶ Primo modo frui dicitur tā de dilectione qua aliquid diligitur propter aliud: quā de ea qua diligitur aliquid propter se. isto modo sumit Augu. 9. de tri. cap. 8. cum ait. Cum igitur par nobis aut inferiori creatura sit: inferiori fruendum est ad deum. pari autem fruendū est: seu in deo: sicut enim seipso non in seipso frui debes: sed in eo qui fecit te: sic etiam ille quē diligis sicut te ipsum: et in hoc intellectu exponit primo de doctri. xp̄iana. cap. 2. Illud apostoli ad iherosolē. Ego te fruar in domino. Et subdit quod abusuue non proprie dicitur illo frui. ¶ Secundo modo idem est frui quod diligere rem propter se: propter se intelligo. i. non propter aliud: sed sicut alium modū loquendi dilectione absoluta siue non relata ad alium finem: et sic sumit Aug. primo de doctri. xp̄iana. in diuersis locis. vt patuit in prima questione huius distinctionis. ¶ Tertio modo sumitur pro delectari in aliqua re propter se: et sic sumit idem Augu. 10. de trini. cum ait. Frui: cap. 10. e. ij.

mur cognitio in quibus ipsis voluntas ppter seipsam delectata coquiescit. In presenti articulo sumo frui scdo mo. **¶** Alia distinctio est qd frui sic acceptu pot accipi dupl: scz comuniter ad fruitionem ordinata z iordinata: z specialiter p ordinata. **¶** Ordinata dicit qd est circa illud quo fruendū est cū alijs debitis circumstantijs si que alie requiruntur. **¶** Inordinata vero que est circa illud quo non est fruendū. **¶** Si qstio quātū ad hūc articulu intelligat de fruitione comuniter pordiniter doctores dicit z vey est qd tā deo qz creatura voluntas pot frui. **¶** Loquor de voluntate non pfirmata neq obstinata qualis est voluntas viatoris. **¶** Et qd deo possit frui: patet p plures auctoritates Aug. quas magister ponit in ista distinctio. **¶** Et pbat: qd alias voluntas in via nō possit deū diligere nisi vtendo eo: patet qz si nō pot eo frui nō pot eū ppter seipsz diligere. **¶** Igit si pot diligere nō pot diligere nisi ppter aliud: z pns vti. **¶** Pns pofalium videt. vt patet p Aug. 83. q. vbi dicit. qd pfecta hominis ratio que virtus vocat vti pmo seipsa zc. ostendēs qd oibus alijs vti: z ex eius pcessu patet expse qd loquit de rōne viatoris. **¶** Et subdit qd deo nō vti: sed frui. hoc idem patet ex pbatione sui dicti quā mo: subdit. d. neq em ad aliqd aliud referendū est deus: qm omne qd ad aliud referendū est: inferius est qd id ad qd referendū est: nec est deo aliqd supius (nō loco) sed excellētia nature. si igitur voluntas nō nisi vtēdo pot deū diligere. igit nō pot nisi vitiose ipm diligere: cum vitiosū sit ad aliud referre: qd ad aliud non est referendū: et ad qd cetera sunt referenda. **¶** **¶** Confirmatur p illud qd ibide pmittit Aug. qd ois humana puerio qd etiā vitium vocat: est fruendū vti velle atq vtēdis frui. **¶** Et rursus ois ordinatio que virtus etiā nominat est fruēdis frui z vtēdis vti. **¶** Sed pstat qd nō solū vitiose: sed z ordinate et meritoze voluntas pot deū diligere: quā nō nisi adiuta dei gra: vt patebit in scdo. igitur voluntas pot deo frui adiuta. **¶** I. dei gra. et sic intelligo primā partē pclusionis. **¶** **¶** Secūda partē pbo. f. qd voluntas potest frui creatura: patet qm multi sunt peccatores seipos amātes z nō nisi ppter se z etiā alia ppter se. et p pns seipis fruētes. patet etiā: qd sicut aliqz amor est charitas: ita aliqz est cupiditas. cupiditas aut est amor quo creatura diligit ppter se fm Aug. 3. de tri. ois aut talis amor est frui: vt ex supradictis patet. igit zc. **¶** Si vero qstio intelligat de fruitione ordinata tm: tūc dico qd solo deo voluntas pot frui itelligēdo semp cū auxilio grē diuine. pbat: qd solo deo est fruendū: igit solo deo voluntas pot frui ordinate. **¶** Pbat etiā: quia nulla est ordiata fruiō nisi qua frui est quo fruendū est. **¶** Pbat: qd de? est ppter se tm diligendus: sicut patet ex dicto et rōne Aug. 83. q. statim adductis. **¶** **¶** Itē nihil aliud a deo est ppter se diligendum: quia quolibet alio est vtēdum: sicut patet p Aug. i. de doctri. christia. lib. i. igit solo deo est fruendū. **¶** **¶** Confirmatur per auctoritatē Augusti. **¶** **¶** Hic em pmo de doctri. christia. In his igitur omnib? rebus ille tm sunt quibus fruendum est: quas eternas atqz incōmutabiles cōmemorauimus. **¶** Ceteris autē vtēdū est. **¶** Et paulo post dās intellectum illius mādati. **¶** d. do. de. tu. ex. toto corde tuo zc. dicit. **¶** Lum autem ait toto corde zc. nullam vi te nostre partem relinquit que vacare debeat: z quasi locum dare vt alia re velit frui. **¶** **¶** Item dicit. non est fruēdum nisi illa trinitate. i. summo et incommutabili bono. **¶** **¶** Contra cōclusionem hāc sunt opinionēs due. **¶** Quarū vna dicit deū nō esse ipm obiectū ordinate fruiōis: et p psequēs nō esse deo fruendū: qd est oppositum pzeiacentis pclusionis pdicte. **¶** Pbat assumptū pmo sic: null? amor concupiscētie fertur imēdiate super rem: sed super habitationē rei seu super actum quo res ipsa habetur: et qui est vltus eius: sed fruiō est amor concupiscētie. igitur nō fertur imēdiate super rem: sed super habitationē

rei. igitur fruiō beatifica quā vtiqz cōstat esse ordinatissima non fertur imēdiate sup deum: sed sup habitationem dei siue super actum quo deus ipse habetur: qd est vltus eius. maior declaratur. nam vinum non est obiectum concupiscētie: sed actus gustandi: deo melius d? qd de siderare gustare vinum qm ipm vinum. minor pbat. **¶** Hāc fruiō beatifica est delectatio de dei habitatione seu de deo inquantū habitus pvisionem. **¶** **¶** Secdo fruiō succedit desiderio respectu eiusdem obiecti: sed desiderius est respectu habitationis diuine nō respectu dei absolute: quoniam nō desideramus ipsum: sed hēre vel videre ipsum. **¶** **¶** Tertio cum fruiō sit delectatio: obiectū eius est aliqua operatio nostra coniungēs pueniens cū conuenienti. **¶** Nam ex tali delectatione ac cōiunctione causat delectatio: sed deus non est opatio nobis inherēs aut sic coniungēs. igit nō est obiectum fruiōis. **¶** **¶** Quarto ois amor qd est desiderius vel delectatio habet pro obiecto aliquid quod complexum. **¶** Nam voluntas sequitur actum intellectus cōponentis vel diuidentis: sed deus absolute sūptus non est qd complexum: sed deus haberi vel videri vel aliqd hndi. igitur deus non est obiectum desiderij vel delectationis: sed deum haberi vel deum videri. **¶** **¶** Quinto nihil vanum ponendū est in beatīs: desiderare autē deo aliquod bonum vanū est: cum ipse omne bonum habeat: delectari etiā qd de omne bonum habeat vanum est: cuz aliter esse non possit. igitur delectatio beatifica: z per cōsequens fruiō non est de deo: sed de habitatioe vel fruiōne eius. **¶** **¶** de hoc qd deus habeat vel videt. **¶** **¶** Alia opinio est pdicens positioni pdicte in sua exponente negatiua. dicit em qd alio a deo est fruendus. vñ distinguit de frui. d. qd potest dupl accipi. **¶** **¶** Vno modo p amore absolute quo aliquid amatur fm sine hoc qd amor illi? ad aliud referat magis amatum. z iste subdiuidit p plures: sed non est oportuna illa diuisio ad propositū pro nunc. **¶** **¶** Alio modo sumit principaliter z ppter p amore nō solū non referente dilectum ad aliud: sed etiā accipiet illud pro fine vltimo z repugnante naturaliter amor relato et ipsius ad aliud: sicut ad finem magis proprie acceptum: vt loquit Aug. pmo de doc. xpiana. cum ait. **¶** Si in hēteris z permanseris finem in ea ponens letitie tue: tunc vere z proprie dicendus est frui: qd non est faciendū nisi in illa trinitate zc. **¶** **¶** Et ille amor se quis cōpositioe z diuisionem intellectus: non sic aut amor primus. **¶** **¶** Si hoc fecūdo mō accipiat frui diceret iste doctor qd non est fruendū nisi deo: sed si accipiat pmo: vt accipi. dicit qd alio a deo est fruendū: hoc aut pbat dupl: pmo p ma. i. ista distinctio. d. ex auctoritate Ambro. qd virtutes ppter se appetende z amande sunt: z ppter solā beatitudines ppter se quidē amande sunt: qd delectant suos possessores sincera z sancta dilectione: z in eis pariunt gaudium spirituale: veruntamē non est pntendū hie: sed vtra gradiendum: cū non hie dilectionis gressus heret: sed vtra qz nō hie sit dilectionis terminus: sed referat hoc ad illud sūmum bonum: cui solum inherendum est: neqz hoc sit dilectionis terminus: quia illud ppter se tantū amandum est. **¶** **¶** Et vtra illud nihil est querendum: illud enim est sūmum finis. **¶** **¶** Secundo idem probatur auctoritate philosophi pmo ethi. d. felicitatem enim semper eligimus ppter seipsam: z nunqz ppter aliud: honorem vero z voluptatem z intellectum. i. scientias z omnem virtutem eligimus quidem z ppter ipsa. nullo em adueniente eligeremus vnūquodqz dictorum ipsoi. eligimus autem z felicitatis gratia per hoc suspicantes felices fore. felicitatem autem nullus eligit hominum gratia: neqz omnino ppter aliud. **¶** **¶** Ex istis auctoritatibus patet qd virtutes sunt ppter se ppendende z amande: z p consequens est eis fruendus sic loquendo de frui. **¶** **¶** Quā

Ad li. i. dist. 1. q. 1. cap. 4. cap. 35. cap. 11. ca. penul. no cap. 7. q. 30. cap. 3. cap. 36.

uis vtraqz predictarum opinionum sufficienter ex pbationibus conclusionis premissae improbentur. **¶** **¶** Arguo tamen specialius. **¶** **¶** Contra primam. **¶** Deus est diligendus a nobis: nec eo vti debemus. igitur deo est fruendū. **¶** **¶** Contra vbi supra. **¶** **¶** nulla voluntas esse potest que non sit vltus vel fruiō. **¶** **¶** Pns quo ad primam partem notum est et cuilibet christiano: quo ad secundam vero probatur. **¶** **¶** tum quia deus ad nihil aliud est referendus alius aliquid esset deo melius: sicut arguit. 83. q. sicut allegatum est. **¶** **¶** tum quia deus pte oib? alijs est diligendus: et per consequens non ppter aliud finaliter diligendus: nam ppter qd amamus illud magis amatum est: vt dicit. i. poste. **¶** **¶** tum quia primo de doctrina christiana expresse dicit Aug. hō diligendus est ppter deum: deus vero ppter seipsum. igitur eo non est vtendum. **¶** **¶** Et sequitur vnum ex quo probatur consequentia proxime facta: z sic deus inqz omni homine amplius diligendus est zc. vbi patet qd inuuit expresse qd quia ois homo diligendus est ppter deum: sequitur qd deus est omni homine amplius diligendus: nec tenet consequentia ista nisi quia omne aliud ppter qd aliud est diligendum est fallius diligendum. **¶** **¶** tum quia omni alio a deo est vtendum: vt frequenter probatū est per dicta sanctorum. **¶** **¶** Si igitur deo vtendum est: quodlibet diligendū erit diligendum ppter aliud: et sic vel erit processus infinitus in diligendis: ita vt nullus finis vltimus sit nostre ordinate dilectionis: vel erit circulus inter diligenda. ita qd diligendū erit ppter b. et b. ppter a. et vtrūqz eorum est fallium manifeste. **¶** **¶** tum quia Aug. in de ciui. dei. lib. 10. dicit qd deus omnis appetitionis est finis. igit non ipse ppter aliud diligendus est: sed aliud ppter ipsum. **¶** **¶** **¶** Secundo idem obiectum fruiōis angelice z humane. igitur visio qua beatus videt deum nō est obiectū fruiōis beatificae: sed deus ipse. **¶** **¶** Antecedens patet per August. i. de doctri. christia. **¶** **¶** Illo inquit fruentes angeli beati sunt quo et nos frui desideramus: et quo in hac vita fruimur zc. consequentia probatur: quia visione qua hic deum videmus per fidem aut etiam qua in patria vident anime sanctorum pro speciem angeli non fruuntur: nec homines fruuntur visione qua beati angeli vident deum. **¶** **¶** Et sic patet consequentia quantū ad primam partem consequentis: scilicet qd visio beati non est obiectum fruiōis sue. **¶** **¶** Secunda patet: quia nō est aliquid aliud vnum quo angeli et homines fruuntur. igit deus est obiectum vtriusqz fruiōis: et per psequēs deo est fruendū. **¶** **¶** **¶** Tertio visione beatifica est vtendum. igitur ea non est fruendū. ergo deo est fruendū. **¶** **¶** Antecedēs patet ex auctoritate Aug. pzeallegata primo de doctrina christiana qua dicitur qd ceteris a deo est vtēdū. et in fine capituli. **¶** **¶** quicquid aliud veniunt in animū: illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currat: illud autem est deus vt imēdiate premitit. igitur etiam ipsa visione vtēdū est: et diligenda ipsa est ppter deum. **¶** **¶** Prima consequentia patet: quia humana puerio est vtēdis frui velle fm eūdem. 83. q. **¶** **¶** Secunda consequentia patet: tum ex auctoritate nunc allegata: quia omne qd diligimus referendum est in deum: z per consequens eo fruendum. **¶** **¶** tum quia nō constat quo alio sit fruendū. **¶** **¶** Rationes opinionis modicum valent. **¶** **¶** vnde ad primam dico qd vtraqz premissarum est falsa. **¶** **¶** maior quidem: quia non potest solum quis desiderare habitationem rei ad intellectum arguentis eundo: sed et rem ipsam. **¶** **¶** Unde nō solum desiderat quis habere scientiam: sed z scientiam ipsam quā non habet et ita de alijs rebus: z in proposito fm istum quis potest desiderare visionem dei z nō solum habitationem dicte visionis. **¶** **¶** **¶** Confirmatur istud per Lōmē. 12. mēta. d. qd res extra est finis desiderij: minor: etiam est simpliciter falsa. **¶** **¶** Ad

probationē dico qd delectatio bñfica nō est de habitatio: ne/vel actu quo deus habet: sed de ipso deo habitato tanqz de obiecto delectate. ipsa tm visio qua deus habetur partialis est causa talis delectationis: nō nego tm quin aliqua delectatio bene possit esse de ipsa visione obiectiue: cum ipsa sit summe delectabilis: sed talis delectatio si de nō est fruiō: qm nec illa visione delectatur beat? ppter seipsam: sed ppter deū. **¶** **¶** Ad scdam primo potest dici ad minorem qd respectu dei etiā est desideriu nō solū respectu visionis eius. **¶** **¶** Secdo ad maiore potest dici qd fruiō patrie potius succedit fruiōni vie. i. amor z charitati qua deus in via diligitur ppter se: quod dilectio causa est desiderij quo viator desiderat deū/ seu habere ipsum. **¶** **¶** Ad tertiu dicendum qd maior est falsa. **¶** **¶** Ad probationē dicendum qd qzuis delectatio causetur ex cōiunctione zc. ipsa tm cōiunctio/ seu actus cōiungēs non est obiectum talis delectationis: vt dictū est. **¶** **¶** Ad quartū nego maiorem. **¶** **¶** Ad probationē: cum dicitur qd voluntas sequitur tantūmodo cōpositionē/ vel diuisionem intellectus. dico dupliciter. **¶** **¶** Primo: qd hoc est dubiu z a multis reputatū falsum. **¶** **¶** Nam frequēter voluntas: vt dicunt sequitur simplicem apprehensionē z maxime intuitiua z experimētalē: sicut patz cum quis per tactum imēdiate apprehēdit aliquod discoueniens z cōtristās/ aut aliqd delectabile: voluntas imēdiate z naturaliter abiqz alia cōpositione illius delectat/ vel tristat. **¶** **¶** Et istud dictū satis apparet iudicio meo cōfirmari pot. **¶** **¶** Nam si aliqua affirmatio in tali casu psumpserit: esset vt videt aliqua qua iudicāret illud sensatū esse bonū vel malū: seu cōueniens vel discoueniens: sed istud nō psumponit: qm talē apprehensionē vel iudiciū non hz nec habere pot: vt videt nisi ex pceptione tristitie/ vel delectationis causate. **¶** **¶** Unde em nō vit quis: qd ignis: aut aliquid aliud vehemēter calidum sit discoueniēs: nisi qz tāgendo pceperit qd tristat in illo. **¶** **¶** Secundo dico qd istud dictum assumptū esset verum non tm probat ppositum. **¶** **¶** Nam nō sequitur: voluntas nō amat nisi prehābito iudicio qd illud est bonū vel amādum: aut alio quouis iudicio vel actu cōplexo. igitur cōplexum vel etiā significatum per cōplexum est amatum vel obiectum amoris: quoniam eius obiectum potest esse illud qd iudicatur esse bonum/ vel esse amādum: z sic est de odio respectu rei que iudicatur esse mala. **¶** **¶** Ad quintū dico qd nō est vanum delectari in deo z in perfectio: ne/ ac bonitate eius: quomodo em diceret scriptura delectare in dño. z iterum. **¶** **¶** Et amāni in dño et exultate iusti: immo certe vana est opinio huius oppositum estimantis concedo bñ tm: qd vanum et inordinatū est deo desiderare aliquod bonum: sed tale desiderium non pono in beatīs: nec certe in aliquo iusto viatore. **¶** **¶** Nec obstat si dicatur qd deus non delectat nisi habitus: qd sicut nihil amatur nisi cognitum: z tm talis cognitio non amatur amore quo cōgnitum illud amatur: sic licet deus non delectet beatum/ nisi habitus/ seu visus: non tm visio est obiectum delectationis illius. **¶** **¶** **¶** Contra opinionem secundam arguo. **¶** **¶** Pmo qd vt probatum est. q. i. distinctiois huius arti. i. nem. **¶** **¶** Ad illius actus voluntatis potest esse fm intentionē Aug. vbi supra qui nō sit fruiō/ vel vltus: ita qd omnis dilectio alicuius nō relata in aliud est fruiō fm ipsum: nec est necessariū ad rationem fruiōis: (vt ibidem probatū est) qd dilectū estimetur esse vltimus finis z tanqz talis finis non referibilis acceptetur. **¶** **¶** Quod etiam adhuc confirmatur per eūdem. 83. q. vbi dicit. qd frui cibo z qualibet corporali voluptate non a deo absurde estimantur et bestie. et tamen constat qd bestia nullam rem estimat esse taliter irreferibilem in alium finem cuz talī notitia iudicio careat. **¶** **¶** Sic etiam Aug. vbi de frui loquitur omnem dilectionē non relata actu vel habitu vocat frui: sed in eisdem locis dicit. e. iij.

forte pbat qd malū ex dolore qm est passio corporale hie psumptū iudicū em in fruiōne et nō ex tristitia hie nō sepe iudicū

30

cap. 8.

q. 30.

cap. 27.

cap. 7.

cap. n.

Durādus

lib. i. dist.

8. q. 1.

q. 30.

medrath idem in medrath

ca. penul. no

cap. 3.

Ad rōnes Durandi vbi supra

Lō. 36.

+ forte pbat qd durath solo amor conuoluntate nō dicitur in istum et fruiōne et amor adēn im. pminat et omnib? et cum hie sit pfectior deb. se. act? ma z qd bñficioz et care pfectioe delectatōe



7 q2 s. p. deo conuenerunt no. inuicem odii odio no. expe. jam vult ego. q. vult v. et  
in no. et ita p. h. r. et m. no. et quare no. sed. v. dei refert. g. et. f.

**Distinctio**

contra primam partem conclusionis dico: q. omnis actus quo quis diligit deum propter seipsum diligente: vel propter aliquid aliud a deo: est illicitus et abusus: quod p. primo quidem: q. vt dicit Aug. contra Jul. et allegatum est in primo articulo. Quicquid boni fit ab homine: et non propter hoc fit: ppter quod fieri debere vera sapientia precipit: et si officio videatur bonu: ipso non recto sine peccatum est: sed talis vsus non fit eo sine quo debet: qm actus oes nostri debent fieri ppter deum. vnde vt ibidem dicit: vere virtutes deo seruiunt. i. in deum finaliter ordinantur. Quod etiam confirmatur per Aug. 19. de ciui. dei pteat legatum articulo precedenti: virtutes quas mens habere et. ¶ 2. et cetera. vt supra frequenter habitum est per eundem primo de doc. christiana. deus diligens est ppter se: et homo propter et deum: per consequens cum deus diligitur propter hominem: et homo diligitur propter se: talis dilectio vel dilectiones: si plures sunt: non habent rectum finem: ac per hoc sunt peccata. ¶ Secundo q. ois actus rectus et licitus / vel est charitas / vel est charitate procedens: sed talis vsus / nec est charitas / nec est charitate procedens. maior p. per Aug. enche. quod fit inquit: vel timore pene / vel aliqua intentione carnali: vt non referatur ad illam charitate: qua diffundit spiritus sanctus in cordibus nostris: nodum fit quomodo fieri oportet: q. uis fieri videatur: si non fit: vt opz non rectu: sed vitiolum est. ¶ Item in de spiritu et aia. h. est inquit fructus bonus qui de charitatis radice non surgit. minor probatur per eundem. 9. de tri. vbi sententia eius est q. amor quo amatur creatura: si referatur in deum est charitas: si vero propter se: et tunc cupiditas est non charitas: que cupiditas non vtetem adiuuat: sed fruentem corrumpit. hunc autem cum quis diligit deum propter se: ipse diligit se sine eodem actu quo diligit deum: vt vult doc. contra quem arguo: nec refertur in deum ista dilectio sine alio actu fm me: et tunc etiam ille actus non refertur in deum: et sic sequitur q. sit cupiditas: et iterum alius actus quo propter se deum diligit: non est charitas: nec q. charitate: q. ex cupiditate procedit: scilicet ex dilectione non relata in deum. ¶ Potest forte bene dici q. diligit creatura propter deum dato etiam q. diligit deum propter creaturam: quia iterum refertur illa creatura in deum per alium amorem propter se qui specie differt ab illo amore quo amatur ppter beneficia / siue propter creaturam: et sic dantur amores dei specie differentes. ¶ 3. et cetera. fm istum doctorem et in eadem questione in solutione cuiusdam obiectio: nis: omnia dilectio respectu creature ex charitate procedens est amor relatus illius in deum sicut in finem: sed vsus iste non est amor taliter relatus. igitur. Illo enim actu diligit deum propter creaturam et non creaturam propter se: et sic propter fruatur creatura: quia non potest illo eodem actu creaturam propter deum diligere. ¶ Tertio nulla dilectio qua deo diligitur aliter non est diligenda est ordinata: s. talis est dilectio q. deo diligitur ppter aliud et non propter se tantu vltimate. igitur: maior patet: et minor probatur auctoritate August. lib. 5. contra Jul. quando inquit. deo donante ex vera viuatur fide. et sequitur. hoc totum recte fit quando fit propter ipsum. i. quando gratis amatur ipse. hoc nota. et propter ipsum et gratis. ¶ Item in de vera innocentia. propositione. 19. hoc affectu et desiderio colendus est deus: vt sui cultus ipse sit merces. Nam qui deum colit vt aliquid q. ipsum magis promereatur: non deum colit: sed illud quod assequi concupiscit. propter vniuersum quod tale: et illud magis. Si deum propter beneficia magis beneficia. ¶ Item Bernard. de diligendo deum: non sine premio inquit diligitur deus. Et si absq. premij intuitu diligendus sit: vacua em vera cha-

**Questio**

**Articulus**

ritas esse non potest: nec tamen mercenaria est. Et subdit verus amor seipso contentus est: habet premium: scz quod diligitur. Ex his euidenter patet: q. deus est propter se gratis: et non mercenarie / seu propter aliquid aliud diligendus. ¶ Quarto. q. nullus amor quo plus amat: qd minus est amandus: est licitus. iste est hmoi. igitur: maior de se clara est. Et pba etia auctoritate Aug. pmo de doctri. christiana. d. q. ille recte et sancte viuunt q. reru integer estimator est: ipse aut est q. ordinata habet dilectionem: ne aut diligit qd non est diligendum: aut non diligit qd diligendum est: aut amplius diligit qd minus est diligendum: aut eque diligit: qd aut minus vel amplius est diligendum: aut vel amplius qd eque diligendum est. ¶ Ex his patet: q. ordinata dilectione: non plus diligitur qd minus est diligendum: nec minus qd plus est diligendum: et per pns ordinata est omnia qua diligitur plus qd minus diligendum est: vel contra: sed minor per eundem ibidem patet. Subdit enim. omnis homo iniquatus homo est diligendus propter deum: deus vero propter seipsum: et si deus omni homini amplius diligendus est: quisq. diligere debet deum amplius q. seipsum. et. 8. de tri. nec illa in q. q. moueat quantum charitatis fratri debeam? ipedere: quantum deo: sic comparabile enim plus q. nobis deo: fratri aut quantum nobis. ¶ Quinto. q. talis actus est vsus fruendus: ad sensum in quo August. d. q. est humana puerio: sicut patet ex pma rone ptra huc doctorem et facta in pcedenti articulo: nec valet qd dicit: non est repugnancia huius amoris ad eum: quo deo debet diligere: ista amor: non est rectus fm se: sed vitiosus. dato q. non repugnet actui bono non sequitur quin sit actus malus. ¶ Ad confirmationem dicendum q. ly propter in auctoritate patet. non tenetur causaliter: et ita q. retributio sit causa finalis: sed consecutiu: quonia iustificaciones illas consequitur eterna retributio: quia iuxta verbu Bernardi. vbi supra pteallegatum: vacua charitas esse non potest: nec sine premio diligitur deus: debet tamen diligi sine intuitu premij. hunc etiam sensum pretendit glossa: que ait sic. Ista opera sine dilectione facta non sunt iustificaciones: ipsa autem dilectio eterna est eius eterna parata est retributio: et ipsa in eternum diligens in eternum meretur habere que diligit. ¶ Ad secundum nego consequentiam. Ad probationem cu dicitur q. vsus et abusus eiusdem obiecti sunt contraria: concedo: dico tamen q. non cuiuslibet obiecti abusus contrariatur vsui eiusdem: accipiendo vsum stricte vt in proposito: scilicet ordinatum qui non est abusus: quia non cuiuslibet obiecti est possibilis aliquis vsus talis: quia non dei: cum eo non sit vtendum: sed fruentum: et ideo nullus vsus potest esse circa ipsum qui non sit abusus: propter quod non sequitur: q. si eo voluntas possit abuti: possit etiam eo vti. Secus autem est de qualibet alia re qua vtendum est: cuiuslibet est talis rei abusus potest habere vsum oppositum: scilicet cum quo voluntas potest vti eo sicut vtendum est. ¶ Ad primam contra secundam partem conclusionis cum dicitur: q. non qualibet re voluntas potest abuti. et. Dicendum est q. vt accipitur equiuoce. Nam vno modo dicimus vti aliquid: tanq. potentia vel habitu: sicut dicimus artificem vti arte sua: quia operatur fm eam. Alio modo vtitur aliquo tanq. obiecto ad intellectum datum supra frequenter. Alijs etiam modis accipitur significatio dicti vocabuli: sed pro nunc isti sufficient. Si igitur propositio assumpta accipit abuti vt distinguitur contra vti primo modo: concedo ipsam: sed ex ea in tali sensu nihil sequitur ad propositum sicut patet. Si vero accipiat abuti. vt distinguitur contra vti secundo modo dictum: nego illam: nec valet probatio: quonia beatus August. accipit vti

**Prima**

**Tertia**

**Tertius.**

**Jo. xvij.**

primo modo: sicut patet per verba quibus consequenter declarat et probat dictum suum. Subdit enim. Ideo virtute nemo male vitur: quia opus virtutis est vsus boni: istoru qbus etiam non bene vti possumus. s. potentis aie. nemo autem bene vitur male vitur. vbi patet q. opus fm virtute tem vocatur eius. ¶ Ad secundum nego ans. Ad probatio nem cu dicitur q. tunc posset licite esse: illud pns pot habere duplicem sententiam. Alius q. illa res que est vt potest esse odium dei licite posset esse in rerum natura: et sic potest esse pns concedi. Nam deus posset illam rem per se sine subiecto facere: et si faceret licite et rationabiliter faceret Alius q. quis posset licite et rationabiliter odire deum: et sic nego consequentiam. Ad probationes qui quid sit de illa pma consequentia odium dei refertur. igitur odium dei est: q. in simili videbit de ipsa distinc. 3. q. pma. in dissolutione: ne pmi dubij tamen cum vltimus inferitur tunc esse bonam consequentiam. odium dei licite refertur. igitur odium dei licite est. vel si inferatur. igitur aliq. licite odit deum: nego pntiam. nam posito q. petrus odit deum: et paulus propter deum non odit illud odium esse: tunc ans est veru et pns falsum. ¶ Ad probationem: q. eodem addito vtrobique tenet pntia: dico q. dictum illud debet intelligi: vbi illud additum sit puru cathegorematicum et adiectiuum respectu illius. cui addit: in alijs autem multiplicibus habet instantias. Sequitur enim. deus creat. ergo deus est: et tamen non sequitur. deus contingenter creat. igitur contingenter est. Similiter sequitur. ille punitur a deo: igitur peccauit. nec tamen sequitur. iste iuste punitur a deo. igitur iste iuste peccauit. In proposito autem patet q. additum non est tale quale dictum est debere esse. ¶ Ad aliam formam dico q. non sequitur: odium dei non potest libere esse ab aliqua voluntate sine peccato: igitur non potest referri in deum ab aliqua voluntate sine peccato. Nam ab aliqua voluntate non odientes: possibile est ipsum referri p actus detestandi et nolendi: in quo non solum non peccat: sed mereret. ¶ Ad tertium concedo pns primum sic intelligendo: q. propter aliud a deo vltimate. Et ad hoc mihi sufficit auctoritates Aug. ptra Jul. et de ci. dei superius in precedenti articulo adducte. Alias forte latius hęc materia discutitur. ¶ Cum probatur consequens esse falsum: quia nulla peccata premit deus etiam pmo temporali. Dico q. verum est per se et directe. dando tale temporale pro premio. Nam nullum peccatum est merito rium alicuius premij: sed tantummodo pene: sed indirecte et per accidens aliquando premit: videlicet cum quis intuitu finis alicuius obtinendi aliquem actum exercet: et illi finem deus conferit illi: tunc talis finis potest dici pmiu fm intentione operantis q. ipsum pro pmo intendebat: non tamen semper est finis respectu dei conferentis: q. aliquando pro premio non confert: immo forte p pena: aut aliqua alia ca sibi nota: nobis vero ignota Sic dico de Romanis de quibus adducitur auctoritas Aug. q. glia imperij sibi a deo concessa de: merces actuum suorum: non q. pro illis premiandis data sit: sed q. ab illis p suis actibus tanq. merces q. rebat: sicut de hypocritis de a Saluatoris receperunt mercedem suam. qua. s. intendebat et q. non ad premiandum tales eorum actus data est: sed pro alio fine: patet per Aug. ibidem in principio. Sit enim. Idq. talibus potissimum concessit hominibus: ad domanda Pravia mala multarum gentium et. et. c. 20. talibus dominandi potestas non dat nisi summi dei prudentia: q. res humanas talibus dñis iudicat dignas. Et paulo post adducit illud: q. regnare facit hominem hypocritam propter peruersitates populi: et sequitur. q. obre q. quis vt potuit satis experserunt qua causa deus vnus vnus et iustus Romanos fm quada forma terrene ciuitatis bonos a diuine

rit ad tanti imperij gloria consequendam: potest tñ et alia causa esse latetior: propter diuersa merita generis humani: deo magis nota q. nobis: dummodo illud consistat inter omnes veraciter pios: neminem sine vera pietate. i. veri dei cultu: veram posse habere frutem: nec eam vera esse quando glorie seruit humane. Et per istam vltimam clausulam rñdetur tacito argumento: possibile fieri ex illo verbo cohiteto in auctoritate arguendo allegata. s. bonis artibus. i. virtutibus. Nam tales artes non dicuntur virtutes: q. vere sint virtutes: sed quia forma et similitudine habent virtutum: vt enim ait contra Jul. li. 4. sunt vitia que finitima videntur: et propinqua virtutibus: cum abstant ab eis: q. longe abstant a virtutibus vitia. Nam sicut constantia virtus est: cui contraria est inconstantia: vitium tamen est et quasi finitimum pntia: que constantiam vitia detur imitari: ita omnibus virtutibus non solum sunt vitia manifesta discretionem contraria: sicut prudentie temeritas: verum etiam vicina quodammodo nec virtutes: sed quada specie fallente similia: sicut ipsi pudetie non temeritas vel ipudetia: s. astutia: et pnter diffuse profectus determinat: q. in infidelibus nulle fuerunt frutes vere: quis in eis fuerit vitia speciem virtutum habentia ¶ Quantum ad tertium articulum pono conclusiones septem. Prima est. q. nulla volitio creata est difficta volitio sui: probatur. cuiuslibet volitionis create partialis causa efficiens non potest esse aliqd nolitum nisi sit cognitum: nec disticte volitum nisi sit disticte cognitum ly econuerter aliqd possit esse disticte cognitum et non disticte volitum. igitur cuiuslibet volitio notitia est causa partialis volitionis qua ipsum est volitum: et ista consequentia clara est: quia ois res potest poni naturaliter: postis pteie suis causis: et in scdo etia magis patebit: igitur si aliqua volitio creata esset disticte volitio sui: eius disticte notitia esset eius causa. ¶ Sit igitur volitio qua volo sanita tem. a. et si. a. est volitio sui et volita propter seipsum: notitia qua ipsa cognoscitur est causa eius: et sic aliqua notitia est ca sui obiecti: qd est absurdum: qm vt dicit Aug. 14. de tri. Siue tpe precedentia siue simul esse incipitna cognoscibilis: cognitionem gignunt: non cognitione gignunt. ¶ Rursus q. fm eundem. 9. de tri. liquide tenendum est q. ois res qua aliq. rem cognoscimus generat in nobis notitia sui: qd intelligendum est de notitia q. cognoscit intuitiue: qualr etia fm eundem de videndo deo ad paulinu cognoscit quels volitio nra: qua actu volumus si disticte cognoscatur: sed q. ipsa volitio sit ca illius noticie sue: et sic est ca imediata efficiens sue imediate cause efficietia: qd est impossibile. ¶ Secdo si aliqua volitio est disticte volitio sui. igitur quelibet: cum non sit maior rō deyna q. de alia. Sed pbo pns esse falsum et sumo volitiones q. q. fruatur deo: si illa volitio est volitio sui: aut est fruatur sui aut vsus sui: patet quia non est dare mediā volitione: vt probatum est in prima. q. huius distinctionis. si est fruatur sui. igitur beatus fruatur sua fruitione obiectiue: et p pns fruatur creatura: igitur peccat: quoniam et ipa beatitudo est peccatum: humana peruersio fm Augustinu humana peruersio est vtendis frui. Si vero est vsus sui: igitur beatus ca vult eam propter aliquid: et constat q. non nisi propter deum: alias esset abusus et peccatus. Si vult ea ppter deum: igitur in beato est quedā alia volitio qua vult deum: quia non eadē volitione vult quis aliquid propter finem et ipsum finem fm Augustinu. 11. de tri. et probatum est supra questione prima huius distinc. arti. 2. et tunc de illa alia volitione eodem modo argum in ista notitia vt deuenietur ad aliqua que non erit volitio sui. ¶ Tertio fm Ansel. de libero arbi. volitio in nobis tā multiplex est cap. 12.

peti.

cap. 3.

cap. 12.

in fine et multa  
sunt totius huius

cap. 12.

cap. 10.

cap. 14.

+ n. illo n. vult n. n. sequi. est falter  
q. bō bon) falter q. bon) bō p. mitte alij

¶ multa & q̄ sepe volumus: quod intelligendū est de volitione distincta et similiter de volito. igitur fm̄ ipsum quot sunt actu volita / aut quoties volumus: etiam si idē velimus: tot sunt volitiones. igitur volitio qua volo. verbi gratia. lapidem non est volitio qua volo illum volitionem posito q̄ illum velim: patet cōsequentiā: q̄ tunc sunt duo volita. s. lapis & volitio eius. ¶ Quarto si volitio est volitio sui: quolibet volitio erit: nolitio vel volitio sui: nisi quis dicat ad placitū & sine rōne hanc consequentiā non valere: sed non potest dari q̄ nolitio sit nolitio sui: q̄ cum quātum ad hoc simile sit de oibus iudicium: quolibet nolitio esset nolita: et sic quicquid voluntas nollet: inuile nollet. ¶ Item cum contingat aliquando nos velle nostrum nollet: vt cum quis propter deum nolens furari diligit & vult tale suum nollet / seu cōplacet in illo: sequitur q̄ simul vellemus & nollemus illud nollet: q̄ non est possibile salte naturaliter: nisi dicas: q̄ tunc illud nollet nō erit nolitio sui: sed tunc sequitur q̄ eadem nolitio aliquando erit nolitio sui: & aliquando non: quod penitus diceretur absq̄ ratione: nec potest dici q̄ nolitio sit nolitio sui: tum quia non apparet naturaliter possibile: q̄ aliqua creatura sit simul volitio et nolitio: etiam respectu diuersorum: q̄uis contra potuerientem forsitan non multum efficaciter & apparenter posset probari: cum illud non euidenter includat cōtradictionem. Sed tūc eque facilliter potero dicere q̄ idem actus est timor: & desiderii respectu diuersorum. Et similiter idem est delectatio et tristitia. Et adhuc facilius dicam q̄ idem est desiderii et delectatio: et similiter idem timor & tristitia: ideo certe idem actus erit desiderium & delectatio: timor & tristitia: sed cur nō est desiderium illius & istius & cuiuslibet quod desideram?: et sic de alijs actibus: & tandem perueniet ad hoc: q̄ vnicō actu feratur voluntas in quocūq̄ volendo feretur vel nolendo: sicut deus vnicō actu vult quod vult: & non vult quod nō vult: & certe ita poterit alius addere q̄ in nobis idem actus sit notitia & volitio respectu omnium cognitōrum & nolitorum sicut etiā est in deo. ¶ Alterius nō magis apparet impossibile q̄ ipsamet voluntas / vel essentia anime sit nolitio: q̄ illa res que est volitio sit nolitio: et sic tandem omnia saluabimus per vnicam rem. s. ipsam animā: sicut in deo dicimus q̄ ipse est intellectio: volitio et nolitio &c. sed oia ista sunt cōtra dicta sanctorū cōmuniter & philosophorū: qui ponūt tales actus inter se & ab aliā distingui & multiplicari in nobis. ¶ Quinto ad hoc est auctoritas Aug. 9. de trinit. d. Cum aliquid amō: tria sunt ego: q̄d amō: & ipse amō. Et p̄r etiā dicit: q̄ cum quis se amat q̄uis amans & amatum vnum sit: amō: tñ et amatum duo sunt. Ita q̄ sua intētiō est (vt videtur) q̄ in nobis semper amatum & amō: quo ipsum amatur sint duo quedam distincta. igitur cū amō: amatur in nobis sunt duo amō: oēs distincti: quorum alter a reliquo est amatus: et eadem ratio est de volitionibus alijs. ¶ Secunda conclusio aliqua volitio creata potest esse confusa & indistincta volitio sui. probatur. quia fm̄ philosophū. 2. retho. et est allegata auctoritas precedentis questione odium potest esse non solum ad singularia: sed ad genera: quia furrem & calūniatorem odit vnicūq̄: vt ait: sic et dilectio: et per consequens volitio potest esse ad genera: iuxta modum loquendi philosophi. ponatur igitur q̄ aliquis apprehendat in communi conceptu dilectionem: & iudicet omnem dilectionem esse bonam: et sicut iudicat omnem esse bonam: sic etiam diligat omnem dilectionem: tūc talis dilectio erit dilectio sui: non quidem distincta: sed cōfusa & indistincta: & simili modo aliqua nolitio potest esse nolitio sui: vt patet: si quis odiret omne odium: nec cōtra hanc conclusionem procedit aliqua ratio precedentis conclusionis si diligenter attendatur. ¶ Tertia conclusio: q̄

cap. 2.

de aliquo singulari sensibili aliquid credidisse: vel estimasse. igitur possibile est hominem intelligere distincte singulare aliquid: singulare sensibile non presente. Antecedens patet per communem experientiam. consequentia probatur: quoniam sicut impossibile est: quod ego cognoscam me cognoscere eam: quia rem: quoniam illam rem cognosco et per eandem vim cognosciuiam per quam me cognosco cognoscere illam: dicitur Lomen. 2. de anima. Impossibile est ut aliquis sensus comprehendat visum comprehendere colorem: nisi etiam ipse comprehendat colorem: et idem est iudicium de quibuslibet virtutibus apprehensivis: sic impossibile est me cognoscere rem aliquam cognouisse quoniam illam cognoscam: et per eadem potentiam: eadem igitur potentia qua recordatur: et per consequens cognoscit quis se cognouisse: aut credidisse: vel fuisse opinatum et cognoscit illam talem rem: sed constat quod illa non cognoscitur nisi per intellectum: tum quod talia enuntiabilia de preterito non nisi per intellectum cognosci possunt: tum quod fides dilectio et opinio cum sunt: non nisi per intellectum apprehensivis possunt. Et de fide hoc expressisse dicit Augustinus de trinitate. et idem est iudicium de ceteris. **¶** Preterea. Actus rememorandi vel recordandi finem quod est reuocatio eius quod delectus fuit ex memoria: est actus intellectus tamen. ut. d. Augustinus. de ciuitate dei. Et similiter Lomen. 2. de memoria. et rem. d. quod inuestigare per rememorationem: et iudicare quod intentio illa est istius imaginatio: et est in homine per intellectum. **¶** Item Avicenna. 6. naturalium. d. quod recordatio que est ingenium reuocandi obiectum quod oblitum est: non inuenitur nisi in homine solo: cognoscere etenim aliquid ibi fuisse quod postea deletum est: non est nisi virtus rationalis: sed constat quod talem actum frequenter habemus circa singularia aliqua sensibilia: ut quoniam non plene meminimus quis hanc rem: vel illam fecerit: tunc inuestigamus rememoratio diuersa hinc inde donec inueniamus recordationem perfectam quod quis determinate: ut ipse vel ipse. hoc fecit: et in tali die: et in tali loco et hmoi alias singulares conditiones: et per consequens: tunc cognoscimus per intellectum singulare absens determinate. **¶** Preterea. Tertio est quod anima segregata a corpore habet naturaliter cognitionem talium singularium et recordatur se fecisse hoc et illud peccatus. verbi gratia. anima Iude recordatur se prodidisse christum: et odisse eum: et similiter de alijs que concurrunt. igitur habet notitiam de persona singulari christi: et aliorum singularium determinate: circa que suos habuit malos actus: et hoc testatur scriptura de illo diuine epulone qui recordabatur fratri suo rui: et cui Iherosolimita dixit. recordare quia recepisti bona inuita tua et Lazarus similiter mala. **¶** Tertio est quod non recordabatur tunc per memoriam sensitivam: sed tantum per intellectum: igitur actuale habebat notitiam intellectualem de singularibus sensibilibus determinate: et eadem ratione anima coniuncta per intellectum potest nosse talia absentia singularia. **¶** Ad auctoritates autem adductas respondeo. **¶** Ad primam potest vno modo dici quod nec Philosophus nec Lomen. loquuntur de secunda perfectione intellectus vniuersaliter: sed de ea tantum que est finem habitum scientificum: et illa utique est vniuersalis: et quod ita sit patet: quia primam perfectionem sensus comparat scientie que est habitus. non autem potentie intellectiue: et secundam perfectionem sensus: scilicet sentire comparat actui qui est considerare finem habitum scientie: et ad illum actum concedo intellectum moueri immediate a rebus vniuersalibus: que sunt in eo siue sint plures vniuersales species: siue habitus vniuersalium: vel quicquid sit illud: et concedo quod talis notitia est vniuersalis: sed cum hoc stat quod intellectus habeat aliam notitiam de singularibus determinate: nec oppositum voluit. Alio modo potest dici supposito quod loqueretur vniuersaliter de secunda perfectione in-

tellectus: quod ipse non dicit: nec intendit dicere: quod intellectus non mouetur a formis indiuidualibus: ita quod in hoc differat a sensu: quia ille a rebus particularibus mouetur: iste autem non. sed ait quod iste intellectus mouetur a rebus vniuersalibus. volens quod ista sit differentia quod sensus non mouetur ab vniuersalibus: et hoc manifeste inuenit exclusiua locutio: qua ait de sensu quod non mouetur nisi motu qui dicitur comprehensio a rebus particularibus. Et hec solutio mihi ad plus placet: et magis conuenit alijs dicitur suis: ut patebit in sequentibus. **¶** Ad secundam primo potest dici quod Lomen. dicat: quod intellectus recipit formas vniuersales: non tamen negat eum recipere indiuiduales: et ideo differentia quantum ad hoc intelligenda est: quia materia recipit indiuiduales tantum: intellectus vero etiam vniuersales. **¶** Aliter adhuc potest dici quod Lomen. per formas indiuiduales et istas intelligit formas sensibiles et materiales: quas quia recipit materia: ideo non est cognoscens: neque distinguens. Intellectus autem non recipit tales: sed intentionales tantum: et cognoscens est et distinguens: cum hoc autem stat quod recipiat intentionales vniuersales et intentionales singulares: et quod ita intelligat Lomen. patet ex duobus. **¶** Primo ex verbo quod premitit dando differentiam inter materiam et intellectum. d. eni quod materia est in potentia omnes iste forme sensibiles: intellectus autem in potentia omnes intentiones. idem igitur intendit per sensibiles et indiuiduales: et idem per intentiones et formas vniuersales. Secundo idem et fortius patet ex causa quam assignat: propter quam materia non est cognoscens. Nam certum est quod ex hoc quod est recipere formas intentionales singulares non potest argui recipiens non esse cognoscens: cum nulla virtus sensitiva recipiat intentiones vniuersales: ut distinguuntur contra intentiones indiuiduales. Sed quilibet sensitiva recipit intentiones indiuiduales tantum: ut habitum est supra: et tamen quedam sensitiva recipit intentiones: et ideo intelligendus est Lomen. ut prius dictum est: et tunc est verum: dictum eius vniuersaliter: quoniam nulla potentia receptiva formarum sensibilibus materialium est cognoscens: aut distinguens. **¶** Ideo dicit Philosophus. 2. de anima. quod quilibet sensus est susceptiuus specierum sine materia. ubi Lomen. d. Si enim reciperet eas in materia: tunc id esse haberent in anima et extra animam: et ideo in anima sunt intentiones et comprehensiones: et extra animam non sunt comprehensiones: neque intentiones: sed res materiales non comprehenduntur omnino. **¶** Et si dicatur. in fine commenti dicitur ipse. d. quod intentiones quas recipit intellectus sunt vniuersales: hec vero quas recipit sensus sunt iste. i. indiuiduales. Similiter. 3. de anima. d. quod virtus rationalis distinguit intentiones vniuersales. Dicendum quod verba Lomen. sunt ista ille vero: scilicet quas recipit intellectus sunt vniuersales: iste vero sunt tantum iste: per quam dictionem exclusiua patet quod differentia finem eum est in hoc: quod sensus non recipit nisi indiuiduales: intellectus vero non tantum indiuiduales: sed etiam vniuersales. **¶** Et si alicubi diceret quod non recipit: vel distinguit indiuiduales: intelligendum est cum exclusione. i. non recipit tantum indiuiduales: alias sibi contradiceret: expressisse: cum ipse dicit quod vniuersalitas et indiuidualitas per intellectum comprehenduntur. 2. de anima: et libro tertio. quod virtus rationalis distinguit intentiones vniuersales et indiuiduales: Lomen. 5. sicut in primo articulo est allegatum. **¶** Item eodem libro. d. quod anima comprehendit alietatem inter formam et indiuiduum et comprehendit alietatem inter duo necessario vno modo vni: et multa alio modo. Et ista est dispositio intellectus in comprehendendo alietate que est inter formam et indiuiduum. **¶** hoc manifeste patet quod ipse vult quod intellectus

L. 101.

L. 101.

L. 121.

L. 121.

L. 121.

L. 121.

L. 121.

L. 121.

L. 121.

res  
 Summa est in  
 ventis in vniuersali  
 cum res in se  
 cum finem in se  
 verum

sensu recipit  
 ne materia



Distinctio

Questio

Articulus

Tertia

Prima

Secundus

Foribis

comprehendit indiuiduum. Et si dicatur q ipse d. q intellectus comprehendit indiuiduū mediante sensu: dico q istud non tollit ppositum: quin intellectus comprehendat indiuiduum: sicut etiam sensus cōmunis: quem pro simili ibi adducit Commentator. comprehendit sensibilia exteriora medianibus sensibus particularibus: et tamen vere in eo est comprehensio sensibilia: sic licet mediante sensu intellectus comprehendat indiuiduum: verum tamē intellectus comprehendit illud comprehensio existente in ipso intellectu subiectiue: alias nec esset verum q comprehendit indiuiduum: nec q cognosceret alietatem inter materiam: id est indiuiduum et formā: non plus q sensus comprehendit formam mediante intellectu: et alietatem inter formam et indiuiduum. Nam tunc intellectus comprehendit unum extremum tantum alietatis et sensus aliud. Et ideo non plus diceretur intellectus apprehendere alietatem illoz q sensus. Sed tūc videtur stare arguētum q saltem in absentia sensibilibus intellectus non apprehendit indiuiduum. quia d. Commen. q intellectus apprehendit ipsum mediante sensu: scz particulari: sed dictum est q ille non apprehendit sensibile absens. Dicendum q hoc intelligendum est de comprehensione qua primo intellectus comprehendit singularem sensibile: tunc enim necessario concurrat comprehensio eiusdem singularis sensibilibus per sensum. Sed post primam comprehensionem: habita specie illius sensibilibus: intellectus potest ipsum apprehendere. esto q tunc illud sensus non apprehendat. Et per hoc patet ad tertiam auctoritatem inductam. Ad vltimam dicendum q illa propositio debet intelligi. sicut intentio indiuidualis non est intentio vniuersalis: nec econuerso. sic virtus apprehendens tantum indiuidualem intentionem: et est sensus: non est virtus comprehendens vniuersalem qualis est intellectus. Non vult autem Commen. q sicut aliqua comprehendens indiuidualem non comprehendit vniuersalem: sic comprehendens vniuersalem non comprehendit indiuidualem: quia tamen proprium est intellectui vniuersaliter comprehendere: sic q nulla alia virtus comprehendat vniuersaliter: et in hoc distinguitur ab alijs virtutibus apprehensiujs. ideo frequenter philosophus et Commen. dicunt q intellectus comprehendit intentiones vniuersales non semper: cum hoc dicentes: q comprehendit indiuiduales: quia in hoc conuenit non distinguitur ab alijs. Sufficit aut eis assignare comprehensionē propriā ei: et maxime qn volūt differentia ei: ad alias virtutes comprehendens ostendere. Ad rationē supra factā p isto dubio dicendum q illa pna nihil valet. alias p eandē rōnē pbaret: q nec angelus: nec aia separata posset intelligere aliqd singulare sensibile determinate cū species in eis sint abstracte: sicut ille que sunt in intellectu nostro. Et cōstat q illud pns est falsum. dico ergo q quis ois species existēs in intellectu sit abstracta ab oibus illis conditionibus in essendo: qz nec est quāta extēsiue: nec strū habet: et sic de alijs cōditionibz materialibus et corporalibus: nō quolibet nō est sic absoluta in representando: sed sicut p aliquā specie inextēsam et indiuisibilem representat nobis res quāta et extēsa: quā etiā per intentionē indiuisibilem et inextēsam intelligimus: sic p aliquas species rerū sensibilia inextēsas et ab oibus cōditionibus materialibus abstractas in esse singularia illa et cū suis cōditionibz singularibus et materialibus intelligimus determinate. Et vltra dico q in intellectu sūt species determinate aliqua singularia representantes: sic q aliqua species sic determinate representat vnu singulare q nullū aliud representat: siue eiusdem rōnis sit siue alterius: alioquin opz cōcedere / vel q nullius singularis absentis determinate habemus recordationē / aut memoria / vel aliā quā cognitionē: qz p multipliciter eē falsum et dictis:

vel q nō desinerem? meninisse alicuius determinate / vel nosse: quin simul oim perderemus notitiā et memoriā: cōtra qd est oim cōmunis experientia. Et pna piz: qz si nō sit aliqua talis spēs vnum singulariter representat: ois spēs erit representatiua multoz: et qua rōne aliquot eadem ratione omnū que sunt vnius rationis: vt oim albedinū vna species erit representatiua: et oim similiter nigredinū vna: et sic de alijs. tunc igitur vel per talem specie nullum singulare determinate poterit cognosci: et habetur prima pars consequentis: aut quodlibet determinate: et per cōsequens qd illa species permanebit et per eam poterit aliquod eorū determinate cognosci: poterit et quodlibet: et quando non quodlibet tūc neqz aliquod: et habetur secunda pars consequentis: nec magis debet hoc reputari inconueniens q de intellectioibz: quarum constat oportere dicere aliquam ita esse singularem intellectioē vnius singularis: q nō est intellectio alicuius alterius: et aliqua cuiusdam alterius singularis tantū similiter vt docet experientia. Ad hoc etiam est auctoritas Aug. 9. de tri. vbi vult q notitia qua mēs nouit se nō est notitia alicui alterius essentis: nec tanqz cognoscibilitatis nec tanqz obiecti cogniti. Quid ait. nec alteri? essentis est notitia ei? non solū: quia ipsa nouit: sed etiam quia seipsam. Pro quarto dubio scilicet qualiter intelligimus sensibilia q nec actualiter sentimus nec vnqz sensimus. premitto q aliqua rem intelligi a nobis potest dupliciter contingere. Vno modo q intelligat immediate in seipsa. Alio modo q intelligatur in alio medio cognito. Et hoc dupliciter potest esse: quia vel illud medium est species rei illius recepta in intellectu ab illa re: vel est aliqua forma vel conceptio fictus vel format? ab ipso intellectu. Et hoc iterum dupliciter: quia vel ille conceptus est simplex vel cōpositus ex pluribus cōceptibus: quālibet vnqz recte dicatur aliquis conceptus cōpositus: Item aliquid potest intelligi dupliciter scilicet intellectu proprie et distincte intelligatur: aut aliqua sibi equiualeat ad ipsū distincte cognoscendū et intellectu vniuersali aut communi sibi et alijs. Tunc respondeo ad dubiū sub quattuor cōclusionibus. Prima conclusio est q nō ē naturaliter possibile q aliquis intelligat immediate in seipso aliquid absens sensibile: alias non sensatum ab eo. Hanc probō primo ratione: quia si detur oppositū sequitur q cecus a natiuitate posset intelligere distincte colores: et surdus sonos. consequens est falsum. vt docet experientia. consequentia probatur. quia ad talem notitiā si haberetur nullatenus seruiret sensus: cum igitur in nullo alio non cecus pcedineat ceco: si non cecus poterit habere talem notitiā: poterit etiam cecus. Secūdo nō est naturaliter possibile aliquem sic intelligere aliqd sensibile absens alias ab ipso sensatum. igitur multo magis non est possibile aliquem intelligere immediate aliquod sensibile absens nunqz ab ipso sensatum. consequentia nota est. antecedens patet. quia alias absentibus sensibilibus possemus nosse: an essent vel non: et vbi et qualiter: et sic de alijs veritatibus contingentibus. Tertio quia tunc per intellectum absqz sensu: posset inductio haberi circa singularia sensibilia: et per consequens cognosci vltimis ppositio de sensibilibus: que est pncipium scientie: ac per hoc nichil repugnaret: quin naturaliter aliquo sensu carens haberet scientiam sensibilibus pertinentium ad illum sensum: hoc autem est contra experientiam. Et hec ratio tota potest haberi ab Aristotele. primo posteriorum. hec etiam est intentio. Augusti. primo rhetor. vbi vult q anima de his artibus: que ad sensus corporum pertinent: sicut multa medicina: sed astrologie omnia nisi q hic didicerit scilicet per corporis sensus non potest dice-

ca. vi.

ca. 7.

cap. 8.

cap. 7.

non potest dicere: ea vero que sola intelligentia capit. cui a seipsa vel ab alio fuerit bene interrogata responderet. Quarto sequitur q frustra et supvacue eēt sensus in animalibus: qz p: qui a nec ad cognitionē pntiū sensibilia et sententiarū nec sensibilia ab absentibus: p cōsequens nec ad cognitionē singulariū: qz p nichil aliud sunt necessariū: vt p. igit. Auctoritate quoqz idem p. ait eni Augustin? . 11. de trinitate. neqz enim vel intelligere posset narrare. si ea que dicit: et si cōtra tūc pntiū audire nō tamē gñaliter: singula meminisset: qui eni mihi narrat. vbi gratia. mōtē aliquem silua erutum et oleis indutum: ei narrat qui me minerim species et montium: et siluarum: et olearum: que si oblitus essem quid diceret omnino nescire: et ideo narrationem illā cogitare non posset: ita fit vt omnis qui corporalia cogitat: siue ipse aliquid constringat: siue legat aut audiat: vel preterita narrat vel futura pueniant: ad memoriam suam recurrat: et ibi reperiat modum atqz mensuram omnium formarum: quas cogitans intuetur. Nam neqz calorem quem nunqz viderit: neqz figuram corporis: nec sonum quem nunqz audiuit: nec saporem quem nunqz gustauit: nec odorem quem nunqz olfecit: nec vilay contractiones corporis que nunqz sensit: potest qui qz oino cogitare. Et post dicit: q pterea nemo aliqd corpale cogitat nisi qd sensit: qd nemo meminit corpale aliqd: nisi quod sensit. Et his patet q nullus potest intelligere: aut cogitare aliqua absentia corporalia que nunqz sensit: aut etiam si sensit non tamen meminit: quod magis probat ppositum. Item idem secundo de libe. arbi. expresse. d. q ratio non posset discernere iter colorē et visionē colorū: nisi color ei referretur per colorū sensum: et per pns non cognosceret colorem nisi illum sentiret homo per visum. Item qz dicitur in de sensu et sen. ait. Hec enim intelligit intellectus: que exteriori nisi cum sensu. i. sine sensu: et hec omnia probantur per experientiam. Secunda conclusio est q: sensibilia a nobis non sensata: non possumus cognoscere in speciebus receptis a sensibus. Hoc probatur primo: quia aut hoc esset in speciebus cātis ab ipsis sensibilibus non sensatis: aut in speciebus caufatis ab his que sensimus non primo modo quia naturaliter nulla res sensibilibus cāt in nobis spēm nisi dum eam sentimus in seipsa: alias cecus a natiuitate posset a visibilibus acquirere species eorum: quod est falsum. Hec potest dici q i species causatis ab alijs: quia vel hoc esset per proprias species illoz non sensatorū: aut per species sensatorū. p: minimum non potest esse: quia vnu sensibile nō potest causare propriam spēm alterius sensibilibus: vt sonus spēm coloris: aut albedo nigredinis. Hec secundo modo: quia species vnius sensibilibus non est medium cognoscendi aliū sensibile: alioquin cecus per species sonorum posset cognoscere colores: et surdus per spēm colorum sonos. Et qui vidisset: que omnia sunt falsa. Ad hoc valet auctoritas Aug. ad Hebridiū. epistola. 87. prima etate ceci cū de luce coloribusqz interrogantur: quid rīdeant non inueniunt. non enim coloratas vilas patiuntur imagines: q sensu senserunt nullas. Secundo quisquis nouit aliquas rem in aliqua specie necessario actu: vel habitu nouit illam speciem esse speciem vel imaginem seu signum illi? sed nullus qui aliqua sensibilia non sensit in se potest nosse illa in aliqua specie. Hanc ratio patet ex dictis ad secundū dubium. dictum enim fuit ibi q per illam solam notitiā speciei cognoscebatur res extra per quā notitiā cognoscitur species: vt est res alterius. talem autem notitiā nullus habere potest: nisi qui cognoscit actu vel habitu illam speciem esse imaginem illius. Hanc ratio patet de se. Aut enim viderit imaginem herculis in pariete et nunqz

vidisset herulem: non plus noscet illam esse imaginem eius qz herculis vel achillis. Contra ista potest argui: Contra dicitur ex eo quod dicitur Aug. 6. naturalium. vbi ait. q vis est: et argumatiua apprehendit intentiones non sensatas in singulis it p. i. ca. p sensibilibus: sicut vis que est in oue diiudicans q ab hoc lupo est fugiendum: et q huius agni est miserendum. Et idem dicit parte. 4. c. 1. vbi ait. q ouis iudicat de inimicitia lupi per intentionem quam apprehendit de inimicitia eius. Et tamen constat q illam non sentit aliquo sensu exteriori. Commentator etiam dicit in de memoria et re. q propter admirationem imaginatiue cogitatiue et memoratiue in quibusdam hominibus presentantur forme rerum sensibilibus: quas nunqz senserunt: sed solummodo fuerunt ad ipsos translate per actum dispositiōes eorum. Et subdit q huiusmodi potest imaginari elephantem qui nunqz sensit ipsum. Preterea. Idem scdo de anima. dicit q cogitatiua recipit et distinguit intentiones indiuiduales vniuersalesqz decem predicamentorum: et per consequens intentionem indiuidualem substantie. Constat autem q substantias nullo sensu sentimus in se. Et his videtur haberi q aliquorum sensibilibus habeamus per quas illa nouimus: que tamen sensibilia nō qz sensimus. Ad ista dicendum. Ad primum potest primo dicit: q non est contra dicta: quia secundum veritates et eundem dicitur Aug. vbi secundo allegatur. Inimicitia nō est res sensibilibus: nunc autem non est dictum q non possumus intelligere aliqua insensibilia que sunt in ipsis sensibilibus: nisi fuerint sensata: sed de sensibilibus dictum est Secundo potest dici q estimatiua non apprehendit inimicitiam: nec in se nec in eius intentione proprie loquendo: quia proprie iudicet a lupo esse fugiendum: sed apprehensio lupo per sensum et interiorē virtutem ab ipsa oue naturaliter sequitur in eius estimatiua iudicium q ab illo est fugiendum: et hoc dicitur q apprehendit inimicitiam eius: tale autem iudicium est in ipsa absqz apprehensione inimicitie vel odij existentis in appetitu lupi: cui appetitus actum non videtur q ouis possit cognoscere: et illud patet: quia si de ligno fieret statua lupi in omnibus accidentibus similis lupo: non est dubium q ouis vidēs eam fugeret ab ea sicut a vero lupo: et tamen nulla inimicitia esset in illa statua. non igitur ad hoc q istud iudicium sit in estimatiua ouis necesse est q apprehendat aliquā inimicitiam in lupo aut iudicet eum esse inimicum. Ad secundum patet dicendum q Commen. non loquitur ibi dem de speciebus causatis ab ipsis sensibilibus: sed de fictis: potius et formatis ab ipso sentiente: vt manifestum ē eodem loco. Secūdo dico esto q quis fingat tales species proprias rerum sensibilibus quas nunqz sensit vt elephantis: aut alterius rei: nunqz tamen per tales species potest cognoscere elephantem: nisi per exteriorē sensum cognoscat eum: quia narrantibus credere possit talem esse qualem finxit in mente sua et virtute talis credulitatis multa potest credere per illam imaginem de elephante: q de illo per illas cognosceret si ipsam nosset esse similitudinem eius. hoc autem plus in sequentibus declarabitur. Ad aliud Commentatoris: quicquid sit de veritate illius dicti: quantum ad propositum sufficit. dicendum: q non est contra dicta: sicut nec dictum Aug. pcedens: cū substantia non sit sensibilibus proprie: vt hic loquimur de sensibilibus. Tertia conclusio. q huiusmodi sensibilia nō sensata non possumus intelligere: nisi aliqua specie ficta seu conceptu simplici sibi proprio. In conceptu autem communi eis et alijs possumus illa intelligere: non tamen distincte et in specie ciali: sed confuse tantum: et quadam notitia generali communi illi et alijs. Pro quo cius conclusio nis euidencia est notandū secundum q colligere possumus ex dictis beati Aug. q modū nre cognitionis diligēt? et aeq

ca. 63.

ca. 4. c. p.

omnino arguunt in imitatione lupi abo iudicij q ab eo est fugiendum

20. de anima

3. 3. c. 9.

3. 3. c. 10.

Ad rōnes factā in principio secūdi arti.

Handwritten notes in the bottom right corner.

stius ceteris: quorum doctrine ad nos deuenit: inuestigauit: de rebus extra duo genera in nobis specieru vel formarū: seu imaginū: vel intētionū habemus: per quas et in quibus res ipsas absentes cognoscimus. Nam quedam species sunt ab ipsis rebus p sensus nostros causate et in memoria: seu vi conseruatiua quā memoriā vocat recōdite. Quēdā nō sunt alie non causate a rebus: sed a nobis eas cōprehēditibus species quas in memoria tenemus sicte z formate: et per p̄s triplici modo rex extra sensibiles cognoscimus. s. z per sensum eas imēdiate sentiēdo: z per notitiā specierū in memoria existentū: z per notitiā imaginū fictarū a nobis: z q̄uis ista possent innumerabilibus eius dictis p̄bari: duo tñ adduco: quoz vnum est. 9. de tri. vbi sepe facit mentionē de hoc duplici genere specierū: vel imaginū. d. Unde etiā phāstias reum corporaliū per corporis sensus haustas: et quodam modo memoriē infusas: ex quibus etiā que nō visa sunt: ficto phāstias cogitantur. ecce q̄ primas vocat haustas per sensus: reliquas nō fictas. Et statim sequit. Hāc et cū recole cartaginis menia que vidi: z cū fingo Alexādrīe que non vidi zc. et in fine capli. ista inquit. s. corpora aut presentia sensu corporis tangimus: aut imagines absentū fixas in memoria recordamur: aut z earū similitudine talia fingimus qualia nos ipsi si vellem? atq̄ possemus etiā opere moliricmur zc. hic vt p̄s simul istos tres modos noscēdi sensibilia ponit. ¶ Aliud est lib. 13. vbi inquit: quomodo nouit quis fidē propriā: z ostēdēs q̄ nō illis modis quib⁹ corporalia cognoscimus: inter ceteros modos notitiē tāgit hōs tres predictos dicēs: q̄ fidē nouimus: nō inquit: vt corpora que videmus oculis corporeis (ecce vñ) et per ipsorū imagines quas memoriā tenemus etiā absentia cogitamus (ecce alius modus) z sequitur tertius modus: nec sicut eaq̄ nō vidim⁹: z ex his que vidimus cogitationē: vt p̄s formam⁹ z memoriē cōmendamus: quo recurramus cū voluerim⁹: vt illic ea vel potius qualecūq̄ imagines eoz quas ibi fiximus s̄t recole dā cernamus. ¶ Ad hoc etiā faciūt plures auctoritates eiusdē superius adducte: z que sequūtur. ¶ Conueniūt autē hoc z ille species z differūt in quibusdā. cōueniūt quidē in hoc q̄ neutre naturaliter haberi possunt: nisi de sensibilib⁹ p̄s sensus in se a nobis aliquo modo: vt p̄s per experientā z auctoritatē simul eiusdē allegatā conclusionē prima huius dubij: z ex sequētib⁹ etiā patebit. Hī differūt etiā in hoc: q̄ nō de nullo sensibili naturaliter specie receptā habent⁹ q̄ imēdiate in seipso nō sensimus. Hāc sicut ipse dicit lib. 10. tales species imprimunt memoriē q̄ hēc que foris sunt corporalia sentiuntur: vt etiā cū absunt ista. s̄to tñ sint imagines eoz cogitātibus. Et lib. 11. dicit. q̄ verū est q̄ meminisse nō possumus: nisi que sensimus. Sed specie alicuius vtiq̄ fingere possumus: quod tñ non sensimus: sicut qui nunq̄ vidit elephātem pōt fingere speciem sue stature: z aliq̄ perfecte: et aliq̄ imperfecte hoc facit. Et qui non vidimus faciē Christi eius similitudinē fingimus in aīa nostra. requiritur tñ ad hoc q̄ talia fingamus: q̄ vel talem specie p̄m torum habeamus in memoriā receptā a reb⁹: aut p̄m partes saltē sicut supra p̄s per auctoritatē allegatam eiusdē in prima conclusionē huius dubij. ¶ Secōdo conueniūt: q̄ ad hoc q̄ per species receptas cognoscimus sensibilia: necesse est nos habere habituales notitias eorum: per quas cognoscimus hanc esse speciem huius: z hanc illius: z sic de singulis: et de quo hōmō notitiā nō habemus: nosse non possemus: vt ex precedētibus satis p̄s. similiter vt aliquid cogitemus per speciem fictā: licet non sit necesse q̄ illud in se sensimus: necesse tñ est q̄ senserim⁹ aliquid simile illi. quoniam sicut dicit August. 10. de trinita. per imaginabile figmentū: sicut cogitatur absentia: que sensu corporis tacta sunt

sive eiusdē generis: aliqua z cum hoc etiā necesse est. vt notitiā generalē habitualem habeamus: per quā cognoscimus illam speciem simile esse illi quod sensimus. Nam sicut supra tactum est. z est etiā sententia Aug. 10. de trinita. Cap. 3. cum inquit. Nunq̄ em̄ se oculi preter specula videbūt: hoc est oibus generale: vt per nulla signa res aliqua possit cognosci: nisi ipsa cognoscantur esse signa illius: ipsum quoq̄ esse alicuius rei signum cognosci non potest illa re penitus ignorata. vnde qui fingit formā elephātis: z nūq̄ vidit elephātem. per illam non plus elephātem cognoscit: q̄ dormiens: vel freneticus cognoscit per phāstias: que sibi occurrunt. Et ratio est: q̄ non potest illā considerare: vt est imago alterius. Si aliquem autem vidisset elephātem z illius habitualement haberet notitiā: tūc per illam cognosceret illā speciem similitudinē esse elephātem: z per cōsequens in illa elephātem nosse posset: etiam quos non vidit. ¶ Et hoc est quod dicit Aug. 8. de trinita. vbi ait. Neq̄ enim in fide nostra quam de dño nostro iesu christo habemus illud salubre est qd sibi animus fingit: loqe fortasse aliter: q̄ res habet: sed illud qd p̄m cogitamus: habemus em̄ quasi regulariter infiram nature humane notitiā: p̄m quam quicquid tale aspiciamus: statim homines esse cognoscimus: aut hōis forma. ecce q̄ propter notitiā habitualement in nobis de homine aspicientes fictam formā hōis cognoscimus illā esse formam eius: et sic per illā de homine cogitamus. notitiā autem illam per quam cognoscimus hoc: non nisi sentēdo aliquem: vel aliquos hōies extra in se primo modo potuimus habere: vt patet per eādem rationem. ¶ Patet etiam hoc per rationem Aug. 10. de tri. vbi inquit: quomodo mens se amat ait: si mens sui similitudinē fingit: et ideo cum hoc figmentum amat se: amat anteq̄ nouerit: q̄ id quod sui simile est intuetur: nouerit igitur alias mētes ex quibus se fingit et genere ipso sibi nota est: cur igitur alias mentes nouit se non nouit: cum se ipsa nihil possit esse presentius? Est igitur consequentia ei⁹ q̄ si mens se nouit in similitudine sua aliqua quam fingit. igitur nouit alias mentes ex quibus sui similitudinē fingit in qua se nouit: z per p̄s p̄s. p̄positum. vcz q̄ notitiā rei per speciem eius fictā p̄supponit notitiā alicuius rei sibi similia in se ipsa. ¶ Ad idem est Ansel. monol. vbi ait. Faber prius concipit mente: quod postea p̄m mentis conceptionem opere perficit. Et sequitur. faber penitus non potest mente aliquid corporeum imaginando concipere: nisi id qd aut totū simul: aut partes ex aliq̄ reb⁹ aliquo modo vididerit tā. Et subdit. q̄ enim homotale aliquid animal possit cogitādo siue pingēdo quale nunq̄ sit contingere: nequaquā tamen hoc facere valet nisi cōponēdo in eo partes quas ex reb⁹ alias cognitīs in memoriā attrahit. ¶ Itē iter species receptas a reb⁹: et fictas ab anima est alia differētia. vcz q̄ nulla species recepta ducit in notitiā alicui⁹ rei extra: nisi illius singularis p̄cise q̄ sentiēdo ipsa species est recepta in mēte: vt species quā memoria recipit: dū q̄ actu videt hāc albedinē demonstratā: uon ducit in notitiā alicuius alterius albedinis ab illa q̄ sensata tunc est: et hinc est q̄ tot tales species habet quilibet in memoriā quot singularia sensibilia p̄ illas cognoscere pōt: sicut p̄bari pōt ex eo qd dicitur est in solutiōe ratiōis. ¶ Ad tertiu dubij: cui q̄s fauet dicit Aug. 11. de tri. d. Cap. 8. q̄ non possumus meminisse corporū species nisi tot quot sensimus et quātas sensimus. Ex corporis enim sensu eas in memoriā cōbibit animus: hoc aut dicitur verū non est: nec causa ei⁹ assignata: nisi quia species rei sensibiles recepta per sensum representat singulariter tñ: et in illius singularis p̄cise ducit notitiā: qd sensatū tunc est. vnde sicut illa sensatio est p̄cise illius singularis: sic etiā et species tñc causata. species autē ficta ab anima nō tñ ducit

Cap. 3.

Cap. 5.

Cap. 7.

Cap. 11.

Cap. 8.

Cap. 6.

Cap. 1.

Cap. 8.

Cap. 10.

Cap. 10.

*Supra p̄s s̄t ut p̄s mēte  
s̄t ut p̄s mēte*

in notitiā illius singularis: vel illozū tñ que prius nota sunt in se: sed etiā aliozū: vt supra frequēter est allegatū p̄ Aug. Unde hōmō species sicte cōparatione receptorum sunt quasi vniuersales: q̄uis non perfecta vniuersalitate: cū in eis nō cōueniāt p̄fecte omnia singularia: qd contingit p̄pter earū cōiūtā representatiōē pluriū sensibilib⁹: nō enim representāt colorē tñ: aut figurā tñ: vel quātitatem: sed colorē determinate quātitatis et figure: z sic de alijs specieb⁹ fictis de alijs singularibus: q̄ tñ nō ducit determinate in huius singularis notitiā sensibilib⁹: sicut quelibet recepta facit: sed in notitiā p̄sum aliquoz aut alicuius quasi vaga quadā representatiōē (vt quidā dicit) potest dici talis species ficta quodāmodo vniuersalis: siue autem species iste sicte sint in intellectu: siue in parte sensitua anime. p̄pter eas tñ fatendū est in intellectu esse alias fictas abstractiones obiectiue et vniuersaliores: s̄z propter abstractionē non sic sint nobis p̄ceptibiles: siue vocentur species siue intentiones seu forme vel cōceptus: qd vltimū vocabulū nunc apud modernos est magis in vtu: q̄uis omnibus p̄nominatis et pluribus alijs inueniantur antiqui vñ fuisse in eadem significatiōe: in qua moderni vtūtur hoc nomine cōceptus. formatur autem isti cōceptus in intellectu ex apprehēsiōe pluriū singulariū similitū fingēdo similitudinē quādam: seu cōceptū cōmune cuiuslibet singulariū illoz z alioz sibi similitū: qui cōceptus nullū determinate illoz representat: sed confuse z cōmunitē omnia sicut apprehēsiō abbedinib⁹ pluribus singularib⁹ et earū cōueniētia in hoc qd est esse albedinē: formatur cōceptus cōmunitē abbedinis cuiuslibet abbedini representatiuus similitis et talis in esse representatiuo qualis est albedo extra in esse reali: sicut suo modo dictū est de speciebus fictis in precedentibus. vt tñ dicit iste est abstractiō: qm̄ talis cōceptus formari potest in intellectu de albedine: per quē nec quantitas aliqua nec figura aut omnino aliqd aliud p̄ter essentia albedinis representabitur: sicut experientia probat in anima duertere volētē: ita est de alijs: sic autē abstractiō cōceptus per virtutē sensitua haberi non potest: sed per solum intellectū: vt dicebatur sicut experientia docet: qd etiam euidenter patet per illud qd dicit Aug. in lib. de quātitate anime. Nam longitudo nulla est in re sine latitudine et altitudine: nec esse potest: nec etiam aliquo sensu cogitari: et tñ longitudo sic intelligi potest: vt pro tunc nec lata nec alta esse concipiatur: z isti cōceptus p̄prie sunt vniuersales: et qui vocātur vniuersalia: sicut suo loco patebit. Et ideo pro nunc de hoc hęc sufficiāt. ¶ Istiusmodi quoq̄ cōceptū quidā cōmunitates. quidā vero minus cōmunes. Similiter compositoz quidam ex quibusdā: quidā ex alijs. Sed de omnibus istis nunc discerere non est pertinens ad propositum. Sicut autem species sicte dicebantur conuenire cum receptis: z etiā differre quātū ad habere illas: z quātū ad alia intelligere p̄ illas: sic etiā suo modo de his que in intellectu sunt est sentiendū. Ex his patet statim conclusio proposita. Et quātū quidē ad primā partē probatur: q̄ impossibile est nos habere propriū cōceptū aliquoz sensibilib⁹: nisi aliqua taliū sint sensata: vt ex dictis patet: et p̄sequens nec illa in p̄prio cōceptu simplici possunt a nobis cognosci. Alioquin: vt dicitur est: cecus a natiuitate possit de coloribus propriū habere cōceptū. Secūda pars patet ex dictis. Nam ex aliquib⁹ sensatis possumus formare cōceptum cōmunitē illis z alijs similibus p̄m speciem aut genus: q̄ sensata in se nō sunt. ¶ Unde quis qui vidit aliquas albedines potest sibi formare cōceptum cōmunitē oibus abbedinibus: qui quidem in vniuersali omnes et confuse

*que modernū vniuersalē cōceptū  
p̄s intentionē formos vniuersalē*

nullaq̄ distincte representabit. Hęc ad formādū talē cōceptum speculatiuū necesse est qd oēs albedines sint vñ p̄m se. Similiter ex visionibus aliquarū specierū coloris pōt generalē cōceptū coloris formare: esto qd non viderit cuiuslibet speciei coloris aliqua singularia. Et q̄ tales cōceptus sunt signa illarū rerū: z talia in esse apparenti et representatiue quales sunt res ille realiter et virtute notitiē habituales aliquoz quozum sunt signa cognoscunt esse signa illoz z eis similitū: z ad talia significāda formatur tales cōceptus: idcirco p̄ illas res alique non sensate possunt a nobis intelligi: vt ex supra dictis apparct. ¶ Tertiamen: quia illi cōceptus sunt cōmunes aliq̄b⁹ sensatis singularib⁹ z quibsdā nō sensatis: hęc et illa: vt dictū est: representāt cōfuse z indistincte: idcirco per eos talia qd sunt cōmunes nō possunt distincte cognosci. vnde p̄ cōmune cōceptū abbedinis nō possum distincte nosse abbedinem: que est in camera Sullermi si qua ibi est: aut aliā aliq̄ā in specialitē: nec p̄ceptū coloris possum distincte oēs: imo nec aliq̄ā specie coloris cognoscere: quia si aliq̄ā possem z oēs idifferēter: cū idifferēter quālibet representet. Constat autē multas esse species colorū quaz nullā in specialitē possum habere notitiā. Constat autē hoc: quia alias cū cecus possit habere in se cōmune cōceptum qualitatis sequeretur qd distincte posset nosse colores: qui sunt species qualitatis. consequens est falsum. ¶ Quarta conclusio est: qd sensibilia a nobis non sensata nō possum naturaliter cognoscere in aliquo cōceptu cōposito sibi p̄prio in cōceptu cōmunitē composito possumus: sed non distincte non curo nunc: vtrum cōceptus dicat cōpositus essentialiter: vel solum obiectiue z non vniuersalē qd est cōpositus in me. ¶ Quinta conclusio est: qd debet aliquid cognoscere in cōceptu composito: necesse est eum habere in mente talē cōceptum: et cū hoc habere notitiā actualē aut habitualement qua nouit hūc cōceptum esse alicuius rei signū: z ista vtiq̄ separātur ab inuicē. Hāc quis potest formare aliq̄ cōceptū cōpositū: z ignorare: an p̄ ipm aliqua res significet: q̄uis sciat p̄ quālibet ei⁹ partē aliquid significari: imo pōt scire qd ille cōceptus nullius rei est. ¶ Exēplū p̄m. potest qd habēs cōceptū circuli z cōceptū quadrati z cōceptū equalitatis cōponere ex his cōceptū vniuersalē: qualis cōceptus esset ille cui subordinaf hoc totū in voce: circulus equalis quadrato: z hoc experit hęc quilibet. cū hoc tñ pōt ignorare: an iste cōceptus sit cōceptus alicuius rei: sicut multi hūc cōceptū formātes ignorāt: an aliqua res sit vel possit esse circulus equalis quadrato. ¶ Exēplū secūdi. si qd habeat cōceptū circuli z cōceptum anguli z cōponat vtrūq̄ simul: vt fiat cōceptus cōpositus: qualis est hęc oratio in voce: circulus angularis. certum est qd iste pōt scire qd nulla res est: aut esse potest cui cōueniat iste cōceptus: et in vtroq̄ casu haberef cōceptus cōpositus: nō tñ cognosceref in illo res aliqua extra animā p̄ illū qui talē cōceptū haberet. ¶ Scitur autē de aliquo huiusmodi cōceptu ipm esse cōceptū alicuius rei: quando scitur ipsum de ipsa re verificari: sicut tūc qd nouit qd cōceptus in mēte qui est diffinitio. verbi grā. animal rationale est cōceptus hominis: quādo nouit qd homo est animal rationale. quo cognito dū postmodum illum cōceptum cōpositum intuetur cognoscit in ipso rem que est homo. ¶ Item aliquando potest talis cōceptus proprius alicui cognosci esse cōceptus alicuius et hoc qd cognoscitur ipsum verificari de cōceptu entis particulatiter sumpto: sicut si quis nosset qd aliquid ens est animal rationale: de quo magis patebit in sequentibus. ¶ Ex his probari posset cōclusio quo ad primam partem sic. Impossibile est aliquem cognoscere aliquem cōceptū compo-

*no vniuersalē qd est cōpositus in me  
Conceptus in me*

scitum proprium sensibilibus non sensatis ab eo verificari de aliquo. igitur impossibile est eum naturaliter cognoscere in aliquo conceptu composito proprio sensibilis non sensata per eum. consequentia patet ex dictis. Antecedens est evidens per experientiam: et sumatur gratia exempli iste conceptus compositus: actus diaphani secundum actum. aut iste color segregatus visus. patet quod qui nunquam sensitisset lumen: nunquam posset naturaliter cognoscere quod aliquod ens est actus diaphani secundum actum: et quod nunquam vidisset albedinem: nunquam posset scire quod aliquod ens est color segregatus visus. nam tales notitie non possunt haberi: nisi mediante intuitiva preuia vel coexistente talium sensibilium. Secundo. quia vel talis notitia habetur per apprehensionem alicuius sensibilis illorum quorum est ille conceptus proprius: aut per notitiam alicuius effectus vel cause dictorum sensibilium: hoc videtur sufficiens: quia nec alius appareret modus eam habendi. Si dicatur primum: constat quod ille conceptus communis erit etiam sensibili sensor: et per consequens non erit proprius non sensatis: ut supponitur in conclusione. per effectum autem talis notitia haberi non potest: quoniam nullus effectus sensibilis: preter eum qui fit in sensu dum sentiuntur effectus: qui non potest inuare propositum propter illud quod immediate dictum est: dicitur in tale notitia: quod patet. Supposito namque quod aliquis calor: sit effectus lucis: per notitiam caloris non poterit haberi notitia: quod prius conceptus lucis verificetur de luce: aut etiam ente particulariter sumpto. Et ratio est: quia talis effectus potest a pluribus alijs causari: et ideo quis ex eo quis posset nosse quod aliquod ens est productiuum caloris: non tamen poterit scire quod lux vel lumen est productiuum caloris: nisi immediate per sensum hoc apprehendat: et tamen ille conceptus productiuum caloris non est proprius luci: ut dictum est: nec per illum effectum posset nosse aliquem conceptum proprium lucis verificari de aliquo. Item nec per causam sensibilium. Nam quis potest nosse omnes causas extrinsecas alicuius sensibilis. s. soni: qui tamen nullum proprium conceptum cognoscet de sono ante verificari. Surdus enim a natiuitate potest cognoscere corpora sonantia et aerem et commotionem aeris per sensum tactus: que sunt cause soni: et tamen nullum proprium conceptum soni cognoscet verificari de aliquo. Confirmantur omnia hec per illud sepe adductum: quod cecus naturaliter non potest nosse diffinitionem: aut aliquem proprium conceptum coloris vel lucis de aliquo ente verificari: nec naturaliter surdus aliquem proprium conceptum soni. Secunda pars conclusionis declaratur. quia aliquis naturaliter cecus potest habere conceptum in mente cui subordinatur hec vocalis oratio qualitas sensibilis: et potest nosse mediante notitia tactus quod aliquod ens est qualitas sensibilis: et potest per consequens cognoscere quod ille conceptus est alicuius entis: vel istorum entium: ac per hoc cognoscere in illo entia quorum est conceptus: sed constat quod ille conceptus est communis etiam coloribus: et per hunc et consequentiam cognoscet colores: non tamen distincte: quia nec distincte illos significat aut representat. Contra tamen hoc obijceret aliquis forte: quia principium motus ad superius videtur esse conceptus proprius leuitatis: et principium motus deorsum proprius grauitatis: et uterque istorum potest cognosci verificari de ente particulariter. esto quod nec grauitas nec leuitas sint sensata: solum enim videndo ignem ascendere et terram descendere nullo ipellente nosse potest quod quod aliqd ens est principium huius motus: et aliqd illius. Item primo potest dici quod grauitas et leuitas proprie non sunt forme sensibiles: non enim apparet quomodo leuitas aliquo sensu poterit sentiri. unde si non moueret corpus: nunquam aliquis posset cognoscere ipsum esse graue vel leue: et ideo si

cognoscit aliqua talis: hoc est per motum: quia si sentimus illud corpus descendere: vel per visum aut per tactum ipsum tenemus in manu: et tamen nec per manum nec per visum cognoscimus grauitatem immediate: sed per intellectum arguimus. Et ad hoc facit multum dictum Commentatoris qui. 7. meta. 2. 12. dicitur videtur formas istas non esse qualitates: sed formas substantiales elementorum: forme autem substantiales non sunt de numero sensibilium: ut hic est sermo de sensibilibus. scdo potest dici quod ille conceptus principium motus sursum: non est proprius conceptus leuitatis cum videamus ipsum verificari de alijs formis a leuitate. Nam aus mouet sursum etiam a se. Item aqua ascendit ut patet in conductibus: et ferrum etiam ascendit si magnetem si magnes sit supra ferrum: et constat quod cuiuslibet horum motuum est aliqd principium et non forma leuitatis. suo modo sic potest dici de principio motus deorsum. Item hoc patet quod dicendum sit ad argumentum factum pro quarto dubio. Nam talia sensibilia non sensata non intelliguntur a nobis immediate: nec in speciebus causatis a sensibilibus: sed in conceptibus tantummodo communibus non proprijs et tamen indistincte et confuse. Ad rationes. Ad primam dico quod per se non dicitur animam esse sensibile tantum per sensum: sed sine exclusione loquitur: cum quo dicitur star et verum est quod sit sensibilis per intellectum: nec oppositum ipse vel alijs sensibus diceret: cum omne scire per hunc sit de rebus sensibilibus. veruntamen: quia non solum per intellectum: sed per sensum anima est sensibilis: ideo etiam locutus est de sensu: et quia intelligibilia comprehendere est proprium intellectui: ideo dicitur quod per intellectum est intelligibilis: ut supra in dissolutione tertij dubij est dictum. per quod patet quod sit dicendum ad aliam rationem factam in principio questionis.

**Distinctionis tertie. Questio. ij.**  
**N**o quod res create sensibiles naturaliter intelliguntur a nobis et aliter consequenter quod. vtrius res create insensibiles naturaliter a nobis intelligantur. Et arguitur quod non. quod si aliqua res insensibilis cognoscitur a nobis. hoc maxime verum esset de anima nra de mente seu intellectu: quod nihil proutus est intellectui nostro: quod ipsemet: sed consequens est falsum: ut manifestat opinionum diuersitas: quas homines habent de intellectu nostro: opinantibus quibusdam ipsum substantiam quandam abstractam et ynum in omnibus hominibus: quibusdam opinantibus ipsum esse substantiam anime nre. quibusdam pro accessus eius: quod diuersitas non esset si ipse intellectus a nobis cognosceretur. Confirmatur. quia si esset nobis cognitus intellectus noster aut hoc esset: quia cognitus esset immediate in seipso: aut in specie ab ipso causata in seipso: aut in conceptu abstracto et ficto: non primo modo: quia si sic cognoscitur sunt nobis evidentissima et notissima: nec est necesse nos ex alijs accedere notitiam de ipsis. constat autem quod non sic est de intellectu nostro: quod potius ex alijs rebus conamur deuenire in notitiam eius. nec scdo modo. quia de nullo habemus naturaliter speciem que non fuerit nobis nota immediate in seipso: nec tertio modo. quia illum conceptus vel intellectus formaret apprehendendo seipsum: aut apprehendendo aliquos alios intellectus. non primo modo. quia restaret questio quomodo ante formationem conceptus illi: cognosceret seipsum: an. si in se immediate vel in specie nec apprehendendo alios intellectus: quia nullus alius intellectus est sibi notior: quod ipsemet sibi: et ideo multo minus ex notitia aliorum intellectuum potest et poterit formare huiusmodi conceptum de se et propria.

**Contra** multe veritates in scientijs humanis sunt nobis note de rebus insensibilibus: sicut patet de intellectu et eius operationibus. Sicut de volum

tate et eius actibus. similiter de angelis. igitur tales res creatas insensibiles naturaliter intelligimus.

**In declaratione** questiōis videbitur an huiusmodi res possunt a nobis naturaliter intelligi: et qualiter. secundo mouebuntur quedam dubia et soluentur.

**Quantum** ad primum premitto distinctionem vnam que colligitur ex precedenti et proxima. quod videlicet quod rem aliquam intelligi a nobis contingit tripliciter. scilicet immediate in seipso: scilicet quod notitia illa qua cognoscitur ad nullum medium cognitum terminetur: vel quia cognoscatur in specie propria anime in intellectu causata: vel tertio modo quod cognoscatur in aliquo conceptu de ipsa ab anima formato. Tunc pono tres conclusiones. quarum prima est: quod quedam insensibilia intelliguntur a nobis immediate in seipsis. Secunda. quod quedam intelliguntur a nobis in speciebus proprijs in intellectu ab ipsis causatis. Tertia. quod quedam intelliguntur in conceptibus per animam fictis et formatis. Prima conclusio probatur. primo quidem ex dictis in precedenti. quod ibi enim patet quod species vel imagines rerum absentium intellectus intuetur: et in illis cognoscit res quarum sunt species. idem quoque patebit in secunda conclusione de speciebus quorundam inere intelligibilium. Constat autem quod tales species intellectus non mediante aliquo intuetur: sed eas ita immediate: sicut visus immediate intuetur colores: et ita vniu experimur et aliud. Secundo quilibet potest in seipso experiri: quod ipse cognoscit se intelligere aliquam rem determinatam: et se credere id quod credit: et se velle illud quod vult et nolle quod nult: igitur intelligit immediate actum suum intelligendi volendi noldendi et credendi. consequentia patet ratione: et ut breuius fiat probetur hoc de actu credendi: et eodem modo poterit probari de alijs. actus igitur iste singularis credendi quem quis noscit se habere de hac re signata: aut cognoscitur ab eo per sensum aut per intellectum: non per sensum: quia res omnino insensibilis est: igitur per intellectum: aut igitur in specie propria vel in specie propria alterius: aut in aliquo conceptu: aut immediate in seipso. Non in specie propria: frustra enim poneretur: cum ipse per seipsum sit presens eque: ut species esset: nec in specie alterius propria. patet ex dictis in precedenti. quod etiam non apparet: cuius alterius rei species duceret in notitiam eius: nec in conceptu: quia autem in aliquo conceptu singulari proprio: vel in conceptu communi. non singulari: quia vel nullus alius est a specie: vel si esset: idem inueniens esset de eo quod de specie: nec in conceptu communi: quia per illum non cognosceretur in singulari et distincte. relinquitur igitur quod immediate cognoscatur in seipso. Eodem modo probari potest de actu volendi. Idem idem patet de intentione Augusti. 13. de trinit. vbi etiam in virtute ponit rationem predictam. Fides inquit quam videt quisque in corde suo esse: si credit: vel non esse si non credit: aliter nouimus: non sicut corpora que videmus oculis corporeis: et per ipsorum imagines quas memoria tenemus: etiam absentia cogitamus: nec sicut ea que non vidimus: et ex his que vidimus cogitationem vicinis formamus et memorie commendamus. Et subdit. nec sicut hominem viuum: cuius etiam animam si non videmus ex nostra conuincimus et ex motibus corporalibus hominem viuum sicut viuendo didicimus intuemur etiam cogitando: hec excludit modum cognoscendi aliquid per discursum et argumentationem: qui tamen modus requirit aut epigit aliquem predictorum in ratione supra facta: cum notitia complexa de aliquo necessario epigat in complexam eiusdem: ut patet ex primo articulo precedentis proprie. quod immediate dat Augusti. modum quo videtur

fides non sic inquit. scilicet modo predicto videtur fides in corde in quo est ab eo cuius est: sed ea tenet certissima scientia: clamatque conscientia. cum itaque propterea credere iubemur: quod id quod credere iubemur videre non possumus: ipsam tamen fidem quam inest in nobis videmus in nobis: quod et rerum absentium presens est fides: et rerum que foris sunt intus est fides: et rerum que non videntur videtur fides. Et his patet conclusio eius. scilicet quod fides videtur fides per seipsam ato presens: quod est immediate videri in seipso. Item sequenti. c. in fine. d. de actu volendi. vbi ait quod sua voluntas cuiusque conspicua est. alterius autem latet: quod idem videtur. Et si aliquibus signis sese iudicat: creditur potius quam videtur: vniuersique autem sui animi conscius non credit vtiq; hanc esse suam: sed plane peruidet voluntatem. Non igitur ex alijs quibus signis aut effectibus arguitur cognoscit quis suum velle: sicut dictum est etiam de fide: sicut alterius voluntatem conuincit ex signis: sed plane ex se immediate in seipsa suam peruidet voluntatem: que etiam in sequenti cap. distincti. Et si vbi dicitur: quasdam esse communes hominum voluntates: quas quilibet certissime nouit: non tamen eodem modo ut propriam. Unde ait: sed aliud est videre voluntatem suam: aliud (quod certissima coniectura) conuincere alienam. Et quo manifeste patet: quod per videre suam non accipit hic aliud quam illam immediate in seipso intueri. Item idem in de videndo deo ad Paulinum: et sicut inquit hanc lucem corporis sensu: sic etiam voluntatem meam plane video: quod presens est animi mei sensibus: atque intellectus mihi presens est: quid expressius dici potest ad propositum: quod dicitur: ita voluntatem videri mente: sicut lux corporis sensu: et idem vult de actibus alijs anime: ut ibidem patet. Tertio probatur quod sicut intellectus aut mens intelligit se immediate: sic mens intelligit se intelligere illud quod intelligit: quod illud intelligit. Et similiter intelligit se velle et se velle quod vult: et sic de pluribus posset dici. igitur mens intelligit seipsam. Antecedens est evidens. consequentia deducitur per Augusti. 10. de trinit. vbi ostendens: quod mens cum querit se nosse nouit se: contra vnam possibilem responsionem qua dici posset quod non nouit se: sed nouit suum nosse: quo alia nouit: arguit sic: vbi ergo nouit suum nosse si se non nouit. quod d. hoc non est possibile. Nam nouit quod alia nouerit: se autem non nouerit. i. nouit se alia nosse et non seipsam. scilicet per reflexionem: et tunc in forma interrogationis infert propositum dicens: quo pacto igitur se aliquid scientem scit que seipsam nescit: neque enim alteram mentem scientem scit: sed seipsam: scit igitur seipsam. Et ex quibus patet quod Augusti. vtiur hac consequentia. mens scit se scire: vel se scientem esse. igitur scit se: et statim post facit hanc: mens scit se nescire se. igitur mens scit se. patet etiam ratione: quoniam impossibile est aliquid de alio cognosci: nisi illud cognoscatur. mens igitur nouit seipsam: aut igitur in aliqua propria sua specie: aut in communi aliquo conceptu quem habet de mente: aut immediate in seipso: non primo: tum quod species frustra poneretur cum mens sit per seipsam sibi presens. Unde si res ipse corporales per seipsas possent esse presentes mentis conspectui nulle species earum fierent in mente: sicut potest haberi per philosophum tertio de anima. et Augusti. 10. de trinit. dicit. quod quia mens non potest secum introitus tanquam in regionem incorpoream nature ipsa corpora inferre: imagines eorum conuoluit et rapit: tum quia esto quod esset aliqua species mentis in ipsa mente: adhuc non posset per illam cognosci: nisi prius tempore / vel natura ipsa mens cognosceret immediate in seipsa: ut patere potest ex dictis in precedenti. quod nec in aliquo etiam tali conceptu communi: tum quod non cognosceret se in singulari et distincte: tum quia illum conceptum non posset formare: nisi prius aliquam singularem mentem nosset. Nulla autem potest esse ei magis nota / quam ipsa met.

Contra dicatur,

*Quis est leuitas in seipso? Aliquo sensu se per quendam virtutem videtur esse factum ad hoc quod conuenit. ponitur hoc sur et subdit. ad quod opinio sit illi.*

Cap. 2.

Cap. 3.

cap. 3.

T. c. 38. et

Cap. 5.

cap. 3.

Unde Augu. 9. de trini. ait. si quis dicit ex noticia generali vel speciali mente credere se esse talem qualem alias experta est: ideo amare seipsum insipientissime loquitur. unde enim mens mentem aliquam nouit: si se non nouit: res inquitur igitur qd mens scit se immediate: et nouit in seipsa.

cap. 11.

Confirmatur illud per Aug. 14. de trini. vbi dicit. qd mens sibi est memoria: qua presto est vt sua cogitatione possit intelligi. Ad hanc rationem diceret quis forte: qd mens nouit se non immediate in se: sed per quadam argumentationem aut discursum ex noticia aliarum rerum.

cap. 12.

Contra. primo quia discursus proprie tibi est inter complexa siue notitias complexorum. Sumo aut hoc singulare complexum contingens: hic mens intelligit se velle hoc. verbis gratia. b. aut hoc est sibi notum p discursum ab alio complexo sibi notum: aut est sibi notum per notitiam simplicem reru impotataru per terminos eius. primum no potest dici: quonia nullu aliud complexum est sibi notum: qd illud ex quo possit habere notitiam de ipsa: unde sicut dicit Augu. 15. de trini. Cum duo genera sint rerum que sciuntur: vnum earum que per sensus corporis percipit animus: alterum earum que per seipsum: multa illi philosophi. s. academiici garrirerunt contra corporis sensus: animi autem quaedam firmissimas per seipsum pceptiones verarum rerum quale est illud qd dixi. Scio me viuere: nequaquam in dubiu reuocare potuerunt: et talia sunt fm eudem ibidem. et lib. 10. hec. scio me velle. scio me scire: et scio me intelligere cogitare et plura alia que tantum sunt euidentia intellectui: vt nullus ipsorum veritatem possit ignorare: unde sicut nullus nouit per discursum veritates singulares contingentes de rebus sensibilibus: quas apprehendit per corporis sensus: sic nec tales. Assumptum igitur complexum notum est non per discursum: sed immediate per notitiam rerum ipsarum. igitur de illis rebus: et per consequens de mente non habetur notitia illa per discursum.

cap. 10.

Secundo. quia esto qd per discursum mens nosset se: quero an ille discursus terminatur ad notitiam alicuius complexi formati de mente: aut ad simplicem notitiam ipsius mentis: si ad simplicem notitiam mentis: procedit argumentum querendo qualiter mens per illam notitiam cognoscitur: et oportet dicere qd in seipsa immediate. Si ad complexam: cum notitia complexi exeat notitiam eius simplicem: aut eorum que importantur per ipsum si plura sunt: adhuc habetur qd oportet dare: qd per aliquam notitiam simplicem mens ipsa apprehendatur: et procedit argumentum vt prius: unde in proposito non curo an notitia mentis supponat notitiam aliquam alterius simplicem: aut non: du modo detur qd per aliquam notitiam ipsa in se immediate cognoscatur: et non per medium aliquod cognitum.

cap. 3.

Secunda conclusio. aliqua insensibilia intelliguntur ab intellectu in proprijs speciebus ab ipsis causatis. Et hoc probatur auctoritate et ratione. auctoritate primo quidem Augu. 14. de trini. vbi ostendit qd trinitas que est in retentione contemplatione et dilectione fidei: no est perpetua: sed temporalis: quia fides ipsa temporalis est nec semper erit. Et quia aliquis posset dicere ex hoc trinitatem illam non perire: quia etiam postq fides cessauerit recordamur eam et intelligimus: ait: qd qui hoc dicit ondo discernit nunc aliam esse trinitatem qua do presentem fidem tenemus: videmus amamus in nobis: aliam tuc futuram quando non ipsam: sed eius velut imaginariu vestigiū in memoria receditur recordatione cotuebimur. et infra. Que verotuc erit qua do eam recordabimur in nobis fuisse non esse alia perfectio eius erit. hanc enim que nuc est: facit res ipsa presens et animo credentis affixa: at illa que tuc erit: facit rei psterite imaginatio recordatis memoria derelicta. Et ibidem dicit ita esse de fide preterita qua recordamur: sicut de re aliqua corporali. Nam et hanc et illam in specie derelicta contuemur. Item ad idem ppositum de fide in fine. aliam inquit nunc trinitatem facit per suam presentiam retenta: cōspecta derelicta: aliam tunc facit per quoddam sui vestigiū: quod in memoria preteriens dereliquit. et. c. sequenti. ad idem. d. qd et tunc trinitas erit: cum illud qualecūq vestigiū et memoriter retinebitur: ac cognoscat veraciter: et hoc vtrūq tertia voluntate iungetur. Et his oibus euidenter apparet fm intentionem Aug. qd fidem non presentem in nobis: sed preteritam recordamur et cognoscimus non in se: sed in quadā sui specie: vel imagine: seu vestigiū: que oia significat idem fm eum quod in memoria nostra derelinquitur. Item. 10. confess. no vnum inquit dolorem corporis: nec inde deest dum nihil dolo: nisi tñ ad essent imagines eius in memoria meti nescirem quid dicerem / nec eum in disputado a voluptate discernem: et plura antecedenter: et consequenter. d. idē ibidē ad ostendēdū qd affectiones appetitus non presentes cognoscuntur per proprias species in memoria derelictas. Item ratione. Nam si nullam talē speciem derelinqueret actus credendi et intelligēdi: similiter actus volendi cum nos experiamur qd illos recordando cognoscimus qd preterierunt et non sunt: experitur enī quilibet se aliquando intellexisse rem aliquam: et credidisse: et similiter voluisse: sequeretur qd tales actus intueretur immediate in seipsis: sed non est fm hoc maior ratio de vno actu / qd de alio. igit quilibet poterit semper cognoscere et recordari quēlibet actum intelligēdi et volēdi: quem nunq̄ habuit: et ita faciliter vnū sicut alium: quod est contra experientiam. igitur oportet dicere qd actus tales derelinquit suas proprias similitudines: seu specie in mente: quibus retentis: nec deletis in illis potest actus tales memorare et actualiter recordando intelligere: sicut dictum est per Aug. Preterea. Si tales actus preteriti possent immediate in seipsis cognosci eadem ratione et actus futuri: qui nec sunt / nec vnq̄ fuerunt quod est manifeste falsum. Et consequentia. patet: qd nullam causalitatem in intellectu possunt habere preteriti si fm se plus / qd futuri: cū neutri sint aliqua entia in actu et in potentia saltē magis naturaliter videantur esse futuri: qd preteriti: ac per hoc si ex eis alia deberent posse intelligi magis videretur hoc verum de futuris. Et ideo: cum ista sint absurda concedēdum est cum Aug. qd tales non in se immediate: sed in suis representatiuis derelictis cognoscuntur: sicut etiam in precedenti. q. de notitia rerum sensibilibus preteritum dictum est. Ad hanc rationem forsitan dicetur. qd vtrūq oportet ponere in intellectu aliquid derelictum ab actu per quod determinate ipsum cognoscat postq fuerit: sed illud derelictum non est aliqua species illius actus: quem intuēdo intellectus veniat in notitiam actus preteriti: vt dictū est: sed est habitus quidam qui simul cū intellectu causat notitiam de tali actu determinate: qua tamen notitia ille habitus no cognoscitur: sed nec actus preteritus cognoscit in tali habitu: sed immediate in seipso. Istud dictum non saluat possibilitatem recordationis. Nam vt in precedenti. q. tam per Aug. qd p philosophum et Lōmen. qd etiam per experientiam ostēsum est. Recordatio et notitia rerum absentium et non existentium: est notitia alicuius speciei vel imaginis: seu quocūq alio nomine nūcupetur: qua visa vt imago rei est. dicitur cognosci res cuius imago est: sicut autē experimur in tali notitia sensibilibus: sic etiam arguere debemus esse in notitia insensibilium: qd non possumus sic experiri: et sic ponit August. vt proxime allegatum est. Tertia conclusio. qd quedam insensibilia intelliguntur a nobis in conceptibus fictis / seu formatis per animam. probatur hoc. Nam vnus homo potest cognoscere animam

alterius ex certis signis et operationibus et motibus que in se cognoscit ex anima prouenire arguēdo ipsum viuere: et talem animam habere: qualem ipse habet: ita qd de illo concludit qd aliquid habet in se de quo verificat conceptus generalis humane anime quem ex notitia: quam habet de sua anima formauit: in quo quidem conceptu iuxta modum dictum de sensibilibus non sensatis in. 5. dubio precedentis questionis intelliget alias animas rationales. Et istud confirmatur: quia certum est qd nos possumus cognoscere aliquem hominem viuere et habere animam: et per consequens aliqua notitia generali: aut speciali cognoscere animam eius: aut igitur videmus ipsam in seipsa sicut quilibet videt suam: et patet qd non: aut in specie causata ab ipsa: qd etiam non potest dici: qd nihil causat talem speciem nisi qd apprehendit in seipso: vt supra patet: aut in conceptu ficto: et habetur ppositum. Unde Aug. 8. de trini. neg inquit cum corpus vniū mouetur: aperitur vlla via oculis nostris: ad videndum animum rem que videri oculis no potest: sed illi molī aliquid inesse sentimus quale nobis inest ad mouendum: similiter molem nostram qd est vita et anima: et subdit. animum igitur cuiuslibet ex nostro nouimus: et ex nostro credimus quem nouimus. non enim tñ sentimus animum: sed etiam scire possumus quid sit anima consideratione nostri. habemus enim animū: ecce qd consideratione animi nostri possumus scire: quid sit anima: et formare per consequens conceptum in nobis quidditatum et specificum animi. ex quo vel in quo cognoscere possumus modo pmissio animum cuiuslibet eiusdem rationis nobiscum. Preterea. Constat qd de substantijs separatis plures veritates naturaliter cognoscuntur a nobis. igitur et iste substantie separate: sed non immediate in seipsis: nec in speciebus proprijs ab ipsis dum intelligerent causatis. igitur ex conceptibus fictis et nobis notis. Unde ex quibusdam conceptibus simplicibus abstractis a rebus: formamus vnum complexum: qui proprius est substantijs separatis: et illud probamus de ente particulariter sumpto: ac per hoc cognoscimus illum conceptum complexum esse conceptum proprium entium aliquorum: et ex tunc illa in illo cognoscimus. Contingit autem hoc probando primo quolibet illorū simpliciu de ente particulariter. verbi gratia. ex motu celi que videmus sensu: concludimus celū moueri ab aliquo alio et vltra per alias rationes: qd illud est substantia qd mouet celū. Itē ex eo qd circulariter mouetur arguimus qd substantia mouens celum: est intelligēs. Et quia motus ille semper videtur durare: concluditur vterius qd illud mouens est incorporeū et imateriale. Et ex omnib' istis colligimus: qd est aliquid ens qd est substantia intellectualis: imaterialis incorporea: qui conceptus est proprius substantiarū separatarū. Et ideo hunc postea conceptū intuentes mediante habitu alij notitia quā habemus: ipsum esse conceptū propriū a lib' quarū rerū cognoscimus: et in ipso res illas determinate: licet non quilibet distincte: et hec exempla solū vt exempla sint dicta: quia an tales deductiones sint efficaces ad concludendū talia predicata de motore celi vel non: non curo ad presens. hoc itaq̄ modo. s. in talibus conceptibus proprijs complexis multa cognoscuntur a nobis: immo oia quorū nullū cognoscimus in se immediate: nec possumus aliter cognoscere naturaliter ppria cognitione: qd is generalis notitia possint cognosci in conceptibus simplicibus cōmuniibus sibi et alijs formatis et abstractis de reb' alijs quibus in se notis nobis: immo huiusmodi res prius cognoscuntur in talibus conceptibus simplicibus: qd concludatur complexus cōceptus: vt patet in exemplo iam posito. Nam conceptum substantie formamus ex notitia substantiarū sensibilibus. Similiter conceptū intellectuali

cap. 6.

tatis: habemus ex notitia intellectus nostri. Similiter ex corporibus que videmus formamus conceptum corporeitatis et materialitatis: et per consequens possumus formare conceptū negatiuū: aut etiam ex rebus imaterialibus et incorporeis existentibus in nobis: quales sunt anima nostra: et que sunt in illa possumus habere talem conceptū: de quo non est multū contendendū. constat autem qd quilibet predictorū cōceptū cōmuni est etiā substantijs separatis: et pro eis verificabilis de ipsis: nullus autem est sibi proprius: et quilibet proprius probatur diuersim de ente qd concludimus mouere celum: et sic in quolibet taliū prius cognoscuntur substantie separate: qd in cōceptu complexo proprio eis.

mouenda sunt quedā dubia. **Nunc secundo** Et primo cōtra illud dictū in prima cōclusionē. videlicet qd intellectus et species ac intellectiones et volitiones cognoscunt immediate in seipsis. Nam cū talis cognitio videatur esse intuitiua eius: qd sic immediate cognoscitur per ipsam: et omnes huiusmodi notitie sint reflexe: sequitur qd aliquenotitie intuitiue sint reflexe: qd videtur inconueniens. **Secūdo.** contra idem quia tunc videtur sequi qd similiter actualiter sint in intellectu infinite intellectiones: quia qua ratione vna intellectio cognoscitur immediate in seipsa: eadē ratione ista notitia qua prima cognoscitur: cognoscetur in seipsa: cum eque presens sit intellectui: sicut et prima et tertia: et sic deinceps in infinitū. **Confirmatur:** quia talis agit naturaliter ad notitiā sui: et intellectus etiā naturaliter patitur: postis autē actiue et passiuo naturaliter agente et patiente: et in dispositione debita ad agendum necessario sequitur actio. **Tertio.** ad idem quecūq̄ intuitiue cognoscuntur: si distincta sunt euidenter cognoscuntur esse distincta: et per consequens si predicta que sunt in intellectu naturaliter cognoscuntur intuitiue: et etiam intellectus tunc esset nobis euidens qd actus intellectus distinctus ab intellectu et a specie et ab actu voluntatis: et reclusus a reflexo: et similiter intellectus a voluntate: si omnia hec adinuicē distinguuntur: aut si aliqua de illis maxime esset notū qd distinguuntur. Et que distincta non sunt notū esset illa non distinguū: qd tñ falsum est: cum de quolibet predictorū diuerse sint estimationes et opinionēs magnoꝝ doctorū. **Secundū** dubiū potest esse. vtrū habitus existentes in intellectu vel voluntate cognoscantur immediate in seipsis: sed de hoc alias. **Tertium** dubiū potest esse de substantia: quomodo cognoscatur an. s. in se immediate: vel in sua specie tñ: vel tñ in conceptu formato per intellectū. **Quartum** dubiū an et quomodo quis cognoscat quedā insensibilia: quorū nullū immediate nouit in seipso: sicut. verbi gratia. homo qui nunq̄ fuit iustus: et per consequens qui nūq̄ immediate intuitus est iustitia: aliquid singularē potest noscere iustitia: qd autē aliquid potest huiusmodi cognoscere iustitiam patet: quia aliquis talis potest desiderare et velle esse iustus: qd non posset nisi nosset quid est iustitia: et quid est esse iustum. **Ad** primū dubiū concedo talia intuitiue cognosci. **Et** vterius concedo qd aliquē notitie intuitiue sunt reflexe eo modo quo (licet iproprie) dicitur notitia aliqua reflexa. **Ad** secundū argumentū dico primo qd hoc argumentū est contra omnē opinionē. Nam qualitercūq̄ intellectio intelligatur. s. abstractiue vel intuitiue: constat tamen ipsam intelligi et esse sufficēter presentē: sicut requiritur ad ipsam intelligendam: et qd non minus naturaliter agit ad eius notitiā si abstractiue intelligatur: qd si intuitiue: supposito qd agat vtrolibet modo intellecta: et sic oportet bit si argumentum valeret: qd sint intellectiones infinite simul. **Ad** si dicatur. qd illud qd abstractiue cognoscitur: non agit notitiā suā: no minus sequit qd dictū est: quia qd qd

fit actiuū illius notitiae nō erit magis liberū q̄ actiuū notitiae intuitiue. ¶ Dico igit q̄ nō sequit̄. notitia est p̄sens intellectus: igit̄ intelligit̄ loquendo de p̄sentia essentiali: nō aut̄ obiectiua. Et q̄ ista p̄sentia nō valeat patet in alijs cōsimilib⁹. It̄a vt̄ exp̄mur: r. d. Aug. u. de tri. q̄uis in memoria multe sint species. r. oēs eque p̄sentes acie cogitātis essentialiter: nō t̄n̄ oēs simul acies animi cōtue tur. Similiter vt̄ idē lib. 14. d. Mens nunq̄ est absens si bi: sed semp̄ p̄sens: si aliqd̄ sibi p̄sens dici possit: r. similiter conspectui suo: cū conspectus nihil aliud sit q̄ ipsa: et t̄n̄ nō semp̄ actualiter se cogitat nec est semper obiectiue in cōspectu suo. i. vt̄ exp̄nit̄: nō semp̄ de seipsa suus format̄ur obtutus. Que autē sit causa huius ibidē. d. Aug. se inuenire sufficienter non posse. ¶ Sic dico q̄ nō omnis species aut̄ intellectio existēs in intellectu actualiter cognoscitur ab intellectu. Et dico q̄ nō solū aliqua reflecta: sed etiā intellectio recta qua cogitat̄ alia: aliquando non cognoscitur ab intellectu: r. hoc experientia p̄bat: r. sufficit̄ p̄batio experientie: esto q̄ causam huius assignare nesciremus: de hoc t̄n̄ dicitur in secūdo. dist. 11. ¶ Ad tertiuū argumētū dico q̄ assumptū nō est verū. Nam videm⁹ intuitiue lucē solis: r. sic intuitiue videmus quātitatē lucis: et t̄n̄ nō est euidēs q̄ lux illa sit res distincta a quātitate illa: nec euidēs est etiā: q̄ nō sit res distincta. ¶ Ad tertiuū dubiū pronunc potest dici sicut dicit vnus doctor q̄ substantia cognoscit̄ in aliquo cōceptu. p̄prio negatiuo: qualis est ens naturaliter p̄ se existēs quē cōceptū de ente particulariter p̄bat q̄s: vel ex eo q̄ nō est p̄cessus in infinitū in entib⁹: quoz̄ vnū in altero sit subiectiue: vel aliquo modo alio. ¶ Trū aut̄ talis cōceptus sit simplex aut̄ cōpositus: alias poterit discuti. ¶ Ad quartū dubiū dicendū: sicut ab Aug. potest haberi. s. de trini. vbi difficultatem predictam polire tractat: q̄ talia cognoscuntur in proprijs cōceptibus: quos q̄s habet apud seipsum. vnde querēs quomodo q̄ nō dū iustus fuit: diligit: r. p̄sequens nō ait qd̄ est animus iustus: tādē determinās ait. cū enim dico. r. scis dico: iustus est animus: q̄ sciētia atq̄ ratioe in vita ac morib⁹ sua cuiq̄ distribuit: nō aliqua rē absente cogito: sed p̄sens quidē cerno: r. cerno apud me: et si nō sum ipse quod cerno: et multi si audiāt approbabit. Et quisquis me audit atq̄ scienter approbat apud se: r. ipse hoc idē cernit etiā si nō sit: r. ipse qd̄ cernit. Ex quibus patet q̄ iustū animū nouit q̄s etiā q̄ p̄ nullū tale vidit in ratione. p̄p̄ia seu cōceptu significāte qd̄ est animus iustus. vtz̄ q̄ sciētia atq̄ moribus in vita r. ratione r. quem con ceptum quilibet qui scienter id. d. apud se habet r. cognoscit: etiā si iustitiā nō habet: nec ipse talis sit vt̄ predictus cōceptus de eo verificari possit. ¶ Sed vnde huiusmodi cōceptū habet in mēte: r. cognoscit ipsum esse alicuius cōceptū: is q̄ nūq̄ aliquā rē vidit cui cōueniret ille cōcept⁹? Dicedū sicut idē Aug. tradit. 2. de libe. arb. in fine. r. in multis etiā alijs locis: sicut naturaliter ip̄ressi sunt nobis quidā appetit⁹. verbī gratia. beatitudinis et sapiētie: sic etiā taliū sunt nobis naturaliter ip̄ressi notitię: sine q̄bus talia appetere nō possemus: vnde beatitudinis notitiā habet etiā qui nō est beatus nec vnq̄ aliquē beatum vidit. Similiter appetitū r. notitiā sapiētie habet q̄ non est sapiēs: nec sapiētē quēpiā nouit. Unde sicut ibidem. d. anteq̄ beati simus mētibus t̄n̄ nostris ip̄ressa est beatitudinis notitia: p̄ hāc enim scimus fidēterq̄ et sine vlla dubitatione dicim⁹ nos beatos esse velle: etiā priusq̄ sapientes simus sapiētie notitiā in mente habemus ip̄ressam: per quam vnusquisq̄ si interrogetur: velit ne esse sapiens: sine vlla caligine dubitationis se velle respondet. ¶ Item. s. de trini. neq̄ inquit in omnibus his bonis vel que cōmemorauit: vel que alia cernuntur: vel que cogitatur diceremus aliud alio melius: cū vere iudicamus nisi

cap. 8.

cap. 6.

cap. 6.

cap. 15.

cap. 4.

nobis esset impressa notitia ipsius boni: fm̄ quā r. probaremus aliquid: r. aliud aliq̄ p̄poneremus: sic etiā naturaliter nobis impressa est notitia boni r. mali iusti r. iniusti: siue recti r. p̄aui: per quam cum aliquod opus aspiciamus: statim ipsum bonū aut̄ p̄aui censem⁹. ¶ Ex hac igitur notitia habituali naturaliter insita: per quas quis nouit hoc r. illud: cum illa considerat esse bona r. recte facta: illud vero r. illud nō recte. q. naturaliter etiā format̄ sibi conceptū generalē boni r. iusti: r. bonitatis r. iustitię: in quo generali notitia iustitię cognoscit: qui nec in seipso iustitiā habet: quā immediate in se cognoscit: nec alii cuius alterius iustitiā in seipsa cognouit. Cui quoq̄ facile est cognoscere quid est animus iustus: eo q̄ animū suū nouit: r. quid est iustitia nouit: non sic autem facilliter cognoscitur quelibet alia res insensibilis quā in seipsa nullus nouit: vt̄ medicinā qui nunq̄ medicus fuit: aut liberalitatem qui nunq̄ liberalis fuit: q̄uis r. ista in proprijs quibusdam conceptibus cōplexis aut̄ connotatis possit aliquo modo cognosci vnde habens notitiā communes habitus vel artis: r. notitiā sanī r. egrī: r. videns aliquē sanare prompte r. expedite ad modū quo alij artifices agūt potest concludere: hūc habere aliquē habitum quo ratio habiliter sanat: r. sic habere cōceptū medicine: q̄uis nullam medicinā singulariter immediate apprehenderet in seipsa: hunc tamen cōceptum etiam nō habet nisi p̄habitis pluribus alijs notitijs: vt̄ patet. ¶ Ex dictis igitur in precedenti ac p̄senti questionibus possumus colligere q̄ omnis res creata: quā per intellectum cognoscimus: aut cognoscitur a nobis immediate in seipsa: sic q̄ notitia illa ad nullam rem vel representatiuum mediū terminatur: aut cognoscitur in specie propria a se causata: aut in conceptu aliquo proprio aut̄ communi ficto: seu formato per animā in quo tertio mō pot̄ includi modus cognoscendi per speciem fictam. Quomodo autē huic nō sit contrariū: quod Aug. s. de tri. vbi hoc quartū dubiū discutit: r. ait q̄ iustus animus noscitur in veritate interiore: que animo p̄sens est. Et frequēter etiam alibi loquitur de isto modo cognoscēdi res in eterna veritate que deus est: de quo patebit cū queretur qualiter deus cognosci potest a nobis. ¶ Ad argumētū questionis dicendū q̄ vti q̄ mens nostra seu intellectus cognoscitur a nobis r. mediate in seipso: q̄uis nō omnis veritas de ipso scibilis sit nota nobis. Et quod inducitur de diuersitate opinōis magis arguit q̄ intellectus cognoscatur: q̄ oppositū: q̄uis nō omnis notitia completa sciatur de eo: r. in hoc opinātes diuersantur. ¶ Ad cōfirmationē. q. patet ex dictis q̄ immediate cognoscitur in se: nō tamen quodlibet sic cognitū ita euidēter cognoscitur: vt̄ scitur quicquid est scibile de ipso: quin immo ex alijs inuestigamus r. cognoscimus de illo q̄ per immediatam eius notitiā non est immediate notum: r. sic finitur. q. p̄sens.

Cap. 6.

**Consequenter** Distinctionis tertie. ¶ Questio iiii. quero vtrū prima notitia intellectus primarie generationis sit notitia intuitiua alicuius singularis sensibilis. ¶ Arguitur q̄ non: quia prius notum est ab intellectu vniuersale q̄ singulare: igitur notitia singularis intuitiua non est prima notitia intellectus. antecedens patet. ex p̄io philosophus vbi. di. philosophus q̄ primo manifesta sunt nobis magis cōfusa. Et post statim concludit: q̄ ex vniuersalibus in singularia oportet procedere: scilicet in cognoscēdo. consequētia patet: quia ex aucto. sequitur q̄ notitia vniuersalis: sit prior: q̄ notitia singularis: ac per hoc nō eōtra. notitia singularis prior notitia vniuersali. ¶ Item sequitur ex hoc q̄ etiā notitia singularis intuitiua: non est prior ab abstractiua eiusdem. It̄a vniuersalis notitia est. notitia ab

2. ca. 7. 2. ca. 4.

abstractiua ipsius singularis. It̄a in vniuersali cognoscuntur confuse omnia singularia eius: r. constat q̄ nō intuitiue: sed abstractiue. Si igitur notitia vniuersalis est prior q̄ notitia singularis: vt̄ p̄batum est sequit̄ q̄ notitia abstractiua singularis: est prior q̄ notitia intuitiua eiusdem. ¶ Secundo arguitur q̄ notitia alicuius insensibilis: sit prior notitia sensibilis: quia nihil potest esse prius p̄sens notū q̄ ipsa: mens autē quid insensibile est. igit̄ aliquid insensibile prius videtur ab intellectu cognosci. ¶ Ad oppositum arguitur. In potētijs subordiatis. vbi terminatur cognitio inferioris incipit cognitio superioris: sed sensus et intellectus sunt potētie subordinate: et notitia sensus: q̄ est interior terminat̄ in singulari sensibilis: q̄ nō apprehendit aliquid insensibile: nec etiam vniuersale. igit̄ intellectus incipiet in singulari sensibilis. ¶ Secūdo. q̄ notitia intellect⁹ nō p̄cedit notitiā sensus: r. q̄cqd̄ sensus cognoscit intellectus cognoscit. igitur qd̄ primo cognoscit ab intellectu r. a seculo cognoscit. igit̄ singulare sensibile p̄mo cognoscitur ab intellectu. patet consequētia: quia solū sensibile singulare cognoscitur a sensu.

**In ista questione** tres erūt articuli. In quorum primo videbitur que notitia est intuitiua et que abstractiua: et qualiter distinguuntur. In secundo vtrū vniuersale prius cognoscatur singulari ab intellectu: vel econuerso. Tertio. vtrum singulare sensibile sit prius cognitū q̄ singulare intelligibile pure. In vltimo vtrum notitia singularis intuitiua sit prior abstractiua eiusdem. Et ex istis colligetur responsio totalis ad propositam questionem.

ad primū dico q̄ sicut patet ex duabus questionibus proximis p̄cedētib⁹: quedā cognoscuntur a nobis immediate r. in seipsis: sic q̄ notitia illa non terminatur ad aliquid mediū: qd̄ vel in quo illa res cognoscatur: quedā aut̄ cognoscuntur nō in se immediate: sed in aliquo medio vel p̄ aliquo medio prius cognitū ad qd̄ terminat̄ ipsa notitia: r. oē qd̄ cognoscit altero istoz̄ modoz̄ cognoscit. s. vel immediate in seipso vel mediate alio: qd̄ cognitū aut in quo cognitio ipsum cognoscitur. Et fm̄ hoc potest dici q̄ notitia intuitiua est notitia simplex: quā formaliter aliquid immediate in seipso cognoscit. Abstractiua vero est notitia simplex: quā formaliter aliquid in aliquo medio representatiuo cognoscitur. Dico aut̄ formaliter: qm̄ aliquādo (q̄uis improprie) aliqd̄ dicit̄ cognosci p̄ aliquā notitiā virtualiter: eo. s. q̄ illa notitia cōtinet virtualiter: vel totaliter aut partialiter notitiā illius: sicut conclusio possit dici cognosci per notitiā principioz̄: r. causa p̄ notitiā effectus: r. econuerso effectus p̄ notitiā cause: quia. s. principioz̄ est notitia aliquo modo cā notitię conclusio: r. notitia cause aliquādo est causa aliquo modo notitię effectus: r. aliquādo econuerso notitia effectus est aliquo modo causa notitię cause: nō autem quia ea notitia formaliter qua cognoscitur principium cognoscatur conclusio: et sic de alijs: et ideo notitia principij non est abstractiua notitia conclusiois: nec notitia cause est abstractiua notitia effectus: nec econuerso notitia effectus est abstractiua notitia cause: nisi quando effectus esset mediū representatiuū cause: sic q̄ eo cognitio in quantum est representatiuum eadem notitia cognoscatur et causa: sicut supra dictū est: q̄ cognitio imagine vel specie in memoria existente in quantum est imago: cognoscitur etiā p̄ eandē notitiā res ipsa cuius ipsa est species: a qua re causata est species ipsa. Similiter si aliqua causa sit similitudo vel species: seu quocūq̄ vocetur nomine representatiua effectus: sic q̄ p̄ cognitio: nō est iquātū est talis cognoscatur effect⁹ representat⁹ illa:

sicut plures dicunt de essentia diuina: tunc cognitio illa esset abstractiua ipsius effect⁹: et ideo si ponatur notitia creaturarū in verbo. iuxta intellectum que cōmunit̄ habuerūt antiqui doctores: ipsa notitia est abstractiua respectu creaturarū cognitarum in verbo: et h̄ nō respectu verbi in se cogniti. Dico etiā simplr: qm̄ fm̄ oēs affirmatio r. negatio intellectus nō vocatur intuitiue: vel abstractiue notitię. Si quis aut̄ non velit tales notitias simplices vocare intuitiuas vel abstractiuas: sed aliter: r. alius velit his noibus nuncupatur: liberū est: nec de nomine debet fieri cōtentio: dūmodo constet de re. s. q̄ quedā est notitia simpliciter: qua res immediate in seipsa cognoscit: et quedā qua mediante aliquo medio representatiuo cognoscit: has t̄n̄ nominare istis noibus magis est consonum dicto Ap̄ostoli. ex quo doctores sumpt̄erūt h̄mōi distinctionē notitię. s. prima ad Corin. vbi ait. Videmus nunc per speculū in enigmate: tūc aut̄ facie ad faciem. Quod aut̄ Ap̄ostolus. d. videre facie ad facie oēs doct. dicunt videre intuitiue. p̄ter dictā aut̄ circūlocutionē nō intendit amplius significare: nisi q̄ tunc a nobis deus videbit̄ in seipso: r. nō in aliqua eius similitudine: seu per aliquod mediū representatiuū ipsius: qualiter asserit eum nūc videri: qd̄ exp̄mit̄ cū. d. nos nūc illum videre per speculū. cum em̄ res videt̄ per speculū non videtur vtiq̄ in seipsa immediate: sed est imago existēs in speculo: r. in illa imagine dicit̄ res ipsa videri. Unde Aug. 15. de tri. predictū verbum Ap̄ostoli exponens. d. q̄ Ap̄ostolus noie speculū imaginē voluit intelligi: r. in. c. p̄cedēte quale inquit sit r. quid sit hoc speculū si queramus: p̄fecto illud occurrit q̄ in speculo nisi imago nō cernit̄. Itaq̄ in hac visione faciali quā doctores vocāt intuitiua videt̄ res immediate in seipsa. in visione vero speculari: quā moderni vocāt abstractiua: non videt̄ res ipsa in se immediate: sed t̄n̄ mediāte sua imagine videt̄. ¶ Aduertendū t̄n̄ q̄ sicut in prioribus habitū est: nō oīs visio imaginis est visio abstractiua rei: cuius est imago: sed ea t̄n̄ qua videtur imago: tanq̄ imago: quod Aug. etiā notauit eodē lib. 3. d. ipsum verbū ap̄ostoli pertractās. vbi. d. q̄ illi t̄n̄ vident̄ deū per speculum qui imaginē eius tanq̄ eius imaginē videt̄: qui aut̄ non intelligūt: vel nō credūt illam esse imaginē dei: q̄uis illam vidēdo speculum videt̄: non t̄n̄ per speculū videt̄ eum: qui per speculū est vidēdus quousq̄ facie ad facie possit videri: r. ideo notat̄ ibi Aug. diligenter verbū ap̄ostoli: qui non ait videmus: sed speculum: sed per speculū: nomine autem imaginis oīs similitudo. r. omne representatiuū rei intelligi debet. ¶ Hoc confirmatur ex intētiōne Aug. eiusdem. 12. super Gen. ad literam. vbi loquitur de raptu Pauli. vbi vult q̄ ipse habuit: tunc visionem de deo facialem quā intuitiua vocamus. Et distinguēs illā ab alijs. d. sententialiter q̄ est illa qua immediate ipse in seipso videtur: nō in aliqua imagine oculis corporalibus opposita: vt̄ vidit Moyse: aut interiori spiritui presentat̄: vt̄ Isa. In hoc igitur precise videtur cōstitere differētiā horum modoz̄ cognoscēdi. s. intuitiue r. abstractiue: q̄ scilicet quod intuitiue cognoscitur: cognoscitur in seipso absq̄ medio cognito. Quod vero cognoscit̄ abstractiue per mediū cognitum: nec q̄tum ad intuitiuam notitiā interest q̄ obiectum realiter existat: vel non existat: q̄ si existit r. immediate cognitio terminatur ad ipsum: est illa notitia intuitiua eius. Similiter si notitia eius immediate non terminetur ad rem: sed ad eius representatiuū: siue illa res existat: siue non: abstractiue cognoscitur: et ideo si significatum vocabulū velit quis ponderare: talis notitia videtur dicenda abstractiua: non q̄ abstractat̄ ab

Cap. 7.

Cap. 9.

Cap. 23.

Cap. 10.

g. liij.

existencia rei: quasi ipsa existencia non possit abstractiue cognosci: nec quia abstrahit a conditionibus singularibus: sed quia quodammodo abstrahit a presentia obiecti: cuius rei cognoscitur. **¶** In tali notitie modo: non obijctur ipsa res immediate menti: sed sicut dictum est: sed aliud quod eius representatiuum: et ideo quasi abiens videtur cognosci res ipsa: notitia harum intuitiuarum: quia immediate ipsa res cognita obijctur: et ipsa presens est obiectiue menti: esto quod non sit presens essentialiter: immo etiam si nullibi existat: dummodo tunc ipsa in se immediate noscatur: si hoc possibile sit. **¶** Ex his sequuntur quedam: vnu est quod est quedam notitia sensualis intuitiua: et quedam abstractiua. **¶** Hoc patet quia quedam sensualis est quia immediate cognoscitur res ipsa sensibilis: quedam autem qua non immediate: sed in specie cognita: vt supra patet. **¶** Similiter in intellectu est quedam notitia intuitiua: et quedam abstractiua: tam respectu sensibilibus quam insensibilibus. **¶** Nam intellectus: vt supra patet: quedam sensibilia immediate in seipsis apprehendit: quedam vero in suis representatiuis speciebus: s. vel conceptibus: et ita etiam est circa insensibilia et mere intelligibilia: vt ostensum est. **¶** Secundo quod sequitur est quod eadem notitia numero est intuitiua et abstractiua: sed non respectu eiusdem: immo ois notitia abstractiua est intuitiua: non autem ois intuitiua est abstractiua: hoc patet: quia ois notitia abstractiua alicuius est intuitiua sui representatiui in quo illud cognoscitur. **¶** Nam vt ex dictis supra patet: quandoque aliqd cognoscitur in suo representatiuo ipsam representatiuum immediate in seipso apprehenditur: et per consequens representatiuum videtur intuitiue: et res que per illud cognoscitur abstractiue: ac per hoc eadem notitia est intuitiua et abstractiua: intuitiua: s. representatiui: et abstractiua rei representate: non tamen ois intuitiua est abstractiua: quia non quandoque illa res apprehenditur in se immediate apprehenditur per illam notitiam aliqua alia res in illa: sicut quando videtur color in pariete: vel actus intellegendi in mente: ideo etiam ex superioribus patet: quod non semper quando species in memoria cernitur: cognoscitur in illa res cuius est species: sed solum quando cognoscitur vt imago. **¶** Et ideo tunc illa notitia speciei est tunc intuitiua visio eius: et nullius alterius abstractiua. **¶** Notitia vero qua cernitur: vt est imago intuitiua speciei: et abstractiua rei ad extra: sicut supra dictum est: etiam per philosophum quod talis notitia proprie loquendo est sensus presentis speciei et memoria rei absentis: illa tamen notitia que est intuitiua et abstractiua est qualitas alterius rationis ab ea que est intuitiua precise. **¶** Nec illa que est precise intuitiua potest fieri abstractiua. **¶** Nec que est intuitiua et abstractiua: potest fieri intuitiua precise. **¶** Tertium quod sequitur est quod isti termini intuitiuum et abstractiuum non sunt impossibiles secundum predicationem circa eandem notitiam: et illud patet ex eo quod statim dictum est: non possunt tamen verificari de eodem pro eodem respectu eiusdem. **¶** Nam respectu cuius notitia aliqua dicitur abstractiua: non dicitur intuitiua sed respectu diuersorum vt premissum est: et istud patet ex rationibus istorum nominum: que vtique respectu eiusdem: eidem conuenire non possunt. **¶** Impossibile enim est quod idem per eandem notitiam apprehendatur cum medio et sine medio. **¶** Simile his videtur in alijs terminis et nominibus connotatiuis. **¶** Idem enim est similitudo et dissimilitudo: non tamen respectu eiusdem: et eadem res est actio et passio: immo vt in secundo ostenditur: omnis passio est actio: non tamen omnis actio est passio: sic in proposito sicut non obstante: quod omnis passio est actio: rationes tamen horum nominum sunt diuerse: nec predicatio vnus de alio est quidditatiua: et per consequens nec in primo modo dicendi per se: et

sic quis hec sit vera: omnis notitia abstractiua est intuitiua: non tunc est in primo modo dicendi per se: nec iquatu notitia aliqua est abstractiua: est intuitiua retenta nota redu plicationis specificatiue pro ratione formalis: nec similiter in quantum est intuitiua est abstractiua. **¶** Contra tamen illud quod dictum est in notificatione harum denominationum et distinctione harum notitiarum: vel modorum cognoscendi. **¶** Arguit doc. quidam prius probando quod ois omnis notitia intuitiua terminatur immediate ad rem ipsam in se intuitiue cognitam. **¶** Nam vt di. visio et intuitio que fit in somnis: est mediante specie: et derivatur ab imaginatione ad oculum: nec terminatur ad presentia tatem rei secundum veritatem: cum ipsa sit abiens: et tamen est vere intuitiua: vt di. se declarasse per August. et Commen. **¶** Secundo arguit contra illud quod dictum est de abstractiua. **¶** Nam notitia imaginatiua est abstractiua: et tamen non fit mediante aliquo exemplari: aut imaginari: aut aliquo alio obiecto quod imaginans aspiciat cognoscendo. **¶** Alias roma imaginata a conditore rome: non esset ipsamet roma: sed quoddam idoli eius: nec domus in mente artificis esset eadem cum domo extra. **¶** cuius oppositum dicit philosophus. 7. metaphys. vnde patet quod imaginans rem aliquam ea fertur ab eis omni medio obiectiuo: forte per speciem tamquam per medium formale sicut etiam videtur per speciem. **¶** Ad ista respondeo. **¶** Ad primum dico quod falsum assumit. **¶** Primum quidem quia di. quod in somnis est vere visio secundum visio dicitur proprie de operatiue potestate visive: quod vtique falsum est: sicut supra in q. de itellectione notitiarum clare monstratum est: neque August. neque Commeta. sunt pro eo: vt ibi patet. **¶** Secundo. d. falsum: quia illa notitia qua di. esse visio: non est in dormiente notitia rerum absentiu: aut si in alio quo est ipsa non est intuitiua illarum rerum: sed abstractiua est: aut intuitiua specierum ad quas immediate terminat. **¶** Quod si dicatur quod non terminat ad speciem: sed precise ad rem absentem: et illius est intuitiua. **¶** Confirmat. ppositum. vcs quod intuitiua est que terminat immediate ad rem ipsam cognitam. **¶** Ad secundum dico quod imaginans aspiciat aliqd: et intuet imaginem siue causam a sensibilibus siue factam per aiam: sicut per experientiam per auctoritates plurimas: ac rationes etiam multiplicatas est ostensum. q. p. allegata. **¶** Quod p. abas quod alias roma imaginata. **¶** Dico quod aliqd dicitur imaginari tripliciter. **¶** Vno modo. i. per imaginationem factam a formatam. **¶** Alio modo. i. per imaginationem cognitam: et hoc potest esse dupliciter: quod vel immediate vel mediante specie existere in imaginatione aut memoria de quo non est visio facienda pro nunc. **¶** Tunc dico quod roma imaginata primo modo: non est aliud quam species aut similitudo rome extra animam: et illa non est realiter illa roma qua fabricat in materia conditor rome: sed sit similis ei in esse imaginato et representatiuo. **¶** Secundo modo dico quod idoli rome est imaginatum: sed tertio modo roma extra animam est imaginata. **¶** Et cum dicitur philosophus. d. quod domus in mente artificis est eadem cum domo extra. **¶** Dico primo quod falsum est: quoniam di. quod domus in materia sit ex domo in aia: et per ois non est eadem. **¶** Secundo dico quod si aliquis auctor. d. hoc intelligendo est de domo que est in aia obiectiue tunc et mediante sua specie in aia immediate cognita: vel si de domo immediate cognita intelligat: tunc non est accipiendum illud dictum secundum proprietatem vocis: sed proprie sicut quod dicitur quod alteri est simile dicit esse illud: sicut philosophus. 7. de aia. d. quod aia est per sensum ipsa sensibilis: quod secundum proprietatem sermonis non potest intelligi: cum aia sit ipse res extra sensibiles quas cognoscit per sensum: sed propter species rerum sensibilibus perceptarum per sensum quibus speciebus ipsa similitur rebus: dicitur esse sensibilis: sic etiam Ansel. mosi. 1. o. di. quod faber prius in mente concipit rem: et talis conceptio est verbum iterius quod iter oia verba est magis simile rei. **¶** Et in hoc sensu loquitur

Doc. sine nomine creditur Aureol.

T. c. 23.

T. c. 37.

L. 23.

7. met. L. 23.

L. 14.

T. ca. 4.

L. 5.

**Tertia** **Tertia** **Secundus.** **So. liij.**  
 L. 23. **Comē.** 7. meta. quādo di. quod forma artis dicitur duobus modis: quorum primus est de forma que est in anima: aliter est de illa que est extra animam: et sunt idem: et quod non intel ligat quod sunt vna res numero essentialiter: vt patet sic arguente: sed modo premisso patet: quia nullo interposito addit. et quod illa que est extra animam est ab illa que est in aia. **¶** Et declarat per exemplum: quia famitas que est in corpore est a sanitate que est in aia: et idē frequēter dicit. **¶** Item ibidē di. quod sanitas in anima est intellectus et diffinitio san itatis: et post di. quod non est sanitas que est extra aiam. **¶** Non igitur vult quod sint eadē essentialiter: sed quod tantū per assimilationē intelligatur idē itas illa sicut ipse manifestat di. quod ipse intendebat scilicet Ari. hoc declarare in hoc. c. scilicet quod artificium in hoc est simile nature scilicet quod fit ab eodem in forma: aut a simili: et est hoc principale intentū ab eo ibidem scilicet omne quod fit: siue a natura: siue ab arte. fit a sibi simili aliquo modo. vnde nūquā ita desipuit philosophus aut Commeta. vt illa formā existentem in anima putaret illā esse que extra: quod preter ea que dicta sunt adhuc patet ex eo quod ait Commeta. 1. 2. meta. **¶** Sit enim Forma enim eius quod fit est in anima et est aliud ab eo quod est extra animam. et sic ad illud.  
gata in principali argumento. q. Ad primum dicendum q. ista locutione esse hoc: esse illud verbi gratia deo esse bonum: esse esse inagnum: vel esse hoc: non esse esse illud: in diuersis locis diuersa sit intelligentia. Nam quandoq. solum denotatur q. eodem precise a parte rei res est hoc vel illud: vel contra quando dicitur esse hoc non esse illud: denotatur q. non eodem precise ex parte rei est hoc z illud. Aliquando denotatur non solum talis idē titas rei: vt dictum est: sed etiam idē titas rationis id est q. eodem ex parte rei est hoc z illud: z eadem ratione etiam dicitur vtriusque: hoc patet per philosophum. id. metaphy. vbi dicit: quod vni esse est illud quod vnicuique esse id est vnicuique idem est esse q. esse vnum. Constat autem q. non intelligit secundo modo: sed primo tantum: cum in quarto dicit: q. ens z vnum sunt idem z vna natura: non tamen vna ratione ostensa: vt supra z in hac questione habitum est. Aliquando vero accipit secundo modo: vt tertio phy. di. q. idem actus est agentis z patientis: non tamen sicut esse idem: quod postea aliter exprimit dicens non tanquam rationem esse vnam: sicut tunc z indumenti. vnde tunc ce z indumenti idem est esse: siue tunicam esse est indumentum esse hoc secundo modo. Hunc ad propositum dico q. Aug. quando di. q. deo idem est esse q. bonum et sapientem esse z similia: non intendit aliud significare nisi q. eodem precise a parte rei est: z est bonum: et sapienter: zc. z q. eius magnitudo est sapientia eius: et eius sapientia essentia z bonitas. Et q. ita intelligat manifeste patet per cundem. 7. de tri. vbi quo sensu huiusmodi locutione vtriusque exponens ait. Quid enim aliud dicimus: cum dicimus hoc illi esse q. sapere: nisi eo est quo sapiens est. Et ante in eodem capitulo dicit: q. anime nostre non est hoc esse q. sapere quod de deo non potest intelligi: vt ipse non sit hoc quo ipse est sapiens: sicut intelligimus de anima nostra que quidem seipsa est: non aut sapiens seipsa: sed qualitatē que ipsa non est. Item statim ante predictam expositionem dicit q. corpori non est hoc esse q. candidum esse: aliud enim ibi forma sup. qua est corpus: et aliud color: scilicet quo est candidum. Et sic patet q. non intendit significare nisi omnimodam idē titates dei qua est et est sapiens et bonus zc. cum hoc autem stat diuersitas rationum: vt supra patefactum est. Ad secundum dicendum q. rationes esse diuersas z alias abinuicem contingit dupliciter. aliquando enim hoc est propter diuersitatem rerum principaliter importatarum: aliquando precise propter diuersitatem aliquorum extrinsecus connotatorum: vt supra patet. Lum igitur dicitur q. tunc dicerentur fm diuersas rationes attributa de deo: si intelligatur hoc de rationibus aliqua quoquo modo ex natura rei in deo diuersa significantibus. nego consequentiam. Si autem de rationibus diuersa tantummodo connotantibus. concedo consequens. Ambrosii autem non est contra hoc: sed contra primum intellectum: quod patet per verba que immediate sequuntur ad declarationem sui dicti. Sequitur enim. cum enim aliquis homo dicatur esse corpus. animal z rationalis: homo non vno modo vel consideratione hec tria dicitur: et probat: fm aliud enim est corpus et fm aliud rationalis: et singulum horum non est totum hoc quod est homo: illa vero summa essentia nullo sic est aliquid: vt illud idem aut fm alium modum: aut fm aliam considerationem non sit: quia quicquid aliquo modo essentialiter est: hoc est totum quod ipsa est.

106.17.

106.2. z. t. c. 8.

106.3.

106.21. et. 22.

Cap. primo

Et hoc patet quod dictum est. Nam rationalis non significat principaliter totam essentiam hominis. sed partem. scilicet animam: quia supponat pro toto. Similiter corpus significat partem hominis et non totum: ut sumit Anselmus. siue illud sit sola materia/ siue alia forma ab anima rationali: neutrum autem horum est hoc totum quod homo: et ideo alia et alia consideratione dicitur nota ista: que alietas est secundum alietates eorum que principaliter significantur: et in hoc sensu omnia illa dicitur dici de summa essentia una consideratione: quia quicquid significatur per illa/ aut aliquid illorum est tota essentia ipsa: et ideo rationes attributales non hoc modo sunt diuersae: ut est supra probatum: sed solum quia diuersae extrinsecae significant secundum tales diuersas rationes dicuntur attributa deo.

**Pro articulo** tertio distinguo de predicari in quid. potest enim accipi tripliciter. Uno modo communiter pro predicari in recto et non denominatiue denotatione extrinseca/ vel intrinseca loquedo proprie de denotiatiua predicatione: que scilicet non attenditur precise secundum transfigurationem et cadentiam vocis a nomine principali: sed etiam significatione: quoniam valet principale nomen/ seu abstractum significat rem distinctam ab eo pro quo supponit subiectum. verbi gratia. Socrates est muscus: quod ad intrinsecam denotationem: et similiter homo est animatus: et quantum ad extrinsecam lapidatus est visus/ seu cognitus: et secundum hunc modum omnis predicatione in recto affirmatiua: in qua predicatur terminus abstractus/ aut etiam concretus: qui cum abstracto vere de eodem predicatur est in quid. Secundo accipitur predicari in quid strictius pro predicari in recto et non denotiatiue: ut dictum est: et cum hoc etiam predicari non accidentaliiter/ seu contingenter: sic quod possit non predicari: etiam posita subiecti constantia: et per hoc multe predicationes in abstracto excluduntur. verbi gratia. albedo est similitudo. linea est rectitudo. et alie similes: quarum predicationes possunt successiue vere affirmari et negari de subiectis. Tertio accipitur predicari in quid strictissime pro predicari in primo modo dicendi per se et non denotiatiue: et isto modo multe predicationes non sunt in quid: que tamen sunt in quid duobus modis premissis: ut hec. humanitas est vitas: homo est vitus: passio est actio. angelus est dependens/ aut etiam dependens: et multe similes: quarum predicationes aliqua connotant: que nec aliqua eorum connotant earum subiecta: et tales predicationes que sunt in quid duobus modis premissis: et non hoc tertio modo: aliqui etiam doctores antiqui dicebant esse veras per identitatem termini/ siue eas esse identicas non formales. Hoc premissis dico primo quod attributa predicantur de deo in quibus primo et secundo modo. probatur: quoniam quodlibet de ipso in abstracto predicatur et nullum accidentaliter/ vel contingenter. predicantur etiam de se inuicem: unde hec sunt vere et necessarie. bonitas dei est sapientia dei: et sic de alijs: imo si non addatur dei si simpliciter dicatur. bonitas est sapientia: quod vis eius vniuersalis non sic fit in quid sicut nec est necessaria: imo nec vera. Non enim omnis bonitas sapientia est. Sed contra hoc dicitur. quod prescientia et predestinatio predicantur de deo contingenter. Nam si nihil esset futurum: deus non esset prescientia/ nec predestinatio: illud est possibile loquendo proprie de futuro: ut distinguitur contra presens. Respondeo quod nec predestinatio/ nec prescientia est attributum: quod probari potest per rationem: qua probat Anselmus. mox. quod summum non est ex his que omnino melius sunt ipsa/ non ipsa: quod si deus nullus esset/ aut etiam fuisset predestinatio/ vel prescientia: non ideo minus bonus esset: alias necesse fuisset esse aliqua futura et a deo fienda quod est falsum. non ergo esse prescientiam vel prescientiam cuiuslibet melius est quam non ipsum et similiter nec esse predestinantem/ aut esse predestinationem/ ac per hoc/ nec attributum. Secundo dico quod attributa/ nec de deo

nec de se inuicem predicantur in quid tertio modo. probatur primo: quod quodlibet aliquid connotat a affirmatiue/ vel negatiue quod non connotat hoc nomen deus: supposito quod ipsum sit inere absolutum et proprium illius summe essentie: sicut ipsum accipimus in visu communi. ergo nullum tale de ipso predicatur in quid isto modo: patet prima: quod nullum connotatiuum predicatur in primo modo de aliquo mere absoluto. Secundo probatur ex eo quod vniu connotat aliquid cui nihil simile aliud connotat: et e converso. nulla autem talium multum predicatio est in primo modo dicendi per se: et per consequens/ nec in quid isto modo. Nec contra hoc est quod dicitur. Anselmus. mox. cum ait. Si querat quid sit ipsa summa natura: quid verius respondeat quam iustitia: et simile. de ceteris attributis: per quod videtur velle quod quodlibet predicatur in quid de deo. Nam ibi ipse non vult dicere: nisi quod summa natura non dicitur iusta/ aut sapiens/ aut aliquid eius modi participatiue alicuius qualitatis que sit in ea: quod admodum homo dicitur iustus iustitia: que ipse non est: sed ipsa per se ipsam est iusta. Et ideo non dicitur habere iustitiam: sed existens iustitia. Et preterea: cum dicitur quod est iusta non dicitur proprie qualis est: sed quid est: quod scilicet predicatum importat ipsamet et non aliquid aliud ab ipsa quod sit in ea: e contra autem cum homo dicitur iustus non quid est: sed qualis est dicitur. Et ad hoc insinuandum. d. quod allegatum est: sicut pater intuenti. unde hec declarant concludit. quicquid ergo eorum de illa dicitur in iustus/ vel quanta: sed magis quid sit monstrat: et ideo talia in quid primo et secundo modo predictis secundum eius intentionem de ipsa predicantur.

**Quantum** ad quartum articulum dicendum quod abstractum et concretum attributa possunt accipi dupliciter. Uno modo in communitate sua. i. secundum quod sunt communia deo et creaturis. Alio modo specialiter secundum quod dicitur de deo. Si primo modo sumantur/ sunt synonyma: quia quodvis concretum secundum quod de deo dicitur nihil significat aliud vel connotat: aut alio modo quod abstractum: in creaturis tamen aliud connotat concretum quod abstractum. Et loquor de concretis et abstractis significantibus accidentia in creaturis: quodvis etiam hoc sit verum in multis etiam significantibus substantias. Unde concretum de quo est sermo significat secundum Commenta. 12. metaphysici. in rebus materialibus id quod significat abstractum. i. formam: et ultra eam significat seu importat subiectum. unde d. quod summum significat illud quod significat principale et magis. vita enim significat aliquid non in subiecto: vitium autem significat aliquid in subiecto: scilicet formam in materia et habitu in subiecto: non intendit autem quod vita significat aliquid non in subiecto. i. aliquid non existens in subiecto: quod hoc esset falsum secundum eum: sed intendit quod significat aliquid pura forma: que est existens in subiecto: non tamen illud nomen significat illam in subiecto. i. connotando subiectum: concretum autem significat eadem formam connotando subiectum: unde eiusdem lib. 5. d. quod terminus denotiatiue accidentalis/ siue concretus primo significat accidens et secundo substantiam. Si vero talia sumantur specialiter: ut dicuntur de deo sic distinguendum est de hoc nomine synonymum: quoniam vno modo omne quod idem penitus significat et connotat si est connotatiuum quod significat aliud: et eodem modo et e converso dicitur illi esse synonymum. Et hoc modo talia vitium et vita: iustus et iustitia/ sunt synonyma: secundum quod dicuntur de deo: quod nihil significat vnum eorum/ aut connotat: quod non significat/ aut connotat aliud eodem modo: et e converso. Et hoc attendens Anselmus. mox. d. quod de superna essentia idem est dicere quod est iusta/ et quod est iustitia: quod non est sic de homine: ut premisit. Nam cum dicitur homo iustus non intelligitur quod sit iustitia: sed habens iustitiam. Alio modo adhuc strictius sumitur hoc nomen synonymum. vbi secundum quod

Cap. 15.

no

Cap. 15.

12. 14.

12. 14.

Cap. 15.

Com. 19.

12. 14.

Com. 19.

12. 14.

12. 14.

cap. 8.

illa dicuntur synonyma: que nec diuersa significant nec connotant: ut predicatum est: nec etiam sunt accepta vel imposita secundum similitudinem ad illa nomina: que diuersa significant: aut connotant siue quod sit in alijs non diuersa significant vel connotant. Et hoc modo talia non sunt synonyma secundum quod dicuntur de deo: quoniam sunt accepta ad similitudinem concreti et abstracti que dicuntur in creaturis: et similia concreta et abstracta in creaturis non sunt synonyma. et in hoc sensu loquitur Commenta. 12. metaphysici. quando dicit quod vitium et vita non significant in deo idem omnibus modis: sicut significant nomina synonyma. concludit prima argumenti ad. quod concedenda est: si tamen per ipsum quis vellet probare attributa non differre ratione: patet responsio articulo secundo.

**Argumentum** etiam in oppositum verum concludit de attributis: non autem de perfectiōibus attributalibus: ut apparere potest satis intuenti.

**Distinctio octaua.** Questio. iij.

**Tertio quero** vtrum cum diuina simplicitate sit compositibile deum esse rem alicuius generis vel predicamenti. Et arguitur quod non: quia deum habere partem intrinsecam et deum esse simplicem non sunt compositibilia. ergo nec deum esse in genere est compositibile sue simplicitati. Antecedens est notum: et consequentia probatur. Nam genus (ut dicit philosophus. 5. metaphysici. ca. de parte) est pars speciei. et Commenta. ibi ait. genus est pars formarum speciei. Forma enim speciei diuiditur in genus et differentiam. Et dicitur. 5. metaphysici. Dicemus inquit quod genus predicatur de specie: ita quod est pars quantitatis eius. Et per his patet quod genus significat partem rei que significatur per speciem eius: et per consequens: cum omne quod est in genere sit in aliqua specie eius: sequitur quod omnis res existens in genere habet partem et partem. Secundo. diuine simplicitati repugnat habere materiam: ergo ei repugnat esse in genere. Antecedens patet. consequentia probatur: quoniam genus significat materiam rei de qua dicitur. unde. 10. metaphysici. dicit philosophus genus est materia. Et statim de quo genere loquatur ostendens ait. quod dicitur genus: non ut heraclitum: sed ut in natura. vbi Commenta. exponit sic. genus est materia. i. significat materiam: scilicet genus quod dicitur genus in rei veritate: non genus quod dicitur de hominibus attributis vni principij: sicut genus herculeorum: sed genus quod predicatur de rebus existentibus secundum materiam: quod ita diffinit. scilicet quod est predicabile de pluribus speciebus secundum quid. Et ecce quod loquitur proprie de genere: ut sumitur in proposito: et dicit quod significat materiam.

**Ad oppositum** arguitur. deus est in genere: ergo non hoc repugnat sue simplicitati. Antecedens probatur auctoritate Damiani. dicitur in elementario suo. quod substantia est genus generalissimum: quia non habet supra se aliud genus: et substantia illa diuiditur in corpoream et incorpoream. continet autem incorporea substantia deum angelos animam demones. Et quo dicto patet: quod deus est in genere substantie.

**Ad declarationem** questio videnda sunt duo. primum est in speciali an propter summam dei simplicitatem negandum sit deum esse in genere: Secundu generaliter vtrum propter aliquam rationem hoc sit negandum.

**Quantum** ad primum est opinio multorum quod deus propter suam simplicitatem nullo modo est in genere: eo quod quilibet res cuiuscumque generis

vel predicamenti ex natura rei est aliquo modo composita. hoc tamen diuersimode a diuersis ponitur: quidam enim dicunt quod quilibet res per se existens in predicamento est intrinsece composita ex diuersis rebus actuali scilicet et potentia sui generis tanquam ex proprijs principijs. Hec opinio probatur auctoritatibus et rationibus. Et tamen prima auctoritas Commenta. 12. meta. dicitur omnia que transmutantur habent materiam: sed nature materialium diuersantur secundum modos nature transmutationis: cum ergo sint modi transmutationis diuersorum generum sequitur quod sint materie etiam diuersorum generum proprie illis. Constat autem quod etiam diuersi sunt actus et forme generum diuersorum. ergo quodlibet ens in genere compositum est ex proprio actu et propria potentia illius generis. Item ibidem ait. quod quodvis materia prima sit vna: tamen multa est in potentia et habilitate: et quodlibet ens cum materia communi habet materiam propriam. Et subdit. Non enim quodlibet ens sit ex qualibet potentia: sed vniu quod ens sit ex eo quod est in potentia id quod sit idem ex potentia propria: ita quod numerus potentiarum sit sicut numerus specierum entium generabilium. Et dicit hic Ari. quia opinatur quod propria materia vna est secundum subiectum: et multa secundum habilitatem: hec Commenta. Et qua auctoritate apparet quod quilibet species entium generabilium habet vltra communem materiam: materiam et potentiam propriam ex qua sit: et tot sunt tales potentie proprie: quot species generabilium entium. Item ibidem vbi soluitur questio mota in. 3. an. 1. principia omnium predicamentorum sunt eadem vel diuersa. dicit Commenta. cum philosopho quod omnium principia sunt eadem secundum proportionem: non autem secundum naturam. unde Commenta. ait. In vno quoque predicamentorum accidentium inueniuntur principia: quorum proportio ad ista est: sicut proportio principiorum substantie ad substantiam non quod habeant illam eadem naturam. Et sequitur. et dicere quod principia sint eadem proportionaliter est vt diceremus quod materia et forma et priuatio sunt principia. 10. predicamentorum: sed que in substantia differunt ab eis que sunt cuiuscumque predicamenti. Et similiter ea que sunt vniuscuiusque predicamenti differunt ab alijs: hec Commenta. Item ad hoc est auctoritas. Ari. 2. sufficientie dicentis. nulla categorica est que non habet exitum de potentia sua et suu effectum. vult ergo quod in quolibet predicamento sit propria potentia et proprius actus. Rationibus etiam probatur eadem conclusio sic primo omnis res diffinibilis est composita ex distinctis partibus intrinsecis: sed omnis res per se existens in genere est diffinibilis. ergo et maior patet per philosophum. 7. meta. vbi ait: quoniam omnis diffinitio ratio est: et omnis ratio partes habet: vt autem ratio ad rem et partes rationis ad partem rei similiter se habet. vbi patet quod philosophus vult: quod sicut tota diffinitio tota rem significat: sic pars diffinitionis significat partem rei: et per consequens omne diffinibile habet partes et partem. Item Commenta. ibidem que admodum inquit diffinitio declarat quid sit rei ita pars diffinitionis declarat partem quid sit rei. Item philosophus in eodem ait. quod si neque vna substantia est ex substantijs incomposita vti que erit substantia omnis. quare neque non vti que erit neque vniuscuiusque substantie. Et ecce quod philosophus infert quod si omnis substantia esset simplex nullius substantie esset diffinitio: que consequentia super hoc fundatur: quod omne diffinibile est compositum. unde Commenta. ibi ait. quod omnes estimant quod substantie sint compositae: ex hoc quod concedunt quod diffinitiones significant compositum. minor probatur: quoniam vt patet ex code. 7. ad diffinitionem sufficit genus et differentia. cum ergo omnis species genus habeat et differentias: sequitur quod quilibet sit diffinibilis. Hec obstat vt dicunt si quis inquirat quod accidentia diffiniuntur per additamenta: quia hoc non est: quoniam sint simplicia: sed propter eorum realem dependentiam

Com. 19.

12. 14.

Com. 11.

Com. 22.

Cap. 15.

12. 14.

Com. 33.

12. 14.

Com. 50.

12. 14.

Distinctio

Questio

Articulus

Octava

Tertia

Primus

Fo. lxxiiij.

dentiam essentialem ad subiectum propter quam per subiectum diffiniunt: et etiam quoniam eorum differentie non sunt nobis note: quoniam si nobis note essent ita diffinerentur sine additamento: sicut substantie. ¶ Secunda ratio est: quia si hoc non esset: hoc maxime videretur verum de accidentibus que videntur esse forme simplices: sed hoc est falsum: vt probatur. primo sic. omnis mutatio per se vna est ad terminum per se vnum: sed dealbatio est per se vna mutatio: vt patet. ergo est ad terminum per se vnum. ille autem terminus non est aliqua forma simplex: quoniam ipsa non fit nisi per accidens: vt patet ex 7. metaphysi. nec est compositum ex substantia et accidente: quia illud non est vnum nisi per accidens: vt patet ex 5. metaphysi. ergo est compositum per se de genere accidentis: et sic potest argui de qualibet alia forma accidentali. ¶ Secundo. quia simplicitas est perfectio simplex: et omnes ergo quanto ens aliquod est simplicius: tanto est simpliciter perfectius: et per consequens: si accidens non esset compositum: sed penitus simplex: intrinsece: ipsum esset simpliciter perfectius substantia composita: quod est falsum. ¶ Tertio. idem est susceptiuum motus et termini motus. Sed dealbationis superficies non est primum susceptiuum cum sit actus et forma. Motus autem est actus entis in potentia: et est in potentia. Quapropter oportet susceptiuum eius esse potentiam: sed potentia receptiua alicuius rei est de genere illius rei. vt dicitur in Commento. 9. phis. ¶ Nec opinio falsa est et superflua. et inconuenientia ponit. vnde arguo contra eam. ¶ Primo sic. Angelus est per se in genere finis omnes. et Angelus non est sic intrinsece compositus: et non omne quod est per se in genere est essentialiter sic compositum. ¶ Idem potest argui finis intentionem Commentatoris de corpore celesti. quod quidem finis philosophum est substantia simplex: et tamen est per se in genere substantie: vt omnes concedunt. ¶ Secundo probatur quod qualitates non sunt sic compositae sicut isti dicunt: que tamen sunt in genere per se etiam finis ipsos. Et hoc primo patet auctoritate philosophi 8. metaphysi. vbi ait. quod accidentia non habent materiam. Et quia probatur hoc ipsum ratione: quoniam si ponantur composita ex proprijs actualibus et potentialibus entitatibus: aut cuiuslibet speciei esset proprium potentiale: aut idem potentiale esset diuersarum specierum. verbi gratia. idem potentiale albedinis et nigredinis: et eodem modo quarumlibet qualitatuum: inter quas est per se transmutatio. primum dici non potest: primo quia cum sit transmutatio inter formas contrarias: et in qualibet transmutatione sit idem subiectum numero deferens sub vtroque termino transmutationis: vt patet ex primo physico. sequitur quod tale potentiale proprium non erit subiectum immediatum illius transmutationis. cuius oppositum (vt ex recitatis patet) dicitur opinio. et patet consequentia: quoniam finis opinionem idem est subiectum motus et termini motus. terminus autem motus finis ipsos est actualitas forme: que inducitur: sed illius subiectum non est illud potentiale quod est subiectum actualitatis forme que abijcitur per responsionem. ¶ Item. aut iste potentialitates proprie sunt eternaliter in materia communi: que est substantia: aut aliquando de nouo fiunt in ea. si eternaliter: sequitur quod in qualibet materia poterit induci quelibet forma a proprio motore nullo alio motore interueniente: seu materiam aliquo modo transmutante: et per consequens agens albedinem poterit in igne albedinem causare: et erit possibile in aceto immediate accidentia vini a proprijs agentibus generari: et generaliter ex quolibet quodlibet fieri: quod est manifeste falsum. consequentia patet: quoniam passiuo existente in propinqua dispositione ad formam nulla causa est quare proprium agens non possit illam inducere. ¶ Patet auctoritate Commento. 9. metaphysi. vbi dicitur differentia inter materiam remotam et propinquam ait sic. materia remotam non est materia: quia indiget in hoc: vt exeat in actum alio motore: ab eo quod generat illud: quod est in potentia. verbi gratia. quoniam terra non idolum est in potentia: sed est cuprum in potentia: quoniam cum transmutatur a corpore celesti erit cuprum: et cuprum erit idolum in potentia: quod est illud quod ab vno motore fit idolum: scilicet a faciente idola. ¶ Et intendit declarare hic. si. quod materia que potest simpliciter non indiget in hoc quod exeat in actum nisi vno motore: materia autem que non dicitur posse simpliciter: sed per potentiam remota erit in actu per plures motores. per materiam autem et potentiam simpliciter intelligi materiam: siue potentiam propinquam: sicut infra in eodem commento patet. vbi ait. et illud quod est in potentia simpliciter: est illud quod est materia simpliciter: et hec est materia propinqua. Remota autem non dicitur materia simpliciter: neque in potentia simpliciter. hec Commento. Finis responsionem autem sequitur quod quelibet materia erit in potentia propinqua ad quamlibet talem formam: cum habeat propria potentiam et habilitatem cuiuslibet. Si vero dicatur quod tales potentie non semper sunt in materia: sed aliquando de nouo fiunt in ipsa. sequitur finis dicta eorum quod in materia sit alia potentia propinqua prout illi potentie per quam transmutatur ad ipsam et recipit eam: et illud generis cum ea: et sic in infinitum: vel si non: sed immediate per se recipit illam et transmutatur ad ipsam: falsa sunt fundamenta rationum quibus probatur opinio et superflue ponebatur illa prima potentia. ¶ Secundo vbi contra contrarium formarum sit idem potentia: proprium non potest dici ab opinione: quia tunc numerus talium potentiarum non esset finis numerum specierum entium generabilium vt dicitur. ¶ Item quod tunc esset eadem potentia propinqua contrarium formarum: et per consequens in quocumque et quocumque posset induci vna forma contrarium posset indifferenter induci reliqua: quod ad sententiam per se esse falsum. ¶ Confirmatur illud proprium potentiale. verbi gratia. albedinis: aut est in aliquo: vt in subiecto: aut non. si non. ergo est substantia: et per consequens forma accidentalis est composita ex substantia et accidente. Si autem est in aliquo vt in subiecto. ergo est actus et dispositio illi: in quo est subiectiue: et si sic etiam illud potentiale non est receptiuum alterius alicuius finis dicta opinio: et etiam oportet quod habeat aliud potentiale susceptiuum proprii generis: cum quo faciat per se vnum. et in quo sit concederetur quod aliquis actus immediate informat potentiale alterius generis. ¶ Preterea. pluralitas rerum si ne necessitate non est ponenda et ratione: sed nulla necessitas: aut ratio cogit ponere talia potentia: vt patebit soluedo rationes opinionis: ergo illa non est ponenda. ¶ Ad rationes. Ad primam ergo auctoritatem que pro opinione adducitur dico: quod nullo modo est adpositum. Nam Commentator non intendit dicere quod materie. diuersentur finis diuersitate transmutationum rerum generabilium: sicut quod alia sit materia generatiois: alia alterationis: alia augmenti: vel etiam huiusmodi alterationis materia alia a materia alterius alterationis finis speciem: vt opinio fingit: sed solum intendit quod transmutatio rerum ingenerabilium et incorruptibilium qualia sunt corpora celestia habet aliam propriam materiam a materia transmutationis rerum generabilium et corruptibilium: et hoc patet per verba que immediate addit. Ait enim: materia enim generabilium est in potentia: translatorum autem est in actu: cum transmutatum sit aliquid in actu. et ideo quod ex translatis in actu sunt non generabile et incorruptibile non habebit materiam quam habet generabile et corruptibile: et est que est in po-

tentia. hec Commento. ¶ Ad aliam dicendum similiter quod non accipitur finis mentem Commento. Nam Commentator per materiam propriam et potentiam vel habilitatem propriam non intelligit aliquam aliam materiam vel potentiam distinctam a materia que est substantia. Sed per materiam communem intelligit materiam remotam cuiuslibet que est precise essentia materie prime: per potentiam autem et materiam propinquam intelligit ipsam eadem essentiam materie. per conuenientes tamen et exigitas dispositiones ad aliquam formam dispositam: siue ille dispositiones sint forme accidentales: siue substantiales: de quo non est vis ad presens. Sic autem sumpta materia alterius et alterius speciei entium generabilium est alia et alia materia. vnde alia materia propinqua. i. materia aliter disposita requiritur ad generationem sanguinis quam ad generationem carnis vel ossis aut lapidis: et sic de alijs. Et sic accipiat materiam propriam: et hec sit eius intentio denotata verba eius. que nullo interposito sequuntur ea que pro opinione sunt allegata. vnde dicto quod est multa finis habilitates: ait immediate. ¶ Primo enim habet habilitates ad recipiendum primas contrarietas. i. formas quatuor elementorum. Secundo vero habet potentias consimilium partium mediatis formis quatuor elementorum. Corpora similia partium vocat corpora mixta homogenea ad que materia disponit mediantibus formis elementorum: et sequitur immediate: quod iste potentie diuersantur finis quod diuersantur mixtionem quatuor elementorum. Ita quod ex hoc diuersantur forme generabilium. hoc ipse. ¶ Ad aliam auctoritatem dicitur quod verum est quod quodlibet predicamentum habet talia propria principia: non tamen illa sunt proprie res illius generis: licet sint propria principia illius generis: aliquid enim est vni generis: et tamen est materia et principium materiale proprium alterius generis: sicut aliquid quod est vni generis est mouens proprium alterius generis: nec oportet in quolibet genere dare proprium mouens illius: quod sit res illius generis: et tamen sicut philosophus dicit oportet dare in quolibet genere ista tria principia propria. i. forma priuatio et subiectum siue materia: ita immediate dicit quod oportet dare proprium mouens. Et exemplificat statim. vnde mouens in genere fanitatis est medicina vt dicit. Et in mente artificis in fabricatione domus ars edificatiua: et tamen non in quolibet genere proprium mouens est res illius generis. verbi gratia. in genere quantitatis: cum quantitas non sit forma actiua finis Commentatorum: et sic in multis alijs: et similiter est de principio materiali. Nam esse propriam materiam alicuius generis non est aliud quam esse materiam propinquam ad formam illius generis: sicut esse mouens proprium alicuius generis non est aliud quam esse mouens aptum natum determinate inducere formam illius generis. ¶ Cum hoc autem stat quod talis materia sit res alterius generis: et similiter mouens. et quod non aliud intendat philosophus aut Commento. patet: quia statim exemplificas de huiusmodi principijs subdit. verbi gratia. quod principia colorum finis formam et priuationem sunt albu et nigrum: finis autem materia recipientem est superficies que est in potentia ad oes colores. Certum est autem quod superficies quam dicit esse materiam coloris alterius generis est a genere coloris. Et sequitur immediate: et principia noctis et dici finis formam et priuationem sunt lux et obscuritas: et finis materiam recipientem est aer qui est potentia luminosus. Patet autem quod aer est substantia quedam. dicitur tamen materia propria lucis: quia est dispositio dispositione propinqua ad lucem: nec aliud voluit ibi philosophus et Commento. nisi quod generatio cuiuslibet forme sit determinata ibi propria materia et a determinato et proprio agente: et non in quolibet siue qua-

12. meta. Com. p.

12. meta. cap. 11.

12. meta. Co. 22.

12. meta. 2. c. 22.

12. c. 27.

12. c. 7.

Com. 9.

3. meta. Cap. 12.

12. c. 12.

12. c. 72. 74.

litercūq; disposita materia: nec a quolibet fit quodlibet: sed determinatum a determinato. ¶ Auctoritas quoque. Quic non est ad propositum finis intentionem in qua loquitur. vult enim. Quic. quod in quolibet predicamento sit actus ad actum ex sua potentia. i. finis quodlibet predicamentum aliquid est in actu quod prius fuit in potentia. ¶ Ad primam rationem cum dicitur quod omne diffinibile est compositum. dicendum quod illa maior non est vera vniuersaliter de quolibet diffinitione diffinibilis: sed de diffinibili diffinitione simpliciter et proprie dicta concedi potest. quod in hoc sensu loquitur philosophus et Commento. et in eo sensu minor sumpta falsa est: vt patet. 7. metaphysi. Nam vt ibi habetur accidentia diffiniuntur finis per additamenta: et non diffinitione simpliciter et proprie dicta. Et ad probationem dicitur: quod non quelibet differentia sufficit cum genere ad diffinitionem proprie dictam. Sed requiritur differentia essentialis exprimens determinatam partem essentialem rei: et conuertibilis cum diffinitione. talem autem differentiam ad accidentia non habet: vt patet. ¶ Ad illud autem quod contra hoc additur. scilicet quod ideo diffiniuntur per extrinsecum solum: quoniam dependent a subiecto. Dicendum quod hoc est falsum: quoniam si ppter dependentiam ab extrinsecum: ideo per extrinsecum diffiniuntur: sequitur quod etiam substantia composita diffiniuntur per extrinsecum: cum quelibet plus dependeat a deo in esse quam aliquid accidens a subiecto. ¶ Ad aliud quod ad idem inducitur. scilicet quod hoc est: quoniam eorum differentie essentialis sunt ignote a nobis. dicendum quod hoc non est verum: quia multarum substantiarum compositarum differentie sunt nobis ignote: et tamen conceditur quod quelibet species substantie compositae est diffinibilis. non ergo hoc est in comparatione ad nos: sed ex natura sui sit quod est diffinibilis: et ex natura accidentis quod tali diffinitione diffiniri non possit. cum huiusmodi differentiam non possit habere. ¶ Preterea. Si accidentia habent tales differentias non magis essent nobis ignote quam differentie substantiarum: cum per accidentia deueniamus in notitiam substantie: et per consequens non plus diceret philosophus accidentia non diffiniri diffinitione proprie dicta vel simpliciter: sed finis per additamenta: quod hoc dicat de substantijs compositis. ¶ Ad secundam rationem dicendum quod forme accidentales sunt simplices. Et cum probatur quod non: quoniam omnis mutatio per se vna est. dicendum quod terminus mutationis potest accipi dupliciter. vno modo pro termino formali ad quem transmutatur subiectum: sicut dicimus quod subiectum quando dealbatur mutatur ad albedinem: et materia ad formam substantialem in generatione substantialem. Alio modo potest accipi: quod minus proprie pro composito ex subiecto et termino formali: sicut compositum substantiale potest dici terminus transmutationis substantialis: tunc dicendum quod sic sumendo in primo sensu terminum maior est vera. in secundo vero sensu falsa est: quia nullius mutationis nisi substantialis terminus sic sumptus est quid vnum per se. ¶ Ad aliam probationem neganda est consequentia: alioquin sequitur quod materia esset simpliciter perfectior quam substantia composita: quod est falsum. ¶ Ad tertium dicendum quod susceptiuum talis motus est materia de genere substantie: vt in secundo patebit in questione de dimensionibus. ¶ Et cum additur quod potentia receptiua rei est de genere illius rei finis Commentatorum. Dicendum quod Commento. non dicit quod potentia receptiua rei sicut materia que recipit 5. phis. c. 9 formam: sit de genere illius forme quam recipit: ad quem intellectum sumimus auctoritas eius. Sed ait sic: receptio est potentia ad rem: et ita diximus quod potentia ad aliquam rem est de genere illius rei. accipit ergo potentia finis quod ibi ponitur: quod potentia ad rem est de genere illius rei. Sed tunc non acci-

7. meta. 2. c. 3.

5. phis. c. 9

k. ij.

pit potentia pro potentia et principio materiali passivo et receptivo. Sed sicut distinguimus aliquam rem in esse in actu et in potentia. Verbi gratia. calor in potentia et calor in actu. Sicut autem dicimus qd calor in actu est de genere qualitatis: sic aliquo modo dicitur L.omen. posse dici qd calor in potentia est de genere qualitatis. Et ex hoc concludit qd multo magis id qd est medium inter hac potentia et actum: et quasi via de potentia ad actum. Verbi gratia. calor qui est partim in actu et partim in potentia est de genere illius rei: ac per hoc motus: qui hoc modo potest dici via media inter potentia et actum inter potentiam puram et actum completum est de genere actus completi: et hoc vult dicere quando ait ibidem sic. Et videtur qd si potentia ad unumquodque predicamentum est in illo genere predicti: sicut si potentia ad substantiam quoquo modo est in predicamento substantie: et similiter via ad generationem substantie: et similiter potentia ad quantum et ad alia predicamenta visum est qd illud esse qd est inter potentiam et actum in illo genere sit sub illo genere: quoniam omne esse medium inter potentiam et actum: que sunt in illo genere: necessarium est de genere actus qui est completus. Sed differunt in magis et minus. ire enim ad calorem est calor quoquo modo et similiter ire ad frigus. Et in hunc modum verum est differentie qd motus est in genere in quo est illud ad qd est motus. hec L.omen. in quibus verbis patet qd ipse sumit potentia et medium inter potentia et actum modo qui dicitur est: et potentia sic sumpta vocat L.omen. receptionem. Et alii sunt qui concordant cum opinione premissa in hoc qd quilibet res existens per se in genere est composita aliquo modo ex natura rei. Sed discordant in modo ponendi. unde dicit qd in aliquibus creaturis genus et differentia accipitur ab alia et alia re: sicut ponendo plures formas in homine: animal accipitur a sensitiva: et rationale ab intellectiva: et tunc illa res a qua accipitur genus vere est potentialis et perfectibilis ab illa re a qua accipitur differentia. aliquando vero quando ibi non sunt plures res: sicut in accidentibus saltem in vna re est aliqua propria realitas a qua sumitur genus: et alia realitas a qua sumitur differentia: respectu cuius alia est potentialis et perfectibilis per eam. Quod autem in qualibet re sint duae tales res vel realitates a quibus sumantur genus et differentia: ipsi probant auctoritate Aristo. dicentis. 8. meta. oportet rationem. i. diffinitionem esse orationem longam que significat aliquid de aliquo: ita qd oportet illud esse materiam: illud vero formam. Et probatur etiam vniuersaliter: quia si illa realitas a qua accipitur genus esset vere tota quidditas rei: solum genus complete diffiniret genus etiam et differentia non diffiniret: quoniam ratio ex eis non iudicaret primo idem diffinitio: vnaqueque enim res est solum ipsa. Et ideo illa ratio que bis ex primis et eam non iudicaret primo idem quidditati illius rei. Et item porta. li. 1. alibi arguunt ad idem: quia realitas a qua sumitur genus est principium potentiale realis conuenientie cum alia specie: et realitas a qua sumitur differentia est principium realis differentie: sed non est possibile eandem realitatem esse principium realis conuenientie et realis differentie aliquorum adinuicem. ergo alia est realitas a qua sumitur genus: et alia a qua sumitur differentia. Et item alibi si non essent due tales realitates: in diffinitione esset nugatio. Et hec opinio falsa est tam quantum ad illud quod dicit de genere substantie qd ad id quod dicit de accidentibus. Nam siue sint plures forme substantiale in substantia vna composita: siue vna tantum: falsum est qd genus significet partem: vt volunt. Alioquin non plus predicaret de specie in quid: qd differentia: qd est falsum. Et si significaret partem: vel sumeret a parte speciei.

verbi gratia. animal ab anima sensitiva: et rationale ab intellectiva vt dicunt: nihilominus res illa a qua sumitur genus non esset potentialis ad rem a qua sumitur differentia: nec perfectibilis per eam: vt dicunt: quoniam nulla forma substantialis est perfectibilis per aliam formam substantialem: sed quilibet etiam si plures essent simul in eodem: immediate perficit materiam: sicut patet in secundo de omni forma materiali. Et secundo deficit in eo qd dicit de accidentibus. Nam aut volunt qd realitas generis et realitas differentie non sit aliqua res simpliciter: sed precise constituunt vnam rem compositam: sicut materia et forma vnam substantiam compositam: et tunc non minus est in accidentibus res et res et compositio rei et rei: qd in substantia: nisi ad placitum velint componentia accidentia vocare realitates: et componentia substantie res: vel volunt qd licet sint diuersae realitates: sunt tamen vna res simplex per identitatem: ita qd inter ipsas sit distinctio formalis et vnitatis: siue quod idem est dicitur: ipse sint distincte formalitates et vna res ad sensum datum in questione prima huius. d. Et tunc quero de formalitate vna: an sit eadem aliquo modo ex natura rei illi rei communi vel non: si non. ergo non est vna res cuius alia formalitates: si sic cum illa formalitas aliquo modo distinguatur ab ea: et per te non est possibile vt eodem primo aliquid conueniat cum aliquo et distinguatur ab eo: oportet dare formalitatem in formalitate infinitum: vt in preallegatis questionibus deducebatur. Et per ea. Et si idem alibi expresse contradicunt tam conclusioni: quas hic ponunt de compositione forme accidentalis: qd etiam fundamento eius scilicet qd tali forma sit alia realitas vel ratio a qua sumitur genus: et alia a qua sumitur differentia. Nam in repositatis qd aristoteli. lib. primo dif. 3. q. 2. volentes ostendere aliqua esse eadem simpliciter: et tamen non adequata. Et tamen sic. Nam etiam multa essent eadem simpliciter: non sunt adequata eadem: sequitur qd forma accidentalis vt albedo esset composita realiter. Nam si ratio communioris a qua sumitur ratio generis esset alia realitas ab illa a qua accipitur ratio differentie specificae ab eadem: tunc albedo esset composita ex duabus realitatibus: quod negatur communiter. Sunt ergo vna realitas hec duo in albedine: et tamen neutrum adequata est realitas ab eadem per se: quoniam tunc vnum vel alterum superflueret. hoc ipse. quo modo autem in his verbis dicantur contra dictoria vt in eis quod proposui non oportet declarare: sed solum legere: sufficit. Et ad rationes eius dicendum. Et ad primam quidem primo qd illa auctoritas non est vniuersaliter ad propositum suum: cum diffinitio vt de ipsa ibidem loquitur philosophus per eundem ibidem sit tantum substantie compositae et per consequens per illam auctoritatem non probaretur aliqua compositio in accidentibus: nec in simplicibus substantijs. Et secundo dico qd non est est mandum qd genus positum in diffinitionibus substantiarum compositarum significet materiam aut partem aliquam substantie: vt isti putant. sicut aliquando post magis declarabitur et amplius in tertio et pronunciat sufficit ratio supra data scilicet quia genus predicatur in quid et in recto nomine principali. Et ideo dicendum qd genus non significat tantum partem: sed totum: nec philosophus dicit oppositum vbi allegatur sed ait: qd hoc quidem diffinitionis oportet esse vt materiam: id vero vt formam: et hoc est verum: quoniam licet genus non sit materia: nec solum materiam significet: est tamen vt materia: id est simile materie. quod qualiter sit intelligendum patet in respondendo ad rationes factas in principio questionis. Et ad rationem autem que inducitur contra hoc scilicet quia si genus significet totam quidditatem rei solum genus complete diffiniret: neganda est consequentia. Nam ad

L. c. 5.

Thomas pre. 1. q. 3. arti. 5.

Contra Tho.

8. meta. T. c. 15.

Ad rones Thome.

diffiniendum non sufficit qualitercunq; significare totam essentiam diffinitio: sed oportet significare explicita omnia principia intrinseca essentialia diffiniri. vnde primo phys. dicitur qd diffinitio diuidit in singula: genus autem et si significet totam substantiam compositam: non tamen exprimit explicita qualibet eius parte essentiali. Et item qd adducitur qd genus et differentia non diffinirent: quia non significaret primo idem quidditati illius rei: falsum est. Nam licet genus significet totum qd significat diffinitio: non tamen eodem modo vt dictum est: quia ipsum implicite partes: diffinitio vero significat explicita et distincte. Et item genus non solum significat illam quidditatem qua significat diffinitio: sed et plures alias: gen? ergo significat primo (Exponendo ly primo negatiue) totam quidditatem implicite: et tota diffinitio eandem significat explicita: et hoc non est conueniens. Item diffinitio predicatur conuertibiliter de diffinitio: non sic aut genus. Et ad aliud dicendum qd non est inconueniens qd idem aliquid conueniat cum aliquo vno modo et realiter differat alio modo sicut patet in tertio vbi tractabit de vnitatis specificae. Et ad aliud de negatione dicendum qd in diffinitione non est nugatio: quia differentia aliquid explicita significat: qd per genus significatur implicite: quia neutrum ponitur in diffinitione alterius: et ideo si ponantur rationes pro nominibus non dicitur idem nomen bis: qd tamen requiritur ad negationem. Et alii dicunt qd deo repugnat propter suam simplicitatem etiam esse in genere: eo qd omne qd est in genere est compositum ex esse et essentia: quia vt dicunt: omnia que sunt in genere vno communicant in quidditate vel essentia generis qd predicatur de eis in eo qd quid. Differunt autem in esse. Non enim est idem esse hominis: et equi et nature huius hominis et illius hominis: et sic oportet qd quecunq; sunt in genere differat in eis essentia: et qd quid est. i. esse et essentia: in deo autem non differunt. quare et. Et hec opinio non est vera: cum quia talis distinctio essentie ab esse non est in aliqua re creata vel increata: vt alias poterit patere. Tum quia esto qd esset. constat tamen qd ipsa essentia rei non est composita ex esse et essentia: alia in vna re essentia infinita essentia vel infinita esse: vel dabitur essentia non composita ex esse et essentia: sed in istos essentia ipsa est per se et directe in predicamento: et per suam quidditatem et essentiam precise reponitur res in predicamento et in genere et in specie. ipsum autem esse est in ipso in genere per reductionem tantum: ergo non omne quod est per se in predicamento est compositum ex esse et essentia. Et per ea. In eosdem accidentia non habent proprium esse aliud ab esse substantie: et tamen accidentia sunt in predicamento: nec potest dici qd compositum ex essentia que est accidens et esse: sit per se in predicamento: quia vt dictum est: accidens non habet proprium esse: sed existit per esse substantie in eos: sed tale esse vt dicunt non est de genere accidentis: sed per reductionem est in genere substantie: et per consequens compositum vel aggregatum ex ipso et accidente non esset per se in genere accidentis. Et ad rationes eorum dicendum quidem qd non est verum qd omne existens in genere est compositum ex esse et essentia. Et ad probationem dicendum qd si intelligatur per esse aliquam entitatem distinctam ab entitate que est essentia: cum nulla talis sit in veritate nulla que sunt in genere differunt in esse. i. habet diuersa esse: nec habent idem esse. Si vero per esse intelligant id ipsum qd per essentiam. dicendum qd sicut conueniunt in essentia vel quidditate: vel non conueniunt. sic conueniunt vel non conueniunt in esse: et eodemo. Et ad aliam rationem dicendum qd maior est falsa: et similiter probatio eius. Nam genus non sumitur ab aliquo qd sit in po-

tentia ad illud a quo sumitur differentia: cum genus non significet partem: vt habitus est. Et respondeo ergo quantum ad hunc articulum qd deo non repugnat ratione sue simplicitatis esse in genere: quod ex dictis potest sic probari. Si enim repugnaret deo et. hoc esset: vel quia omne quod est in genere est aliquo modo compositum compositione essentiali aliquorum: quorum vnum est potentia et reliquum ei? actus realiter distinctus aut vt res actus: et hoc non verum: cum multa talia sint per se in genere: in quibus non est talis compositio. Verbi gratia. intelligentie abstracte et forme accidentales et spirituales: vt intellectio volitio et huiusmodi: et similiter multe corporales: vt supra probatum est. vel compositum compositione formalitatum non rerum/ vel compositione esse et essentie: et vt utiq; est improbatum/ nec apparet aliquis alius modus compositionis necessarius cuiuslibet existenti in genere: ergo non propter summam dei simplicitatem necesse est negare deum esse in genere.

**Nunc secundo** videndum est generaliter: an ex aliquo alio hoc sit negandum? Et conueniunt pro maiori parte doctores in hoc dicentes: qd deus non est in genere: quod tamen diuersimode probatur ab eis. Quidam enim probant hoc primo: qd omnis species constituitur ex genere et differentia. Illud autem a quo sumitur differentia constituitur speciem: hec habet ad illud a quo sumitur genus: sicut actus ad potentiam. animal enim sumitur a natura sensitiva per modum concretionis: qd homo dicitur animal: quoniam habet naturam sensitivam: rationale vero a natura intellectiva: qd rationale est quod habet naturam intellectivam. Intellectuum autem se habet ad sensitivum: sicut actus ad potentiam. Et similiter est in alijs: sed in deo potentia non coniungitur actui: quare non est in genere. Et secundo quia cum esse dei sit eius essentia: si deus est in genere oportet: ret qd ei? genus esset ens. Nam genus significat rei essentiam: cum predicetur in quid. sed ens nullius potest esse genus: vt patet. 2. meta. Aliam rationem facit ad idem sed illa tacta est supra. Et alii idem probant tertio sic. omne quod est in genere est aliquid determinatum in perfectione. Deus autem est infinitus in perfectione. Ab alio probatur: qm L. 8. meta. 2. meta. genus differt a materia: qd materia dicit puram potentia: genus vero dicit formam mediam inter potentiam et actum: actus autem receptus potentia contrahitur ad determinatam perfectionem. Et alii sic quarto ex ratione necesse esse: et est vt dicitur ratio. 8. meta. si necesse esse habet genus: ergo intentio generis/ vel erit ex se necesse esse/ vel no. Si primo modo tunc non cessabit quousq; sit ibi differentia. hoc intelligo inquit sic. genus etiam includeret differentiam. Quoniam sine illa non est in actu ultimo: et necesse esse ex se est in actu ultimo. Si autem genus includit differentiam: tunc non est genus. Si detur secundum membrum: sequitur qd necesse esse erit constitutum ex eo quod non est necesse esse. Et quinto idem probatur per auctoritatem Augu. 7. de trini. manifestum est deum abusive substantiam vocari. ratio sua est: quoniam substantia substat accidentibus: quod deo conuenire non potest: que ratio habet euidenciam ex eo qd omnis substantia: vt substantia est genus: est limitata. omnis autem substantia limitata substat aliquibus accidentibus. Et alius doctor ad idem inducit duas rationes quas dicit eas non esse cogentes. Prima qd est. i. in ordine. 6. est hec: si de? esset in genere aliquid esset genus respectu dei et aliorum: consequens est falsum: quoniam vel illud esset ens/ vel aliquid aliud: non ens: quia omne genus separat illud cui est genus ab aliquo: ita qd ipsum est medium quod maior est falsa: et similiter probatio eius. Nam genus non sumitur ab aliquo qd sit in po-

Thomas vbi supra

Dis. Egi. 1. meta. T. c. 17.

Scotus. Cap. 4.

Cap. 5.

Deham.

toporum: sed ens non est tale cum predicatur de oibus: nec aliud ab ente potest esse gen<sup>9</sup> deo et alicui alteri: quoniam quicquid illud esset: oporteret quod esset commune omni creature: quia plus differunt et minus conveniunt deus et creatura: quicquid autem alique creature inter se: genus autem quod predicatur de magis differentibus: predicatur etiam de minus differentibus: sed nullum genus est commune omni creature: quare etc. **S**eptimo sic. omnia que sunt in genere habent certam proportionem secundum perfectionem inter se: sed deus nullam proportionem perfectionis habet cum aliquo alio: cum quolibet aliud excedat in infinitum. ergo etc. **O**ctavo ab alijs sic: genus est prius secundum intellectum omni quod ponitur in genere: deo autem nihil est prius: nec secundum rem nec secundum intellectum. ergo etc. **U**bius opinionis etiam fuit Ansel. qui mox. hanc conclusionem probat sic. Cum omnis substantia tractetur: aut est universalis que pluribus substantijs essentialiter communis est: ut homines esse commune est omnibus hominibus: aut est individua: que universaliter essentialiter communem habet cum alijs: que ad modum singuli homines commune habet cum singulis ut homines sint: quomodo quis summam naturam in aliarum substantiarum tractatu contineri intelligit: que nec in plures substantias se dividit: nec cum aliqua alia per essentialiter communicationem se colligit: quasi dicat. nullo modo. unde in hoc consistit ratio eius: omnis substantia que est in genere est universalis vel individua: summa natura nec est universalis: quoniam non multiplicatur in pluribus: nec individua: quia cum nulla essentialiter convenit. **U**bius quoque opinionis videtur fuisse Augustinus in hac distinctione motus verbis beati Augustini. 5. de trinitate. ceteris. Intelligamus deum quantum possumus: sine quantitate magnam: sine qualitate boni: sine indigentia creatoris: sine situ presentem: sine habitu omnia continentem: sine loco ubique totum: sine tempore sempiternum: sine ulla sui mutatione mutabilia facientem: nihil patientem. hec Augustinus. **U**bius verbis subdit Augustinus. Ecce si subtiliter intendamus ex his atque predictis aperitur illa predicamenta artis dialectice dei in ature minime puenire: que nullis subiecta est acciditibus. unde nec proprie dicitur substantia: ut Augustinus ostendit in. 7. de tri. et est supra inductum. **A**d hoc etiam posset induci intentio Augustini. 7. de trinitate. ubi probat divinam essentialiter genus esse neque speciem: esset autem species si esset in genere: cum non sint plures divine essentie solo numero differentes. **S**ed quantum mihi pronunciat apparet hec non sufficere probat propositum: nec cogunt preferri in parte: quoniam minus ut apparet: quod rationes alie probant propositum. ideo probo conclusionem oppositam. **E**t quia aliquando dicimus aliquam rem que non est signum vel predicabile alicuius predicamenti: esse in genere vel predicamento: aliquando etiam dicimus predicabile aliquod esse in predicamento. ideo primo probo quod res ipotata per hoc nomen deus. vere est in predicamento substantie. **S**ecundo probo quod predicabilia quedam vere et proprie de deo dicta sunt in predicamento. **P**rimum probo sic: omne quod predicatur vere in quid de pronomine demonstrante rem aliquam et de pronomine demonstrante rem specie distinctam ab illa: nec tamen sic predicatur de quolibet: est genus illius rei: et illa res est in genere illo: et per consequens in predicamento ubi est genus illud: sed hoc commune spiritus vere predicatur in quid de deo et de pronomine demonstrante aliquam rem specie distinctam ab illa: et non eodem modo predicatur de omnibus. ergo ipsum est genus illius rei: et ipsa est res huius generis: et per consequens de predicamento substantie cuius predicamenti genus est hoc commune spiritus. maior propositio est nota per definitionem generis etiam strictissime sumendo genus. **G**enus enim

diffinitur: quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid siue in quid. predicari autem in quid strictissime sumitur: sicut accipitur in maiori. **D**ixi autem quod non predicatur de oibus propter ens: quod secundum aliquos in quid predicatur de quolibet: nec tamen est genus. **P**atet etiam hec propositio inductivae: quia enim animal predicatur in quid de pronomine demonstrante rem que est homo: et de pronomine demonstrante rem que est leo: et sic de pluribus. ideo animal est genus illarum rerum: et ille dicitur esse in genere animalis et in predicamento substantie: cuius predicamenti est genus subalternum animal: similiter quia color predicatur in quid de pronomine demonstrante illam rem que est albedo: ac etiam demonstrante rem que est nigredo: et sic etiam de pluribus distinctis secundum speciem: supposito gratia exempli: tales qualitates specie distinguit: ideo dicitur genus illarum rerum: et ille dicitur esse in illo genere et in predicamento qualitatis: cuius ipsum est genus subalternum: et sic in omnibus patet universaliter discurrere. **Q**uod si quis instaret in proposito: eadem ratione poterit quilibet aliam rem negari esse in aliquo genere. et quod nullus angelus est in predicamento substantie: nec alius color in predicamento qualitatis: nec unquam pariter poterit oppositum: eo quod illa sit propria res generis: et illo modo tamen res propria sine genere esse in genere. minor probatur. **H**anc constat quod hoc nomen spiritus vere predicatur de deo. unde Augustinus. 4. de Trinitate. deus ipsemet dixit. deus spiritus est: et per consequens de pronomine demonstrante rem illam pro qua in ista propositione supponit hoc nomen deus: predicatur vere hoc predicatum spiritus: dicendo. hoc est spiritus: constat autem quod etiam in quid. unde interroganti quid est hoc. bene respondetur spiritus. non autem si interrogatur quale est hoc. vel secundum aliquod aliud predicamentum. **T**ertium constat secundum scripturas et secundum omnes: quod hoc nomen spiritus predicatur de pronomine demonstrante aliam rem specie a deo: ut de re qua vocamus angelum. **S**abriel: et de demonstrante eam qua vocamus Michael: et sic de multis: et constat etiam per similem rationem quod predicatur in quid. **T**ertium non sic predicatur de omnibus. **H**anc demonstrato leone non vere dicitur. hoc est spiritus. ergo hoc commune spiritus est genus vere et proprie ad illam rem que deus dicitur: hoc autem genus nullius alterius predicamenti verius dici potest esse: immo nec vere nisi substantie: quare etc. **F**orte autem diceretur: quod hoc nomen spiritus licet predicatur de deo et angelis: non tamen dicitur de eis secundum unam rationem: et ideo non est eis genus: sed istud est ad placitum et sine ratione: quia aut intelligitur quod non dicitur de eis secundum unam rationem specialissimam: et hoc verum est: sed hoc non impedit quin sit genus: licet impediatur ipsum esse specie specialissima: aut intelligitur de ratione in generali: et hoc est falsum. **H**anc secundum unam rationem generalem huic nomini conveniunt: siue enim diffinitur spiritus substantia incorporea et immaterialis: siue alia diffinitione: illa diffinitio tam deo quam angelis erit communis. quod si hoc proteruiter negetur: simili modo negare poterit substantiam dici secundum unam rationem de corporea et incorporea: immo ut videtur multo magis: et sic consequenter negare angelum esse in predicamento substantie: quod nullus negat. **S**ecundum probo sic. pater filius creator principium et plura similia sunt predicabilia per se relativa et ad aliquid: ac per hoc de predicamento relationis: et proprie dicuntur de deo. ergo de deo proprie dicuntur predicabilia: que vere et proprie sunt in aliquo predicamento. **P**rima pars antecedentis patet: quoniam eis conveniunt omnia que dicitur a sanctis et prophetis requiri ad hoc quod aliqua predicabilia sunt per se ad aliquid. **S**ecunda etiam pars nulli

cap. 9.

Ad ep. 5.

cap. 7.

cap. 4.

cap. 8.

cap. 10.

cap. 8.

l. c. 2.

l. om. 2.

tholico dubia esse potest: verissime quidem et propriissime ac primo et principaliter deus dicitur et est pater et filius. unde Damascenus. lib. 1. Sciendum inquit est quod non ex nobis translatum est ad beatam divinitatem paternitatis et filiationis et processionis nomen: contrario autem nobis inde traditum est: ut ait divinus apostolus propterea flecto genus mea ad patrem: ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur. **C**reator etiam proprie et de solo deo dicitur. Similiter principium verissime deus est. **C**onfirmatur hec ratio per Augustinum. 5. de trinitate. ubi postquam distinguit predicationes tam affirmativas quam negativas proprias singulis predicationis concludit in fine: quod filius et non filius: genitus et non genitus: siue ingentus dicuntur relative: et sunt de predicamento relationis. **U**nde ait. Sicut enim genitus non ad seipsum dicitur. sed quod ex genitore sit. ita cum dicitur ingentus non ad seipsum dicitur: sed quod ex genitore non sit ostenditur: in eodem tamen predicamento quod relativum vocatur. utraque significatio vertitur: et ante immediate dicit. non receditur a relativo predicamento cum dicitur ingentus. **Q**uod si quis velit dicere: quod predicta nomina relativa non sunt proprie de predicamento relationis: potest etiam si placet plura alia relativa: et quilibet ad libitum excipere a predicamento predicto. **E**t hoc autem quod isti termini sunt per se de predicamento relationis: rem quam significat pater et filius et huius in creaturis: positus in predicamento relationis: necesse est eadem ratione rem etiam qua significat in deo: collocare in predicamento relationis. **T**ertium patet de predicamento actionis. quod de deo vere et proprie predicatur: quoniam immo: ut dicit Augustinus. 5. de trinitate. quod autem ad faciendum attinet fortassis de solo deo verissime dicitur: solus enim deus facit et ipse non fit: neque patitur: quantum ad eius substantiam patet: quia deus est. **T**ertiam conclusionem verum predicamenta aliqua vere de deo dici indubitanter Augustinus. ponit in predicto libro. quod certissime probatur: ex eo quod ipse ut dictum est singula predicamenta distinguens: et proprias eorum predicationes determinans concludit quedam de deo dici secundum substantiam: quedam vero ad aliquid: et secundum relationem: et hoc tanquam verissimo fundamento vitur postmodum in toto libro. de trinitate. et quod proprie talia predicamenta de ipso dicuntur: evidenter in sup. apparet. **H**anc in eodem libro. 8. ait. alia predicamenta quedam dicit de deo: sed non proprie. verum situs habitus: tempus: et ubi. unde ait. situs vero et habitus et loca et tempora non proprie: sed transitive ac per similitudines dicuntur de deo: et propterea remouet ab eo predicamentum passionis: ut proxime allegatum est. **R**emouet etiam a deo predicamentum qualitatis et quantitatis continue: eo quod ille dicuntur ad se: et quicquid dicuntur ad se secundum substantiam dicuntur de deo. unde mirum est quod ipse sic diligenter distinguit predicamenta: et quedam remouet a deo: quedam autem proprie et solū dixerit non convenire: illa vero secundum substantiam et relationem et actionem dixerit ei convenire: nisi voluerit illa tria predicamenta vere et proprie de deo dici. **U**bius sententia: ab eo sepe positam. d. substantiam esse principalem partem entis. unde ait. **E**t enim siue totum quod omne substantia est prima pars: et si eo quod consequenter: et ita prima substantia: deinde qualitas: aut quantitas: quod exponens. **L**ommen. ait. **E**t intendebat Aristoteles. quod ens aut demonstrat unum genus: et unam naturam: aut genera diversa: et quodcumque sit. manifestum est quod substantia est

prior pars entis: et statim. **A**ristoteles philosophus hoc probat: tum quia alia non dicuntur simpliciter entia: sed talia entia: tum quia nullum aliorum est separabile: ad quod **L**ommen. nullum **L**o. 3. inquit aliorum invenitur simpliciter nisi substantia. verbi gratia. quia qualitas non dicitur ens simpliciter: neque motus: sed dicitur esse qualitas: et dicitur esse motus. ens ergo principaliter et simpliciter est substantia. **E**t subdit. **E**t cum dicitur quod substantia dicitur ens simpliciter: et alia predicamenta secundum comparationem: dedit causam in hoc: et dixit etiam nullum aliorum est abstractum id est et causa: et in hoc est quod substantia est constans ens per se: et alia sunt in substantia. **E**t his omnibus patet quod **A**ristoteles philosophus et **L**ommen. in hac parte utuntur hoc terminum substantia **L**o. 2. c. 2. **E**t quod est predicamentum distinctum contra alia predicamenta. **E**t pro rebus que sunt in tali predicamento. **S**ed statim post substantiam dividit in sensibilem et in insensibilem: et generabilem et corruptibilem et in eternam: et post considerationem de substantia sensibili probat esse substantiam insensibilem et abstractam et immobilem: et deinde inquirat: an hec sit una tantum vel plures: et determinat quod plures: inter quas una est prima: que est nobilissima et finis et perfectio ceterarum et totius universi: quam utique nos deum appellamus. **E**t quibus evidenter concluditur: quod secundum mentem **A**ristoteles philosophi et **L**ommen. creatoris deus est substantia vere de predicamento substantie. **S**i quis hanc partem velit sustinere facillime posset solvere aliorum rationes inductas. **H**anc prima quidem fundatur primo in falso scilicet quod omnis species habeat differentias essentialis: quod falsum est: ut supra dictum est. secundo etiam assumit falsum cum ait quod illud a quo sumitur differentia se habet ad illud a quo sumitur genus: sicut actus ad potentiam: quod etiam falsum est: ut patet. **E**t contradicit alijs dictis sic arguendum: quoniam ipsi volunt quod in homine et qualibet substantia composita sit tantum una forma substantialis: et per eandem formam sit homo intellectivus et sensitivus: et per consequens sensitivum in homine non est in potentia ad intellectum: non plus quam sensitivum ad sensitivum: et intellectum ad intellectum. **H**ic autem ut patet expresse dicunt oppositum. **T**ertium super. 5. meta. de substantia in scripto dicunt quod genus. d. totam essentiam rei et non formam tantum: et eadem ratione nec materiam tantum. **A**d secundam etiam eorum dicendum primo quod etiam fundatur in falso videlicet quod esse distinguatur ab essentia in omnibus rebus preter deum. secundo quia esto quod ita esset: idem inconueniens sequeretur scilicet quod ens esset genus si ratio valeret: quia ens significat cuiuslibet essentiam immediate: ut. **A**ristoteles philosophus. 10. meta. et **L**ommen. ibidem. **E**t. 5. meta. vult **A**ristoteles philosophus quod ens significat illa: que significant dictiones predicamentorum. **E**t constat secundum istos et secundum veritatem quod predicamenta significant essentias rerum saltem aliqua: cum quilibet res sit ens per seipsum ut. **L**ommen. 4. c. 10. meta. hoc autem falsum est: quod ens significat essentias rerum **L**o. 8. 9. **S**tat et verum est quod ipsum non est genus: siue quia significat omnia et predicatur de quolibet: siue quia non significat omnia illa secundum unum conceptum ut moderni: de quorum numero sunt sic arguentes dicunt. **A**d tertiam rationem dicendum quod maior illa: omne quod est in genere est finitum secundum perfectionem: est ad placitum dicta. **E**t quod vis instantia dari non possit: nisi in proposito: quoniam solus deus est infinite perfectionis: ipsa tamen non habet apparentiam necessariam veritatis: quia quod non tollit a re id propter quod ipsa ponitur in aliquo predicamento: non impedit ipsam esse in predicamento. **I**nfinitas autem perfectionis non tollit a re quin ipsa sit ens per se: et

cap. 27.

cap. 1.

cap. 11.

Opinio propria de hoc quod tria sunt efficacia rationis illud esse tenendum: non plus: tur in parte: mo arti.

per consequens q ipsa sit substantia: immo maxime tali rei conuenit q se esse ens et non in alio: pbatio uero que assumitur ex dictis Commen. primo est contra eos: cum 17. vel ex ipsi plures formas substantiales non ponant in eodem: 2. meta. 33 per consequens que sit illa forma media qua dicuntur genus significare fingere non possunt. Item si essent plures forme ad huc genus totum significaret et non tm partem: vt supra dictum est: et per consequens: ita vltima sic cut media formam. Item quia in substantiis creatis abstractis et in qualitatibus: que omnes sunt in predicamentis fm istos impossibile est assignare talem formam media: quapropter dictu illud no ad metem Comen. inducunt. Unde dicendum q Comen. non. d. q genus significat formam media: sed dicit q genus est forma vniuersalis: et post. d. q est ynum in forma media iter actum et potentiam: nec aliud intendit nisi q genus ideo dicitur forma: vel quia est pars diffinitiois: et quilibet pars diffinitiois aliquando dicitur forma: vt patet. 2. phisico. aut quia ipsum est predicabile de aliquo et pdicabile vel predicatum respectu subiecti diffinitiois forme. vnde frequenter Comen. vocat predicatum dispositione et subiectum dispositum. vt patet in questione precedenti: dicitur vero forma media inter actum et potentiam: quoniam genus significat rem totam: et per consequens magis distincte q nomen significans precise materiam rei: que non est res nisi in potetia pura. Et quia ipsum significat rem vniuersalius q species vel q differentia: et per consequens minus distincte et in actu: ideo dicitur medium inter potentiam et actum: et hoc magis potest trahi ab eodem. 8. metaphys. Ad quartum qd est ex dictis Auic. dico primo q similis ratio potest fieri cōtra istum Doct. cum ponat conceptum entis ynum cōmunem deo et creaturis: et similiter plures alios. Queratur ergo an ille conceptus sit ex se necesse esse: vel non. Si sic. cum sit cōmunis creature. ergo creatura erit necesse esse. Si nō. ergo necesse esse erit constitutum ex eo qd non est necesse esse. Et ideo dicendum ad rationem: q intentio dicti generis dicit de deo nec est necesse esse: nec pars vel aliqd intrinsecū ei qd est necesse esse: licet significet id qd est necesse esse: et etiā id qd nō est necesse esse. Ad quintum dico q hoc nomen substantia potest dupliciter considerari. vno modo quantum ad eius deriuationem. alio modo quantum ad eius significatiōem. Primo modo cum deriuetur ab hoc verbo substō. stas. vel ab hoc substō. sistis. hoc nomen substantia proprie dicitur de his rebus tm que ab alijs substant vel subsistunt. secundo modo potest quantum ad propositum sufficit adhuc sumi dupliciter. vno modo fm q ipsum est transcendens: et dicitur de omni essentia et entitate: sicut dicimus aliquando q substantia albedinis est alia a substantia dulcedinis. Alio modo magis specialiter. videlicet vt omnis essentia que per se est naturaliter et non in aliquo tanq in subiecto: aut que est pars intrinsecā rei: vel essentia per se existens dicitur substantia. Nunc ad propositum substantia vt est genus generalissimum primi predicamenti non sumitur sic generaliter: vt secundo modo: vt patet: nec sic contracte vt in primo modo: sed sumitur tertio modo. vnde substantia fm q est primum genus primi predicamenti est terminus minus communis per predicationem q substantia secundo modo dicta: et communio q substantia primo modo dicta. Et hoc ex parte patet per Comē. 12. metaphys. super illo verbo philosophi fm nouam translationem: quoniam autem sunt hec quidem separabilia: illa autem inseparabilia substantie ille: et propter hoc omnium cause sunt: quia sine substantijs non sunt passiones et motus: vbi loco illius dictionis separabilia translatio vetus habet abstracta. ait Commentator

et intendit per abstracta substantias que sunt subiecta nouem predicamentoy: et per non abstracta nouem predicamenta: quasi dicat: qz predicamentoy quedā sunt absoluta et quedam non: absoluta sunt substantie: et nō absoluta sunt nō substantie. Et subdit exponedo: qz accidentia nō separant a substantia: vident substantie cause eoy: nullū est accidens existit extra substantiam: sunt em in rei veritate passiones et motus substantiar. Ex his ptz q loquitur phs et Comen. de substantia fm q est predicamentū distinctū cōtra alia noue: et ptz q sic est minus cōmunis q substantia scdo modo sumpta: cum accidentia sint substantie quedā scdo modo. vterius de substantia sumpta sic: vt est predicamentū subdit ibidē. Et sciendū q substantie sunt duobus modis. vno modo in quo est impossibile fugere a cōcidentia: et alius sine aliquo accidente. primum est sensibile scds aut intelligibile. Ex his ptz q fm Comētozem non oīs substantia que est in predicamento substat reb? que sunt accidentia: et per oīs q substantia primum predicamentū genus generalissimū in plus est q substantia subsistēs accidentibus: nec sic sumpta dicitur a subsistēdo: sed a per se et nō in alio existendo: sicut eiusdē lib. com. 3. ibidē. d. Comē. 2. supra est allegatū. 2. 7. lib. vbi predicamēta diffinguuntur siue ens in predicamento: vocans substantia ens per se: et hec est pprioz noiatio dicti predicamēti: quoniam ex forma et deriuatione vocabuli substantia videt importare tantūmodo rem alteri subsistentem: qm cum vocabula sunt ad placitum: vbi constat de re non est curandū de vocibus. Ex his dico q Aug. 7. de trin. cum. d. deum abusiue dicit substantia: accipit substantiam primo modo: et fm deriuationem vocabuli: non aut fm q est genus generalissimū primi predicamenti: et idē significat q hoc totum ens per se: cū sibi cōpetat maxime per se esse: vt ibidē sententialiter ait: et hoc modo ipsum accepisse ptz per rationem quā assignat: et etiam ex eo q. 5. de trinita. immedie post verba supra per Augustinū allegata: intelligamus deū sine qualitate bonum 2c. ait August. Et tm sine dubitatione substantia / vel si melius hoc appellatur essentia: quā greci vsiam vocant: et sicut ab eo quod est sapere dicta est sapientia: et ab eo quod est scire scientia: ita ab eo quod est esse dicta est essentia: et quis magis est q ille qui famulo suo Moysi dixit. Ego sum qui sum: et dices filijs israel: qui est misit me ad vos: sed alie que dicuntur essentie / siue substantie: respiciunt accidentia quibus in eis fiat / vel magna / vel quantacūqz mutatio: deo autem aliquid eius accidere non potest. hoc ille. vbi patet q cum quedam predicamenta excludat a deo inter que non continentur primum predicamentum. Et statim dicat illum esse substantiam: quod ipse intellexit ipsum esse in predicamento substantie. verum quia hoc nomen substantia a subsistere dicitur: ideo tale predicamentum in quo deus ponitur non proprie dicitur substantia: cum non quodlibet quod in ipso est subsistat accidentibus: sed dicitur proprie per se essentia / vel per se ens fm Commentato. et sic sumpto predicamento propriissime: deus dicitur esse in predicamento fm intentionem Augustini et in hac significatione sumendo hoc nomen substantia concedit deum esse substantiam et quedam de ipso predicari fm substantiam: vt patet per totum sequentem librum. Ad scriptum dico: q aliquid aliud ab ente est commune genus deo et creaturis aliquibus. Et cum dicitur q tunc esset cōmune omnibus creaturis. nego consequentiā: quoniam sicut aliquis conceptus ynus est cōmunis deo et quibusdam creaturis tantum fm hunc Doct. qui sic arguit: vt conceptus sapientie: et conceptus iustitie: et sic de multis attributis: quibus tales conceptus sint genera fm eum: sic nullum inconueniens est deo: et creaturis aliquibus esse genus commune: quod tamen non est cōmune omnibus

2. c. 25.

2. c. 23.

Cap. 2.

Ad rōnes principia les. 5. mc. 2. c. 30.

2. c. 30.

2. c. 45.

creaturis: nec aliqua ratio magis posset probare incōueniens esse de genere: q probari posse ynum conceptus de deo et creaturis aliquibus. Ad septimū dicendū est ad maiorē sicut dictum est ad tertium argumentū. Ad 8. dicendū: q maior est vera de prioritate consequētie et nō aliter: et hoc modo minor est falsa. Nā hoc terminus deus prior est fm consequentiā: hic terminus substantia et hic terminus spiritus: et multi alij. Nā sequitur. hic est deus ergo hic est spiritus vel hic est substantia et nō e cōuerso. Ad rationem Ansel. dico q deus est substantia indiuidua. Et cum dicitur q omnis substantia indiuidua habet yniuersalē essentiā cōmunē cū alijs: deus autem essentialem cōmunem nō habet cum aliqua alia substantia. Dicendū q maior ista potest habere duplicē intellectum ynus est: q aliqua essentia extra animā illi communis indiuiduis substantijs: et sic dico q illud nullibi habet veritatem: qm nulla omnino in mūdo res est vniuersalis aut cōmunis pluribus substantijs: sed omnis essentia est singularis vt patebit in tertio. Alius sensus est: q omnis indiuidua substantia habet aliquod cōmune predicatione essentialem et in quid de illa et alijs: et iste sensus verus est: sed in hoc sensu nego minorē. Ad auctoritatem quā magister inducit dicendū: q illa potius est pro hac via: qm illa non excludit predicamētū substantie: cū nullā ibi mentionē faciat de eo: nego de predicamēto relationis. Nā enim agit sine relatione creatorē: sed sine indigētia: volēs per hoc significare q vtrqz vere creator est: nō tamen creauit quasi indigeret bono creature. Et nō excludit predicamētū actionis: immo affirmat: negat autē ipsum mutari cū de nouo aliquid agit dicendo: sine vlla sui mutatione mutabilia facientē: cum ergo aliqua excludat aliqua affirmet: magis est pro hac opinioe qz pro opposita. Et hoc etiā cōfirmat. pñ statim postea magis expresse tria predicamēta scilicet substantie relationis et actionis asserit proprie dicit de deo: reliqua improprie et translative tantū: vt superius est ostēsum. Ad aliā quā inducit. 7. de tri. q deus non est substantia respectum est supra. Ad aliam que sequitur dicendū q Aug. ibi nō vult probare: nisi q essentia diuina nō est genus neqz species respectu personarum diuinarū: q hoc verū est: q autē non sit aliqua species in genere substantie ipse nō intendit: et quia hoc esse intentionis sue ibidē clarissimū est: ideo eius dicta nō curo hic allegare. Sed quid dicitur ad gnetorictē Augustini et Ansel. pro certo mihi appareat. eos opposite opinionis fuisse: eligat quilibet qd vult: vel ipsos sequi vel Aug. ac Dam. qui vt videtur alterius ab eis sententię exiit.

Ad rationes in principio questionis factas dicendum q consequentiā primo nō est bona. Et ad probationē dicendū: q verbum philosophi nō est accipiendū fm proprietate sermonis. Nā cōstat q genus nō est pars speciei plus q e cōuerso: sed sunt intentiones diuerse: quarum neutra alteri est intrinseca. Item genus non est pars rei quaz significat species: sicut nulla intētio est pars rei extra: sed intelligendū est verbum illud: sicut ibidē Comē. exponit. videlicet q genus est pars speciei id est diffinitiois speciei que diffinitio aliquando vocatur ab eo forma: sicut patet per eundem. 7. meta. et hoc modo accipit hoc nomen forme vbi allegatur. vnde ait qz ille ex quibus cōponuntur diffinitiones significantes quiditates cuiuslibet rei. dicuntur partes diffinitiois et diffinitionis. Quod nō est intelligendum q partes diffinitiois sunt partes diffinitiois: nisi quia sunt partes diffinitiois: que idem significant q diffinitio. Et sic intelligit cum subdit q genus est pars formarum id est diffinitionum. Quod exponi sic debet declarat particula sequens cum ait. forma enim speciei diuiditur in genus et differentiam: quod nullo modo vere potest intelligi: nisi de diffinitione speciei quam formam

vocat. Eodem modo dicendū est ad auctoritatem Auicē. Nam per quiditatem intelligit diffinitionem sicut etiam philosophus aliquando. Comen. vt potest euidēter haberi. 3. phs. vbi vna translatio habet ratio et alia habet diffinitio. Et Comen. exponit per hoc nomē quiditas. eodem modo accipit Auic. in proposito: quod patet quoniam di. genus predicatur de specie ita q est pars quiditatis. Comē. stat autem q genus quod predicatur est intentio quedā: que non est pars essētie rei extra animas. Et autē pars diffinitiois: et ideo quiditas pro diffinitione ponitur ibi. Ad secundam vniuersaliter neganda est consequentiā: et ad probationē euz dicitur q genus est materia vel etiā q significat materiam: intelligendum est verbum hoc per assimilationem vt sit sensus: genus assimilatur materie: et hoc est verum. Assimilatio autem stat in hoc: q sicut materie aduenit forma: sicut ex vtraqz sit aliquid in actu fm speciem: sic in diffinitionibus generi additur differentia: et sic completur diffinitio que significat rem in actu et distincte fm propriam speciem. Ex quo etiam patet alia similitudo inter genus et materiam: quia sicut materia nulla de se est species entium in actu distincta: sed est tantus in potentia: et quasi confusa: distinguitur autem et actuat per formam: sic genus significat rem in confuso et quasi in potentia fm q Comen. consuevit vocare cognitionē vniuersalē et confusam rei cognitionez in potentia: per differentiam autem additas quasi actuatur illa cognitio confusa dum distinctio: cognitio habetur de re qz prius: non autem intelligit q genus sit materia: nec q significet precise materiam: sicut nomen materie significat ipsam: quoniam hoc reprobatur quia vt. d. tunc non posset de specie predicari in recto: sed in obliquo tantum: et mediante aliqua prepositione: quod falsum est. hoc autē esse de intentione sua manifeste patet. 8. meta. vbi ait. in diffinitionibus rerum existentium per se genus est quasi materia: et differentia quasi forma: et sic materia nō dicit de diffinitio nisi fm q est genus ei id est nisi fm q genus vocatur materia: et sequitur: nomen enim generis significat materiam id est assimilatur materie fm q est in potentia id quod habet materiam id est fm q significat illud in potentia et in confuso vniuersaliter. et sic predicatur de habitibus materiam: nomen autem materie significat in materia id est in re extra aliqd quod est in actu pars eius: cuius est materia: et ideo nō predicatur de eo cū non predicet aliquid in actu de alio in actu: nisi per aliquam prepositionem imponentem habitudinem di. autem nomen materie significare partem in actu id est partē aliquam distincte et determinate: et ideo non potest predicari nisi mediante prepositione de habente materiam: genus autē significat vtrā qz partem nō in actu id est determinate et distincte: sed totum et quilibet partem implicite: et ideo potest predicari de habente materiam. Item. 7. meta. ait frequēter q genus est simile materie sicut hic dicit: q est quasi materia: et q nō significat precise materiam: sed totū in habentibus materia. vnde ait. cū sit declaratū q oēs diffinitioes cōponuntur ex genere et differentia: et genus cōponitur ex materia et forma id est significat compositū ex materia et forma: aut genus quod dicitur simpliciter nō erit aliud a forma subiecti: forma autē erit forma et subiectū et quocūqz fuerit erit simile materie. Et exponit statim quod dictum est dicens. et forte intelligit per hoc: q genus quod est vni ex materia et forma aut habet hoc nomen ex parte materie: aut ex parte forme: et quocūqz fuerit simile est materie: et intēdebat per hoc q genus in re extra non existit in actu: sed est sicut materia: et illud quod est in actu est vltima differentia. hec Comētozem. qd intelligēdum est vt pmissum est supra. Ex qz patet q non significat precise materiam: et est quasi materia et simile materie vt dictū est.

Com. 5.

2. c. 4.

Distinctio. ix.

Questio. j.



Arca distinctiones nonam in qua adagister agit de coeternitate patris et filii ostendens patrem non prius fuisse...

antecegens pbatur dupliciter. Primo per Augu. in de immortalitate aie dicentem nulla res se facit aut gignit: alioquin erat anteqm esset...

Ad oppositum est veritas fidei que dicit q in trinitate nihil prius aut posterius: nihil maius/aut minus etc.

Ad questionem premitto primo vnam distinctionem de quibusdam modis: quibus vna res dicitur prior alia. Deinde ponam conclusiones aliquas ad propositum.

si creatura nunq inceptisset. vnde Augu. 12. confes. iuxta sine ponens quatuor modos prioritatis. d. q aliquid eter- nitate precedit aliu: sicut deus oia: et in quo consistat ratio hmoi prioritatis statim deo loquens declarat dices.

Primo per Augu. in de immortalitate aie dicentem nulla res se facit aut gignit: alioquin erat anteqm esset...

Philosophus dicitur...

Secundo per Augu. in de immortalitate aie dicentem nulla res se facit aut gignit: alioquin erat anteqm esset...

Terzio per Augu. in de immortalitate aie dicentem nulla res se facit aut gignit: alioquin erat anteqm esset...

naturaliter existere sine forma: sicut nec naturaliter potest esse nulla habens formas. non enim sequitur potest esse sine hac forma. ergo sine forma. Arguitur enim ab inferiori ad superius negatiue a parte predicati.

gusti. 83. q. dicit q deus sue sempiternae sapientiae causa est sempiterna: nec tempore prior est q sua sapientia. Itē Chyrio super epistola ad Hebr. exponens de filio dei illud quod ait Apostolus de melchisedech. neq initium dierū habens etc.

Cap. 9.

Cap. 26.

Cap. 28.

Sco. lib. 2. q. 1.







Distinctio

Questio

Articulus

Decima

Prima

Secundus

Jo. lxxi.

Cap. 15.

Et per idem probatur tertia conclusio sic. voluntas est principium producendi libere spiritu sanctum. ergo non naturaliter. **Quarta conclusio** probatur primo auctoritate Aug. in Enc. b. d. nec enim culpanda est voluntas/ aut voluntas non est/ aut libera dicenda non est qua beati sic esse volumus: vt esse miser non solum volumus: sed neque proius velle possim: sicut ergo anima nostra etiam nunc nolle infelicitatem: ita tunc velle iniquitatem non poterit. **Ex** hac auctoritate patet qd beatitudinem et necessarium et libere volumus: et per consequens et necessitas et libertas eidem principio respectu eiusdem operis conueniunt. **Secundo** idem probatur ratione: quia libertas est conditio intrinseca voluntatis: vt comparatur ad actum: quod ergo non repugnat voluntati: vt comparatur ad actum non repugnat libertati eius: sed necessitas eius non repugnat voluntati comparate ad productionem: cum ipsa sit principium necessarium producendi amorem: vt est probatum: ergo necessitas non repugnat libertati voluntatis in comparatione ad eadem productionem. **Tertio** necessitas non tollit conditionem principij productiui perfecti: est ipsa sit perfectio in principio productiuo. Nam in omni conditione entis cui est possibilis ipsa est perfectio: eo qd sit nobilior differentia entis. Est autem possibilis productio eius cuius neutrum extremum requirit contingentiam in productione: vt est in proposito de productione spiritus sancti. ergo ipsa non tollit libertatem que est conditio principij productiui perfecti. **Et** si dicatur quomodo est hoc possibile cum liberum ex eo qd liberum est: videatur posse determinare se ad hoc producendum et ad suum oppositum. quod autem necessario producit determinatum est ex se ad vnum. Respondent qd sicut quelibet forma actiua sequitur immediate qd sit principium agentis: ita immediate consequitur eam proprius modus agendi. Et ideo sicut non est aliqua causa. quare talis forma agat: nisi qd est talis forma. ita non est aliqua causa. quare habet tale modum agendi: nisi qd est talis forma. vnde sicut non est alia causa. quare calor est calefactiuus: nisi qd calor est calor: ita non est alia causa. quare calor est principium agendi naturaliter/ seu per modum nature: nisi quia calor est calor. **Eodem** modo sicut non est alia causa. quare voluntas vult sic. scilicet libere necessario/ vel contingenter: nisi qd voluntas est voluntas/ nec iste conditio actionis necessitas/ vel contingentia sunt differentie essentialis actiui principij. Sed accidentales non conueniunt: cum actiuo principio naturali/ nec eius libero. vnde et actiuum naturale potest contingenter agere: quoniam potest impediri: et per consequens pari ratione actiuum liberum potest necessario agere. **Hec** opinio plura falsa continet. et ideo pro eius improbatione/ et solutione presentis articuli pono tres conclusiones. **Prima** qd libertas et necessitas in agendo non sunt compossibiles in eodem principio respectu eiusdem actionis. Siue quod idem est dictum non est possibile idem productiuum/ vel actiuum agere/ vel producer eadem libere et necessario. **Et** accipio liberum: vt distinguitur contra naturale et libere agere contra naturaliter agere: et fm qd istis terminis vsi sunt sancti et philosophi et doc. communiter. **Secunda** qd idem principium potest esse principium naturale vnius productionis: et liberum respectu alterius. **Tertia** qd spiritus sanctus producitur naturaliter et non libere: et in omnibus sumo hunc terminum liberum/ vel libere: vt distinguitur contra naturale: et naturaliter sicut prius. **Prima** conclusio dependet in sua probatione ex differentia modi agendi naturaliter et libere/ siue agentis liberi et naturalis in quantum huiusmodi. Et dico qd differentia consistit in hoc quoniam illud dicitur agens naturale: quod possit omnibus requisitis ad agendum: et nullo

lo existente impedimento: ita qd possit agere necessario agit: nec est in eius potestate non agere: agens vero illud dicitur liberum quod eodem modo omnibus positus: ita vt possit agere non necessario agit: sed in potestate eius est: vt agat et non agat. **Et** quis euidenter sit/ vel facillime esse possit aliqua talia esse: qd tamen illud dicitur naturale: illud vero liberum probari non potest nisi per auctoritatem. **Et** illud probatur primo per philosophum. 9. metaphys. vbi dicitur differentiam inter potentias actiuas racionales et irracionales aut tales quidem potestas: scilicet irracionales necesse: quando vt possint actiuum et passiuum appropinquant: hoc quidem facere illud vero passiuas vero scilicet racionales: non necesse est supple hoc facere et illud pati. Sed constat per omnium concessionem et per illumet doctorem: cuius est opinio recitata: qd hic philosophus per potentias irracionales intelligit eas quas communiter vocamus actiuas naturales. vnde ipsemet. d. qd ista definitio est cum illis eadem: quas philosophus ponit in 2. physicoz. de causis agentibus fm propositum: et non fm propositum: quas post vocat intellectum et naturam: vnde per ista tria non fm propositum a natura potentia irrationalis intelligit: vt d. illud principium actiuum quod communiter dicimus naturam. ergo fm philosophum et istum doc. principium actiuum naturale dicitur illud: quod necessario agit dum est in dispositione in qua potest agere: et per consequens principium liberum ex opposito constitutum est illud quod non necessario agit: sed potest agere et non agere: vt dictum est. **Hoc** idem patet per Aug. 3. lib. de arb. vbi querens an motus voluntatis quo ipsa ab incommutabili bono auertitur et conuertitur ad commutabile sit et naturalis: sicut motus deosum naturalis est lapidi determinat qd non: et dans conuenientiam et differentiam inter eos in ordine ad lapidem et voluntatem: ait enim in eo est similis illi motui quo deosum versus lapidem fertur: quoniam sicut iste proprie est lapidis: sic ille animi. verumtamen in eo dissimilis: quod in potestate non habet lapidis cohibere motum quo mouetur inferius: animus autem dum non vult non ita mouetur: vt superioribus desertis inferiora diligat: et ideo lapidi naturalis est ille motus: animo vere iste voluntarius: vbi patet: qd ideo dicitur descensum esse lapidi naturalem: qd non est in potestate lapidis cohibere descensum suum. i. non descendere: siue moueri deosum: ille vero motus animi: ideo non est et naturalis: sed voluntarius vt voluntarium contra naturale distinguitur: quia in eius potestate est non sic moueri. **Item** infra dicit qd non est nobis liberum: quod in potestate non habemus/ aut potest esse liberum quod habemus in potestate. **Ex** quo patet fm ipsum. qd omne quod est nobis liberum est in potestate nostra illud autem solum dicitur esse in potestate nostra quod possumus facere et non facere. vnde philosophus tertio ethicoz. dicit: qd in quibus est in nobis: id est in potestate nostra operari et non operari supple est in nobis: et in quibus non etiam. id est in quibus est in nobis non operari: etiam operari est in nobis. ergo illud solum est in nobis liberum: sic accipiendo liberum: quod et eius oppositum possumus. **Item** Damascenus. 2. lib. eorum inquit que sunt: hec quidem sunt in nobis: hec autem non in nobis. ergo in nobis quidem sunt que nos sumus liberi arbitrio facere et non facere: hec enim omnia que per nos voluntarie aguntur: non enim voluntarie diceretur agi actu non existente in nobis. **Ex** quibus etiam patet: qd ea tamen voluntarie agere dicuntur que sunt in nobis: et qd facere et non facere possumus: voluntarium accipit: sicut supra Augu. **Ex** his omnibus manifeste colligitur: qd respectu illius tamen principij actiuum dicitur esse liberum qd et suum oppositum est in eius potestate: et per

Cap. 15.

Cap. 15.

Cap. 15.

Cap. 15.

Cap. 15.

Cap. 15.

si in requisitis inuenitur quibusdam deo pro vt qd propter non agere sine inuenitur omnibus aliis possit ab eo non potest agere ore aut agere forte diceretur qd in actu esse ore aut libero sic se habet deo qd vult illud libere agere. **Ex** hoc non videtur agere se in hoc sicut fuit.

consequens illud tamen fit ab aliquo principio libere: qd sit ab illo contingenter non necessario. **Ex** quo vterius sequitur qd impossibile est idem ab aliquo fieri vel produci necessario et libere: vt libere produci distinguitur contra produci naturaliter: alioquin idem produceretur necessario et non produceretur necessario ab eodem qd implicat contradictionem. **Præterea**. Constat qd distinctio principij actiui vel productiui naturalis a principio libere in quantum huiusmodi non attenditur fm entitates eorum in se et absolute: vt tales entitates sunt: quoniam fm entitatem aliquando vnum principium naturale magis conuenit cum vno principio libero. verbi gratia. principium quo naturaliter producit filius dei cum principio a quo libere causantur creature: qd duo libera principia inter se: vt voluntas dei et voluntas nostra: quarum vtraque est principium liberum: sed in quantum sunt actiua et principium actiuum. vnde vtriusque dicitur tale connotatio ali quo modo actum: vt patet in definitionibus experimentibus quid nominis horum terminozum: principium liberum et principium naturale. **Præterea** ergo diuersitas vel sumitur fm diuersitatem actiuum: quozum sunt principia: vel fm diuersitatem modi elicendi vel principian di. suos actus non primo modo. Nam duo principia actiua vnum naturale et alterum liberum possunt similitum actiuum: fm species esse principia: sicut deus libere potest producere calorem eiusdem speciei cum calore que ignis producit naturaliter. ergo hec diuersitas sumitur fm diuersos modos principian di. siue quia aliter et aliter principiant suos actus: non autem apparet que diuersitas illa sit: nisi quia hoc necessario principian di. autem non necessario sed contingenter: seu quia hic habet in sua potestate actum suum illud vero non iuxta intellectum supra datum. **Et** ex hoc etiam statim probatur conclusio supra posita: quoniam impossibile est qd eiusdem sit idem principium necessario et libere: tunc enim esset necessario et contingenter. **Secunda** conclusio est: qd idem potest esse principium naturale et liberum respectu diuersarum productionum: hoc probatur primo: quoniam deus pater est naturale principium filij: vt supra dist. 6. patet. et oēs concedunt: idem est liberum principium creaturarum: non enim naturaliter: sed libere producit et producit ad extra: nec potest dici qd fm aliud et aliud principium quo sit principium huiusmodi et illius productionis: cum eius simplicitas non recipiat talem distinctionem principiorum vt supra probatum est dist. 7. **Et** nihilominus si concederetur talis distinctio: illud idem haberetur. Nam fm doc. contra quem arguo: essentia diuina est principium quo generationis filij partialis saltem. vnde ipsa cum intellectu concurrat ad memoriam secundam que est principium gignendi filium suum fm ipsum. **Et** constat qd est principium naturale non liberum respectu generationis filij. **Et** tamen eadem ipsa penitus indistincta est principium creaturarum: vt fatetur concilium. extra de summa trinitate et fide catholica. c. Damascenus. **Et** constat qd non naturaliter: sed mere libere principiat creaturas. **Secundo** idem potest esse principium contingens et necessarium respectu diuersorum. ergo idem potest esse principium naturale et liberum respectu diuersorum. **Antecedens** patet etiam fm doc. istum qui vult: qd voluntas diuina sit principium necessarium productionis spiritus sancti: et contingens productionis creaturarum: etiam fm veritatem pater diuinus necessario producit: et ambo spiritum sanctum: et tamen contingenter creaturas. consequentia patet: quoniam non est maior impossibilitas consequentis qd antecedentis: quoniam vel modi principian di. necessario et contingenter sunt idem: cum modis principian di. naturaliter et libere: vel modi principian di. naturaliter et

qui proximum diligit: consequens est. vt ipsam dilectionem precipue diligat: deus autem dilectio est: et qui manet in dilectione in deo manet: consequens ergo est vt precipue deum diligat. alia est in eodem cap. ait enim. Nemo dicat non noui quid diligam. diligat fratrem: et diligat eandem dilectionem: magis enim nouit dilectionem quam diligit quam fratrem quem diligit. Ecce iam ponit notiozem deum habere quam fratrem: plane notiozem: quia presentiozem notiozem: quia interiozem: notiozem: quia certiozem: amplectere dilectionem domini: et dilectione amplectere dei: subdit: quod non nisi deo plenus est qui dilectione plenus est. Item libro eodem adductis quibusdam verbis beati Joan. in sua prima canonica. d. ista contextio satis aperte declarat eadem ipsam fraternam dilectionem ex deo esse. Nam fraternam dilectionem est: qua diligimus inuicem: et non solum ex deo: sed etiam deum esse tanta videntur auctoritate probari. Quia ergo de dilectione diligimus fratrem de deo diligimus fratrem: nec fieri potest vt eadem dilectione non precipue diligam quam fratrem diligimus. Et sequitur. quoniam quippe deus dilectio est: deus certe diligit: qui diligit dilectionem. dilectionem autem necesse est diligat: qui diligit fratrem. Et his auctoritatibus habetur. quod dilectio qua diligimus fratrem est deus ex deo. i. spiritus sanctus. Et hoc consequenter ad articulum istum fm hanc opinionem dicendum est: quod possibile est: ita de facto est: quod homo potest merito deum diligere absque tali habitu charitatis create. Quamuis autem hec opinio recitata sit solennis: propter auctoritatem Magistri: communitamen doctores oppositum opinantur. Ego vna cum eis puto oppositum esse verum. Ad hoc autem mouent me verba Apostoli prima ad Corinthios. Si linguis hominum loquar etc. vbi omnes virtutes et dona spiritus sancti coram deo actus et opera dicit homini nihil prodesse: et consequens non esse meritoria: nisi habeant charitatem: quod si dicatur Apostolum locutum fuisse de charitate create que est spiritus sanctus: sine quo cetera non prosunt. istud et si proferuerit posset sustineri: non videtur tamen esse de intentione Apostoli. Nam ibi loquitur de charitate. quasi de quadam virtute eius necessitatem et excellentiam ad alias virtutes explicando. unde in fine capituli nunc inquit manent. fides. spes. charitas. tria hec maior autem horum est charitas. Item ad Col. induite inquit vos sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie et alias benignitatem: virginitatem: humilitatem: modestiam et patientiam etc. Quorum sequitur: super omnia autem hec charitatem habete: quod est vinculum perfectionis. vbi glossa dicti huius reddens rationem: ait. magis enim studendum est ei virtuti: que maior omnibus est. vbi patet quod hic loquitur de charitate que virtus est: et hanc virtutem moralibus preponit: sicut vt prius allegatum est preposuerat reliquis virtutibus theologice scilicet fidei et spei. Et si dicatur sicut dicit Magister: quod charitas non ideo dicitur a sanctis virtus: quia ipsa sit virtus: sed quia per eam quasi esset virtus afficitur mens et mouetur: hec profecto glossa nimis est ad placitum glossatorum: quoniam et pari ratione posset dici: quod non est aliqua virtus infusa que sit fides: vel spes: sed spiritus sanctus immediate actus credendi et sperandi operatur. Et sic ubi inueniatur dictum quod fides est virtus: respondeatur quod ideo sic dicitur: quoniam per spiritum sanctum quasi esset virtus mens mouetur ad credendum. Et eodem modo de spe: nec puto quod aliqua auctoritas scripture possit haberi: per quam efficacius possit probari esse aliquem habitum infusum qui sit fides: aut aliquem qui sit spes: quam probari posset esse aliquem qui est charitas. Secundo ad idem facit Apostolus ad I. charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui da-

Cap. 8.

Cap. 19.

Cap. vltio.

Cap. 3.

Cap. 17.

tus est nobis: que verba et si aliter possent glossari: aptius tamen insinuauit: spiritum sanctum datum esse: et ab illo dato charitatem in apostolorum cordibus esse diffusam: quasi charitas sit aliud a spiritu sancto diffusum creatum: quem sensum insinuauit verba Aug. homel. 5. super prima canonica Joan. exponens illud Apostoli ad I. ipse spiritus postulat pro nobis. Quid est inquit ipse spiritus sanctus interpellat pro sanctis: nisi ipsa charitas: que in te per spiritum facta est. Ideo enim di. idem. Apostolus. charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis: charitas ipsa genuit: charitas ipsa orat etc. charitas autem increata absit vt aliquo modo facta dicatur. Tertio ad idem mouet auctoritas ecclesie dicentis. extra de summa tri. et fide ca. c. d. ana. que dicit tam paruulis quam adultis conferri in baptismo infirmate gratia et virtutes esse tanquam probabilem et dicitis sanctorum magis consona eligenda. per gratia autem non aliud quam charitas intellegi debere videtur: aut si sit aliud: iudicium idem quantum hoc de vtraque habendum esse apparet. Ad hoc facit quod Aug. eodem modo quod ad hoc loquitur de gratia et charitate. vnde primo trac. d. quod voluntas nisi gratia dei liberetur a seruitute: qua facta est serua peccati: et vt vitia superet adiuuetur: recte pieque vitia a moralibus non potest: et in sequenti capitulo idem. d. de charitate. verum est inquit omnino: hoc oes hoies posse si velint sed preparatur voluntas a deo: et tunc augetur munere charitatis vt possint. Item cap. 23. di. a concupiscentie dicitur non liberet nisi gratia dei: per ipsum spiritum sanctum: dono spiritus sancti: per quem diffusa charitas in cordibus nostris vincit carnis concupiscentias. Et infra eodem capitulo ostendens: quomodo credere et bonum operari sunt a nobis: et quod a deo: vtrumque enim inquit nostrum est propter arbitrii voluntatis: et vtrumque tamen datum est per spiritum sanctum fidei et charitatis. Ad enim sola charitas: sed sicut scriptum est charitas cum fide a deo patre cum deo filio xpo. Et sunt verba Apostoli ad Ephe. Si ergo que dicuntur de charitate exponantur de charitate increata et non ponatur aliqua charitas create: ita dico quod nulla est gratia create nec fides: si omnia ista que dicuntur faciliter potuerunt exponi de spiritu sancto: vt omnia ipse immediate operetur: et tamen de gratia et fide communiter conceditur: quod sunt habitus supernaturaliter infusi. Quia ergo opinio Magistri non roboratur aliqua necessaria probatione: et opposita opinio magis videtur conformari dictis sanctorum: vt patet per premissa: et a docto. communiter tenetur: ideo cum istis de communi opinione consentio. Ad auctoritates Augustini pro Magistro allegatas potest responderi sicut respondet Scotus. Respondeo tamen aliter: et puto magis fm intentionem Aug. vbi sciendum quod Aug. 5. de trim. et super Joan. homel. 82. exponens illud Joan. 5. manete in dilectione mea. duplicem dei dilectionem distinguit. vna est qua ipse nos diligit: alia qua nos diligimus eum. Prima est increata et deus ipse. alia est quedam forma existens in nobis: que non est deus: sed creatura. Et de prima. di. intellexit Saluator cum ait manete in dilectione mea: vtraque autem dicitur dilectio qua diligimus fratres: sed sub diuerso sensu. Nam dilectio create est qua formaliter diligimus: siue actus diligendi id est diligere quo fratres diligimus. Sed dilectio increata est qua id est propter quam casualiter diligimus fratrem. Quicquid enim diligit proximum sicut debet: diligit ipsum propter dilectionem dei: qua scilicet deus diligit sic diligenter. Similiter vtraque dicitur dilectio fraternam create quidem: quia per eam diligimus fratrem. Increata vero dicitur dilectio fraternam: quia propter eam diligimus fratrem. Cum ergo Augustinus. di. qui diligit proximum diligit dilectionem: non intelligit de dilectione per quem: sed propter

quam diligit proximum. Nam quicumque diligit sicut debet: scilicet propter deum: ille vtrique diligit dilectione propter quam diligit proximum: quia propter quod vtrique quodque tale et illud magis: et hoc inuit cum ait. consequens est: vt ipsam precipue. i. maxime dilectionem diligat: et illa vtrique dilectio deus est. Item de eadem loquitur cum ait. magis enim nouit dilectionem qua diligit. i. propter quam frater diligitur quam dicit esse deum: quod etiam inuit quod sequitur. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem: de deo diligimus fratrem: de enim casualitates importat: et est sensus. de dilectione. i. ex dilectione: vel propter dilectionem: illa autem est deus. Et per consequens propter deum diligit fratrem. Sic per hoc precipue diligit ipsum deum: et hec est principalis conclusio quam intendit: vult enim probare quod qui diligit proximum sicut debet: etiam diligit deum. Item quod ait diligit fratrem et diligit eandem dilectionem: ly eadem: non supponit: nec refertur ad dilectionem per quam diligit: sed ad eam propter quam diligit: de qua immediate premiserat. deus dilectio est.

**Q**uantum ad secundum articulum. vtrumque per dei potentiam absolutam sit possibile aliquem non habentem in se habitum charitatis supernaturaliter infusum: diligere deum merito. premittitur primo quid intelligo per deum diligere merito. Quia enim meritum dicatur in respectu ad premium: et premium sit duplex. scilicet eternum et temporale: siue beatificum et non beatificum. in proposito non est questio nisi de dilectione meritoria premij eterni: seu beatifici quod est vita eterna. Secundum hoc ergo ille dicitur diligere deum merito qui pro dilectione qua diligit deum premietur premio eterno: si finaliter saluabitur: siue premietur si finaliter saluaretur. Et quia quicumque merito diligit est deo carus: siue acceptus ad vitam eternam. Dico quod esse deo carum et acceptum ad vitam eternam dupliciter potest intelligi. vno modo id est quod esse a deo ordinatum ad vitam eternam finaliter obtinendam: sic quilibet electorum: seu saluandorum finaliter in quocumque statu sit gratie: vel culpe meriti: vel demeriti est deo carus et acceptus: et nullus reproborum: seu damnandorum finaliter si sit in statu gratie est deo acceptus. Alio modo idem est quod esse in statu: vel dispositione: in qua si perseverauerit deus illi dabit vitam eternam. In tali enim statu existens dicitur esse deo acceptus: et hoc modo non quilibet saluandorum est acceptus deo: vt pote ille qui est in statu culpe mortalis. Nam si ipse in eo statu finaliter perseveraret non obtineret vitam eternam: quous eam de facto sit obtenturus: et aliquis damnandorum est carus et acceptus ad vitam eternam: vt pote ille qui est in statu gratie. Nam quous ille non sit obtenturus finaliter vitam eternam: si tamen in eodem statu perseveraret finaliter vtrique obtineret. Simili modo dicit Magister. 3. sentent. dist. 31. quod aliquem esse scriptum in libro vite potest intelligi dupliciter. fm presentiam. scilicet et fm presentem iustitiam: et multi sunt scripti secundo modo non primo modo. Sic in proposito potest dici quod aliquem esse deo carum et acceptum ad vitam eternam dupliciter potest accipi. scilicet fm eternam dei electionem: fm presentem dispositionem. et est eadem distinctio et que prius data est. Et his sequitur quod non quicumque merito diligit deum est carus et acceptus deo primo modo. Nam multumque diligens deum est ei carus. Nam quilibet sic deum diligens: etiam si sic perseveraret finaliter obtineret vitam eternam. Item etiam quod aliquis est carus et acceptus primo modo non est acceptus secundo modo: et aliquis est acceptus

Cap. 3.

Cap. 3.

Cap. 11.

Cap. 7.

et de hanc et est affectu quod iste dicitur infirmus.



secundo modo qui primo modo non est acceptus. In tota autem ista. q. intendo ut istis vocabulis acceptus et carus secundo modo: ut videlicet. quis dicitur acceptus secundum presentem dispositionem.

His premis... pono tres conclusiones prima est qd possibile est de dei potentia absoluta aliquid esse deo carum et acceptum non habendo charitatem infusam de qua sermo precessit. secunda est. qd possibile est aliquid habendo huiusmodi charitatem non esse deo carum et acceptum ad vitam eternam. tertia qd possibile est aliquid non habendo charitatem diligere deum merito. **¶** Primum conclusionem proba primo sic. possibile est qd alicui nullum habitum charitatis vel etiam alium supernaturalē hnt deo det spiritu sanctum: non dando eidē aliquid huiusmodi habitum: et qd velit deus eides si sic perseverauerit finaliter dare vitam eternam. ergo possibile est aliquid esse acceptum deo ad vitam eternam non habendo charitatis habitum infusum. consequentia patet. Antecedens qd ad primam partem patet ex precedenti questione. secunda etiam pars non est dubia. Alioquin cum anima habens spiritum sanctum et charitatem creatā sit accepta si habēs precise spiritum sanctum non possit sic acceptari: iam charitas creata ex natura sua aliquam dignitatem in respectu ad vitam eternam tribueret aie: quam nullo modo posset sibi per seipsum tribuere. spiritus sanctus: quod non puto sane dictū. **¶** Secundo sic possibile est aliquid hominem non habendo habitum charitatis non esse in statu reprobationis. ergo possibile est aliquid hominē non habendo habitum charitatis esse in statu acceptationis id est esse acceptum secundum statum. consequentia patet: quia quicquid sit verū de potentia dei absoluta posset esse aliquis status medius inter statum acceptationis et reprobationis: non est tamen necesse sic esse: immo nunc secundum legē dei ordinatā nullus est status talis medius. voco autē statum reprobationis in quo si quis perseverauerit deus illi dabit penam eternam sententiam vel damni. Antecedens probatur. Nam possibile est aliquid hominem non habendo charitatem esse sine reatu peccati originalis vel actualis: sicut erat primus homo anteq̄ reciperet gratiam: posito qd non fuerit causa: cum habitu gratie: ut multi dicunt: vel saltem sic esse potuit. **¶** Item possibile est qd pueri in baptismo abolerentur a reatu peccati originalis: absq̄ infusione charitatis aut alterius habitus supernaturalis: nec est dubium hoc esse possibile: immo multi doctores dixerunt sic esse de facto: quibus eorum opiniones non teneantur: ut patet libro septimo extra de summa tri. **¶** Tertio sic. non est necesse quēlibet beatum prehauisse habitum charitatis. ergo possibile est aliquid non habendo habitum charitatis esse deo acceptum ad habendum finaliter beatitudinem. Antecedens de facto in anima xpi que non prius habuit charitatem q̄ visionem beatificam: et similiter secundum Augustinum 2. sententiarum di. 5. in fine. angeli boni non prius habuerunt gratiam q̄ beatitudinem: et tamen prius fuerunt q̄ essent beati. quicquid autem de facto fuerit: possibile tamen fuit sic fuisse. patet etiam ratione: quoniam si charitas necessario prehaberetur: vel hoc esset propter meritum: vel propter iustificationem: vel propter immunitatem a peccato. non propter primum: quia non est necesse meritum precedere premium: sicut patet de anima xpi et angelis bonis secundum Augustinum: et similiter de pueris baptisatis et de ceteris: qui nullum proprium meritum habuerunt: attamen premium beatitudinis consecuti sunt: nec propter iustificationem: sicut patet in anima xpi: in qua nulla iustificatio precessit beatitudinem: nec propter immunitatem a peccato: quia illa est possibilis sine habitu charitatis: ut iam probatum est. consequentia patet: quoniam si non est necesse beatum prehauisse habitum charitatis ergo deus potest aliquid non habentem habitum chari-

tatis preparare et ordinare ad dandum illi vitam eternam: ita qd si perseverauerit in illa disponat dabit illi vitam eternam. talis enim dicitur carus deo et acceptus. ut supra premisum est. **¶** Et si dicatur quod sequitur qd ipse sit acceptus esto qd sit in tali dispositione et hoc ideo quia ipse non est dignus vita eterna secundum statum illi. Contra. quero quod sumis dignitatem istam: quia vel ipsum tantum dicitur dignum: cui tantum debite conferenda est vita eterna: ita qd sibi sine iniuria non potest non conferri: et sic nullus est dignus vita eterna q̄ tunc potest ad propositum deduci: et post probabitur: et per consequens nullus esset acceptus secundum statum: quod est falsum. vel ille dicitur dignus quē deus sua gratuita bonitate acceptat ad dandum sibi vitam eternam: et tunc quilibet talis est carus et acceptus deo: et hoc potest esse sine habitu charitatis: sicut ille in quo est habitus charitatis acceptus. et dicitur dignus quia in tali dispositione deus eum acceptat velut dignum id est dabit illi si perseverauerit vitam eternam: ac si ipse ea esset dignus. unde precisa causa huiusmodi dignitatis est voluntas diuina. gratis acceptans. **¶** Quarto deus potest aliquid non habentem charitatem acceptare secundum statum in quo est ad dandum sibi charitatem et beatitudinem simul: si sic perseverauerit. ergo aliquidem talem potest acceptare ad beatitudinem consequentia patet. Antecedens probatur: quia posito qd sit aliquis homo qui nec charitatem habet nec peccatum: nec aliquid impossibile habitum vel charitatis: sicut deus facere posset: ut prius probatum est. huius si perseverauerit in hoc statu: deus poterit dare simul charitatem et beatitudinem. certum est: sicut anime xpi dedit utraq̄ simul: et si illa presuisset sine peccato et sine charitate non minus potuisset dare utraq̄ simul. similiter et huius posset velle dare utraq̄: si sic perseverauerit: et per consequens posset ipsum velut dignum utriusq̄ acceptare: sicut autem probatum est. qd possibile est aliquidem non informatum charitate esse acceptum deo et carum ad vitam eternam. ut probari potest aliquidem nullum habitum supernaturalē habentem: posse esse deo carum. **¶** Advertendum tamen: qd cum dico aliquidem posse esse carum sine charitate informantem: ipsum accipio carum secundum denominationem extrinsecam a voluntate scilicet dei acceptante ipsum: ut in precedenti. q. dictum est. **¶** Contra istam conclusionem arguitur probando qd anima non potest esse deo grata vel accepta loquendo de acceptatione que est secundum presentem dispositionem nisi sit informatam habitu charitatis supernaturaliter a deo sibi infuso. **¶** Quod primo sic probatur. nullus actus immutabilis et eternus transit de nouo super aliquid obiectum nisi quia eius obiectum eternum et immutabile formaliter participatur de nouo ab illo obiecto materiali super quod nouiter transit: sicut patet qd visio eterna alicuius coloris si talis ponatur non posset transire de nouo: nunc super lignum: nunc super lapidem: nisi color ille eternaliter visus participaretur nunc a ligno nunc a lapide formaliter et inherenter. Si autem visio aliter transiret immediate super lignum aut super lapidem impossibile esset qd actus ille esset eternus. Cuius ratio est quoniam actus non potest de non transire super lignum fieri transiens super lignum: nisi aliqua mutatione facta vel in ipso actu: et sic non erit eternus: vel in ipso ligno: et tunc aliquid formaliter sibi inheret quod non inheret: sed actus dilectionis et acceptationis diuine qui est immutabilis et eternus nunc acceptat unum: nunc alium. non acceptat animam (verbi gratia quando est in peccato) nunc vero acceptat: ut pote quando est iustificata. ergo necesse est qd in ipsa nouiter participetur formaliter et inherenter aliquid obiectum eternum et immutabile diuine dilectionis. illud aut non potest esse essentia diuina: qd nulli formaliter potest inherere.

Aureolus dicit qd patet ante 2.

Ad rationes Aureoli ubi supra. Cap. 2.

Cap. 9.

ergo erit aliqua creatura et non substantia: cum nec substantia inheret. ergo aliqua accidentalis forma vltimius prolire: et tamen inefficaciter deducit qd oportet tale formam esse habituales et non q̄cūq̄: sed charitatis: sed videat qui vult ibi. **¶** Secundo sic. nihil est oditum a deo quin diuina voluntas reperiat in eo aliquid odibile et detestabile ex natura rei: quod dat formaliter esse oditum. peccatum enim ex natura rei oditur. iuxta illud prophete: videbo qm non deus volens iniquitatem tuas. ergo per oppositum nihil est carum deo: vel ab eo dilectum: nisi quatenus in ipso est aliquid qd ex natura rei facit ipsum esse diligibile: et tunc vltimius potest ad propositum deduci ratio secundum sic arguētem qd nihil ex natura rei est diligibile a deo dilectione de qua loquimur: nisi charitas infusa. ergo etc. **¶** Tertio potest argui sic. si aliqua propositio verificatur pro rebus: et ad eius verificationem due res non sufficiunt: necesse est ponere aliam tertiam rem: ad hoc ut ipsa sit vera: sed ista propositio. Sortes est carus siue acceptus deo. pro rebus verificatur: et ad eius veritatem non sufficit deum esse: et sortem esse: quoniam ipsi positus potest esse falsus. ergo requiritur aliqua alia res ab utroq̄ et ab am bobus distincta. hec autē est charitas: vel alius habitus supernaturaliter gratum faciens: qd nulla alia sufficeret ad hoc. **¶** Quarto potest argui contra quoddam assumptum in probanda conclusionem. vtz qd possibile est esse aliquidem hominem sine peccato et sine charitate et habitu supernaturali. Contra. carentia charitatis est peccatum. ergo impossibile est hominem carere charitate et non habere peccatum. consequentia nota est. pbatum aia. tum qd quilibet tenetur habere charitatem: et per consequens ipsam non habere est peccatum. Tum qd homo non potest ex natura libus vitare omne peccatum. igitur priuatio alicuius forme supernaturalis quā homo ex se habere non potest est peccatum. **¶** Quinto contra aliud assumptum. vtz qd pueri possent absolui a peccato sine infusione charitatis et alterius cuiuslibet habitus. Contra primo. qd peccatum illud pura priuatio est. priuatio aut non tollitur nisi per positionē habitus oppositi: alioquin postq̄ ablata esset adhuc esset: qd subiectum non haberet habitum quē aptū esset haberet. **¶** Secundo contra eandē conclusionem per rationē in qua multi sustentant: impossibile est contradictoria successiue verificari nulla mutatione facta circa res pro quibus verificatur: vel circa aliquā ipsam. ergo si prius verū est qd aliquid non est carus: vel acceptus deo: et postea est verū ei? oppositum: necesse est mutatione facta esse: vel in eo: vel in deo. in deo aut non est possibilis mutatio. ergo in eo: et non apparet alia: nisi acquisitio forme alicuius supernaturalis gratum et acceptū deo illi facientis. **¶** Respondeo ad primū. dico ad maiorem qd vel hoc nomē acceptatio sumitur simpliciter in eadem significatione et cōsignificatione: cum hoc noie dilectio: et tūc vel dilectio sumitur generaliter prout omne bonum in quātum bonū est: deus dicit diligere. iuxta illud Sapientie. diligis eni oia que sunt: et nihil odisti eorum que fecisti: et sic dico qd minor est falsus: quia dicitur qd aliquando acceptat animam: aliquando non. Nam semper quālibet acceptat et diligit: etiam si sit actualiter in peccato: sicut patet ex auctoritate induta scripture: et determinatione etiā Augustini ex auctoritate Augustini. 3. lib. sententiarum di. 5. vel dilectio dei sumitur specialiter: quādam modum predestinatos tantūmodo dicitur diligere. iuxta illud ad Ro. Jacob dilexi: et tunc odio habuit. et tunc etiam est falsus: quoniam nullum aliter diligit nunc: q̄ ab eterno et semper dilexerit. Si vero nomen illud acceptatio non sumatur sicut in eadem significatione et cōsignificatione cum nomine dilectionis: sed vltra id quod significat dilectio: primo modo accepta: cōsignificat talem qui dicitur acceptari: esse in dispositione in qua

si perseverauerit habebit vitam eternam: in qua significatione accipitur in presenti. q. tūc ipsa vera est: sed non sumitur sub maiore. est enim maior. nullus actus eternus etc. sed actus inquit dilectionis diuine et acceptationis transit super aliquid in dispositione: in qua si perseverauerit habebit vitam eternam: et prius non erat in tali dispositione. Et patet qd nulla est forma debita. ergo non concludit. **¶** Ad secundum dico qd si debeat esse ad propositum oportet inferri qd nihil possit esse carum: nisi in eo sit aliquid tale formaliter: et non solum de inesse. videlicet qd nullus est carus nisi habens aliquid tale formaliter. Ad illud autem concludendum oportet. qd etiā antecedens sumatur cum hoc verbo potest: ut dicatur nihil potest esse oditū deo etc. Et tunc dico qd ipsum potest dupliciter accipi: Uno modo proprie ut sit sensus: qd nullus potest esse obiectum odij dei: nisi quia etc. et tunc dico qd etiā antecedens est falsum propter falsam implicationem virtute dictionis exclusiue. implicat enim qd aliquis possit esse in hoc sensu oditū a deo: cuius oppositum dicit scriptura: ut habitum est. et cum hoc etiam non valet consequentia: quoniam quilibet rationalis anima secundum se quoddam bonum est: et per consequens secundum se diligitur: sicut et quilibet entitas creata deo: nulla autem secundum se est aliquid malum seu mala. iuxta cōmune dictum sanctorum. Et ideo non sequitur: qd si nulla potest secundum se odiri: qd nulla possit secundum se diligi. Alio modo potest accipi antecedens improprie: ut sit sensus. nullus potest esse oditū etc. i. nullus potest esse in statu in quo si perseverauerit damnabitur: nisi voluntas diuina in eo etc. et sic etiam falsum est. Nam aliquid potest esse in tali statu propter carentiam precise alicuius actus quē debet habere. Item quia habuit aliquid quem non debuit habere: esto qd ex illo actu nullus malus habitus: aut forma aliqua sit relicta in anima eius. **¶** Ad tertium dico qd maior potest habere duplicem sensum. vnus est qd si ad hoc ut propositio sit vera non sufficit esse aliquas duas res: requiritur tertia res: et sic falsus est. Nam habet instantiam multiplicem. Nam ad hoc qd hec sit vera. a. erit. sit a. nomen alicuius possibilis nunc non futuri: non sufficit deum etc. que nunc sunt esse: et tamen non est necessaria res aliqua alia. potest enim a. esse futurum: et per consequens illa propositio esse vera solum volente deo. aliquando illud producere ad quod res nulla alia est opportuna. Similiter ut ista sit vera. anti christus non erit: non sufficit esse ea que sunt: nec tamen ad eius verificationē res aliqua alia est opportuna. Similiter ut ista sit vera. Sortes habet spiritum sanctum: non sufficit utriusq̄ esse: et tamen potest verificari absq̄ re tertia. Sic etiam ad verificandū hanc. hic radius a deo solo conseruatur. demonstrato radio quem partialiter sol conseruat. non sufficit qd sit deus sol et radius: et tamen absq̄ re alia verificari potest: sicut patet ex precedente conclusione. Alius sensus propositionis potest esse qd si due non sint tot quot sufficiunt tertia requiritur: et tunc concedo maiorem et nego minorem: nec valet probatio: quoniam non sequitur positus duabus rebus propositio est falsa. ergo non sufficiunt ad hoc ut sit vera. Instantia patet: quia etiam posito deo propositio ista. a. erit. est falsa: et tamen non sequitur qd deus non sufficit: sed alia res requiritur ut sit vera. Similiter est de ista. Sortes habet spiritum sanctum: et de alijs iam adductis. **¶** Ad quartum nego consequentiam: quia si carentia charitatis sit peccatum: potest tamen non esse peccatum: quia carentia charitatis non est peccatum: nisi in non habente et potente ac debente habere charitatem: et quia deus posset hominem abfoluere a tali debito habendo: et sic non daret illi charitatem: possibile est aliquidem non habere charitatem absq̄ peccato.

**C**etera secunda probatio ibi facta preter hoc etiam aiter soluitur. Nam illa consequentia non valet: sed fundatur super falsa imaginatione scilicet qd ideo precise homo non possit ex suis naturalibus vitare omne peccatu: quia non potest habere charitatem quam tenetur habere. hoc autem falsu est: quoniam esto qd deus absolueret ipsum a tali debito: adhuc non posset a lia peccata vitare ex se: sicut nec ex se a suis naturalibus tantu posset bene agere: vt patebit in secundo di. 26. **C** Si quis autem curiose querat: si aliquis decederet in statu in quo non haberet charitatem: neq; vllum actuale vel originale peccatum. vtrum damnaretur vel saluaretur. **A**uto respondendum esse qd hoc esset fm qd deo placeret: quia vt dicitur deus posset. Dicendum tamen videtur qd non damnaretur pena sentus: quia in ipso nihil esset puniendum: Et idem sentiendus esset de ipso quod de primo homine: si in statu innocentie ante infusionem gratie fuisset mortuus. **A**d quintum cum dicitur qd peccatus illud est pura puuatio dicendus qd illa puuatio precise accepta non habet rationem peccati. Sed in quantum supponit debitum habendi iustitiam originalem. illud autem debitum tolli potest sine positione alicuius habitus vel forme. **A**d sextum dico dupliciter. Primo quidem qd illud antecedens (impossibile est contradictoria successiue verificari etc.) est falsum: tum qd sicut dicunt aliqui bene: talis successiua verificatio potest contingere propter mutationem in quodam alio tantu: sicut si deus ordinaret dimittere offensas forti existenti nunc in peccato: si aliquis vir sanctus rogaret pro eo: illo enim rogante fieret for. acceptus: et nulla mutatio in eo esset facta neq; etiam in deo: sed in rogante tantummodo: tum quia aliquando propter solum lapsum te poris actualem vel potentialem. et hoc scilicet quando de terminatum tempus caderet sub statuto: sicut quia apud hebreos lex erat: vt quilibet seruus completo. 50. anno seruitutis rediret liber: absq; vlla eius mutatione. solo tempore lapsu de non libero fiebat lib. Sic deus posset statuere qd quilibet homo per certu tempus ab eius natiuitate verbi gratia per trienniu relegat esset a regno vite eterne propter primi parctis offensam: ita qd quicunq; decederet infra tempus illud danaretur. Et tuc autem non esset relegatus. Sed quodocunq; postea decederet ante discretionis annos seu anteq; actualiter peccatum saluaretur: hoc posito aliquis qui infra trienniu sue etatis non esset acceptus deo (sola transiitio te poris fieret acceptus nulla in quacunq; re alia facta mutatio: tu quia simpliciter quis non sine lapsu te poris actuali vel potetiali) contingit contradictoria verificari successiue: vel lapsus te poris non est causa: absq; vlla mutatione omnino cuiuscunq; rei: vt in precedenti di. dictu est. **S**ecundo dico qd esto qd sine mutatioe non cotingeret talia sic verificari ad huc non sequitur qd p mutatione acq; situa sit necessariu illud cotingeret rursus esto qd per acq; situa non sequitur qd p acq; sitione charitatis aut alterius habitus supernaturalis. **S**ecunda conclusioe. vtz qd possibile est aliquem habere charitates et non esse deo caru vel acceptu ad vita eternam. pbo sic. possibile est deu dare alicui charitate et nuq; velle illi dare beatitudinem. etia si in charitate perseverauerit. ergo possibile est aliquem habere charitate et non esse deo carum vel acceptu ad vita eternam. consequentia p; ex dictis supra. **A**necedens probatur primo: quia possibile est deu aliquem habentem charitate et nondum beatu sic cōseruare in eternum: et per consequens nuq; illi dare vita eternam: quia qua ratioe ipsum potest per tempus sic cōseruare: eade potest in eternu et semper. ergo possibile est deu alicui dare charitates et nuq; velle illi dare vita eternam: etia si perseverauerit in charitate. **S**ecundo quoniam possibile est deu aliquem habentem charitate simul cu; charitate annihilare: et nuq;

illu recreare: et p; omni nuq; illi dare beatitudinem. ergo etc. **T**ertio qd alicui iam beato et habenti simul cum beatitudine charitatem: beatitudinem posset deus auferre relicta ei charitate: et nuq; deinceps illi daturu beatitudinem: nec ablaturus charitate. ergo deus posset dare alicui charitate nuq; daturus illi beatitudinem: nec ablaturus charitate. et si hoc potest facere id potest velle facere: et per omnia possibile est qd alicui det charitate: et nuq; velle ei dare beatitudinem. **A**ssumptu p; qd beatitudo creata non est ens necesse esse: sed contingens non esse: et per consequens illam posset deus non cōseruare in esse: cum nulla rem necessario cōseruet: sed mere libere et cotingenter. **P**roterea. **I**biuimodi beatitudo nec est habitus charitatis: nec eius pars essentialis: nec econuerfor: et per consequens poterit annihilari cōseruato habitu charitatis. **Q**uod etia patet: qd etiam charitas habuit esse in via qd nondum erat beatitudo. ex quo patet qd non repugnat charitati existere sine beatitudine. **R**ursus: qd libere deo im producit creaturas: et libere productas cōseruat: qd non nisi volens qd facit. et dicit Aug. eub. 3. p. 3. qd pot nuq; amplius dare illi beatitudinem: et semper cōseruare in eo charitate: sicut patet totum antecedens. **A**ssumptu etia factis patens est. **Q**uarto patet idem antecedens: qd tam charitatis habitus qd beatitudo sunt producibiles immediate a deo: et neutra essentialiter intrinsece dependet ab altera: et per omnia potest alteram producere: nuq; alteram producurus. quicquid aut potest facere pot velle facere. quare etc. **S**ecundo principaliter conclusionem arguo sic. animam charitatem habentem deus gratis acceptat ad vita eternam. ergo possibile est animam habere charitate et non esse deo acceptam ad vitam eternam. consequentia nota est: qd si detur oppositum consequentis sequitur qd supposita charitate in aia deus non possit illam non acceptare: et per omnia supposita charitate in aia deus non gratis illam acceptare: cuius oppositu sumitur pro antecedente. **A**necedens vero proba primo auctoritate apostoli ad Ro. di. **S**tendia peccati mors. gratia aut dei vita eterna. vbi retributione peccati que est mors danationis eterne: qd pro peccato debite redditur. dicit esse stipendium peccati. vitam autem eternam (q; non ex debito pro bonis operibus redditur: sed gratis donatur) vocat gratiam. **A**d hunc intellectum exponit Aug. textum istum eub. vnde et ipsam vita eternam que certa merces est operu bonorum gratia dei appellat **A**p;stolus. **S**tendiu inquit peccati mors. gratia dei vita eterna in xpo Iesu dno nostro. **S**tendiu pro opere militie debitu reddit non donatur: ideo dicit stipendiu peccati mors: vt morte peccato non imerito illatam: sed debita demonstraret. gratia vero nisi sit gratis data: gratia non est. **I**ntelligendu est ergo etia ipsa hois bona merita esse dei munera: quibus cum vita eterna redditur: quid aliud nisi gratia pro gratia redditur: hec Aug. **I**tem **A**p;stolus ad Ro. estimo inquit qd non sunt condigne passionis huius te poris ad futra gloria que reuelabitur in nobis. Si non sunt condigne: non ergo ex debito iustitie: sed ex dono gratie gloria pro illis datur: vnde glosa ibidem. passionis huius te poris non sunt oēs simul condigne. i. sufficetes: si distincte ageretur nobiscum ad promerendu futuru gloria. **I**tem **S**aluator **L**uce. cum feceritis inquit oia que precepta sunt vobis dicite. serui inutiles sumus. interlinearis glosa: qd scis non sunt condigne passionis huius te poris etc. et est assumpta de expositione **B**ede super **L**uca. **S**ecundo idem antecedens probatur ratione. **I**am constat qd aie carenti charitate simul et gloria: deo qd tum ad neutra est illi debitor: et si det charitate gratis donat. nunc aut nullus diceret qd ex eo qd deus donat aliquod munus alicui fiat ei alterius muneris debitor. ergo non ex eo qd deus gratis dat charitate

cap. 10.

cap. 4.

Aureo? vbi. 5.

Cap. 6.

Cap. 8.

Cap. 7.

cap. 5.

cap. 4.

charitatem debetur consequenter ipsi anime gloria sive beatitudo eterna. **E**t si dicatur qd non ideo debetur alicui vita eterna: quia habet charitatem: aut quia data est charitas illi: sed quia fm accepta charitatem operatur. **C**ontra: qd omnes operationes nostre fm charitate facte et omnia merita nostra sunt dei dona: vt dicit **A**ugu. 13. de trini. et in auctoritate eiusdem preallegata: et per consequens non ex illis est deus debitor alterius premij. **I**tem oia merita non sunt condigna glorie vt eis taq; debita reddatur: sed gratis tantu modo donat: ita qd gratia gratie additur: sicut dicit **A**ugu. **E**t hoc vltimus ifero qd nedum vite eterne: sed nec alicuius alterius premij etermi vel temporalis: aliquis actus hominis ex quacumq; charitate elicitus est de condigno meritorius apud deum: quoniam quilibet talis est donu dei. iuxta illud **A**p;stoli prime ad **L**o. in. **Q**uid enim habes qd non accepisti: nullus actus meritorius est alicuius premij meritorius de condigno. **T**ertio sic. omnis actus hominis etiam mediante charitate elicitus potest a deo sufficienter premiari premio minore qd est vita eterna. ergo aiam pro suo actu meritorio deus gratis acceptat ad vita eternam. consequentia est clara. **A**necedens probatur: quia nullus actus meritorius est nisi vel tam grāde bonum qd est vita eterna: et ita non equiualeus sibi: ac per hoc nec ex debito iustitie ei debetur nisi premium. esto ergo qd sibi aliquod premium a deo deberetur: illud minus esset qd vita eterna. et per consequens si p aliquo dat vita eterna: gratis hoc facit. **C**onfirmatur: quia non apparet quin sufficienter premiaretur aliquis actus quodam actu eiusdem rationis meliore vel etiam alterius speciei perfectionis et ex maiore elicitu charitate: aut etiam per infusionem maioris gratie: aut alterius spiritualis boni possibilis citra beatitudinem homini a deo conferru. **C**ontra ista conclusionem sic arguitur primo. aliqua forma creata est deo odibilis ex natura rei. ergo aliqua forma creata est diligibilis a deo ex natura rei. **A**necedens patet. **I**am iniquitas quilibet est ex natura sua odibilis deo. iuxta illud prophete. videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tuas. **I**tem odium dei est actus sibi displicibilis: nec possibile est qd sit bonus vel deo acceptus. **E**t consequentia. pbatur: quia opposite forme habent ex natura rei oppositos effectus formales: vnde si albedo ex natura rei dat esse albu: etia nigredo ex natura rei dat esse nigrum: non solum voluntarie aut fm aliquod institutum. ergo similiter si odium dei et alia iniquitas dat ex natura sua esse odium et detestatum: dilectio et charitas dabit ex natura sua non fm voluntariam institutionem esse dilectum et acceptum: et per consequens impossibile est charitatem esse formaliter in aliquo et illum non esse deo acceptu. **S**ecundo. deus est rationabilissimus dilector. non enim amat absq; rationabili inductiuo: dilectio autem et amor auantis virtuosi fm rectam rationem meretur redamationem iuxta verbum sapientis leges amicitie describitis. **E**go diligetes me diligo. **P**roter. ergo deus ex natura rei diligit omnem diligentem se et habentem habitualem charitatem. **T**ertio. deus de necessitate diligit iustitiam charitatem et ceteras virtutes: cum ipse necessario et immutabiliter sit iustus et perfectus. nullus aut iustus est: qui iustitiam non diligit fm **A**ugu. **E**t philosophus dicit. i. ethi. qd non est bonus: qui non gaudet bonis operationibus. ergo deus necessario diligit oem animam participantem charitate et alijs virtutibus: et per consequens habitualem dei amor: seu charitas dat anime ex natura rei esse accepta deo. **Q**uarto. contra aliud dictu. vtz qd vita eterna non ex debito redditur operibus factis in charitate. videtur esse **A**p;stolus. 2. ad **T**imo. bonum inquit certamen certam cursum consumaui: fidem

seruaui: in reliquo. i. in futuro reposita est mihi corona iustitie: quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. vbi patet qd pmittēs bona opa sua adiugit sibi reuerari coram iustitie: neq; reddi nisi esset merces iuste debita suis bonis opibus: et p; omnia non tm gratis donata. **A**d hoc facit glosa ibidem sup illo iustus iudex. glosa. vtz qd iustus retribuendo bona p bonis: qd prius misericors retribuendo bona p malis. ad id est alia glosa ad Ro. sup verbis preallegatis. d. gratia iustificationis omne meritū malū deleuit in debito beneficio et iugi confirmat auxilio cui gratia glorificationis iuste redditur in premio. vbi glosa inuit gratia iustificationis indebita dari: gratia vero glorificationis iuste ac ex debito reddi. **A**d idem arguitur rationem: quia aliquis actus bonus iustus meretur vita eternam. **A**necedens patet de quolibet mortali peccato. cōsequetia pbatur: quia nullus actus est tā malus quin aliquis sit possibilis mediante gra tā bonus qd ille est malus. **A**d primam rationem: qd quis aliqua dubia assumat conce rone **A**ug. do psequens. vtz qd aliqua forma creata est diligibilis et reoli vbi acceptabilis a deo ex natura rei: sed non sequitur. **E**t si acceptabilis. ergo acceptatione speciali ad psequenda vita eternam. vnde dico qd ois creatura ex natura sua acceptabilis est acceptatione generali: quia ois entitas actualis vel potentialis acceptatur a deo: vt supra dictum est: sed nulla est acceptabilis ex natura sua ad psequendam vita eternam: aut etia aliquod aliud pmu a deo: sed ex mera ordinatione et voluntate diuina: nec oppositum pbatur ratio. **E**t eodem modo dicendū ad secundam et tertiam: nūc autem non est questio de prima acceptatione: sed de secunda. **A**d quartū dicendū qd cū sit iustitia vnicuiq; reddere qd suū est. i. sibi debitū fm sententia **A**ugu. 1. de libe. arbi. sic vita eterna iuste meritorie redditur operati. **E**t dicitur corona iustitie sicut ei debita est: p talibus opibus meritorijs. **I**ta autem non est simpliciter debita: nec ex natura ipsorum: sed solum ex gratuita ordinatione dei qui ex abundantia misericordie sue statuit tales actus vita eterna pmiare: ppter quā statuta grē legē sibi debita dicitur et iuste retribui: et fm hanc considerationem posset etia dici stipendiu bonorum operum vita eterna. **A**d quē intellectū loquit etia **A**ugu. in lib. de gratia et li. ar. et tamen simpliciter gratis donatur. et vbi dicit **A**ugu. gratia p gratia redditur: vnde et glosa supra per allegato **A**p;stoli verbo dicit. qd vita eterna est gratia p gra. **E**t ideo sicut notat **A**ugu. sup eisdē vbi. 1. lib. ad **S**implicianū. **Q**uis **A**p;stolus dixerit: reddet quasi ita sit ex debito cū in ascendit in altū. **C**hristus captiuus: iustitiam non reddidit: sed dedit dona hominibus non scriptum est qd reddidit: sed dedit dona hominibus. volēs p hoc **A**ugu. inuere qd cum eterna vita. dat iustis: non tā redditur qd donatur. **E**t eodem sensu intelligēde sunt glose adducte. **I**am iustus dicitur retribuendo bona p bonis: et misericors retribuendo bona p malis. non quia non sit vtrubiq; misericordia: sed quia magis apparet misericordia in dando bona p malis: et in dādo bona p bonis generaliter loquendo videtur quedā iustitia ratione conformitatis meriti ad pmu in hac generali ratione: quia vtrūq; bonū est: in hac tamen speciali retributione vtrūq; misericordia est: vnde in glosa priua allegata sequitur immediate: et ipsa tamen iustitia qua retribuuntur bona p bonis non est sine misericordia. **I**dem etia concordat cōmune dictum doctorum dicentium qd deus premiatur vltra condignum. ergo vita eterna non ex condigno debetur meritis nostris etc. **A**d rationem que adducitur concedendum est antecedens et neganda consequentia: sicut bene docent verba **A**p;stoli. **S**tendium peccati mors etc. **H**ec valet pbatio: quia esto qd aliquis actus sit fm se equus bonus vel melior: etia qd alius quis

cap. 6.

Ad pmas

cap. 12.



Et. c. 50. et. 51. Et. c. 10.

Secundo, si nulla intensio esset continua sequeretur qd per aliquod tempus agens naturale potens agere in aliquid passum esset appropinquatum sufficienter passo potest ab illo pati: et in omni dispositione necessaria ad agendum et patiendum: et nullum esset impediens actionem agentis in passum: et tamen non ageret: consequens istud est contra naturam et impossibile naturaliter: ut patet ex primo de generatione. et 9. metaphysicis. et quod fortius est patet esse falsum ad sensum. et ulterius etiam: quia qua ratione hoc contingeret per aliquam rem tempus posset contingere per quantumcumque: et sic nunquam ageret in ipsum. consequentia probatur. ponatur gratia exempli aliquid calefactiuum appropinquatum corpori: et aliquid calidum: et potentia ab illo magis calefieri: et sit in omni dispositione requisita ex parte utriusque ad actionem: et nullum sit impediens ut sumitur in antecedente: aut calefactiuum: in qualibet parte temporis sue presentie: agit in parte calefactibile sibi proxima aut non. Sic si ergo calefactibile illud per illam partem per totum tempus presentie agentis sit continue magis et magis calidum: et per consequens intensio aliqua est continua: cuius oppositum sumitur in antecedente. Si non, ergo non in qualibet parte temporis dati agit: et patet consequentia. Forasan dicitur qd illud actiuum prius per aliquod tempus dispositum passum ad calorem: et in aliquo instanti terminante tempus sufficienter dispositio causat calorem: et in aliquo tempore sequente immediate illud instans disponit ad esse magis calidum. Et cum dispositio sufficienter dispositum ad esse magis calidum: facit ipsum in instanti terminante magis calidum: et iterum disponit: et sic deinceps quod diu erit presens vel fecerit eum sic intensio calidum: ut non possit magis: et sic agens per nullum tempus est presens quin agat vel per formam illam cuius est per se actiuum: vel per dispositionem illius forme: quibus non semper per formam illam agat: nec hoc est necessarium: et tamen intensio forme non est continua in tempore aliquo. Contra primo per responsionem in aliquo tempore hoc actiuum continue disponit eadem partem passi. ergo in quolibet instanti illius temporis passum est magis dispositum: et in aliquo instanti eiusdem temporis precedere. Et ultra. aut in quolibet instanti in quo est magis dispositum: est magis dispositum dispositione alterius rationis a qualibet qua fuit dispositum in aliquo precedente instanti. Verbi gratia. in instanti a. est dispositum per raritatem: et in instanti b. sequente est dispositum per siccitatem: et in instanti c. sequente per aliam formam: et sic semper. Aut non in quolibet instanti est magis dispositum dispositione alterius rationis: sed in aliquo est magis dispositum dispositione eiusdem rationis: qua prius fuit minus dispositum. Primum dici non potest. alias oportet dicere qd in illo tempore infinite forme diuersarum rationum fuissent successive genite et corrupte in illo subiecto: sicut in infinito signari possunt instantia in quolibet continuo tempore: relinquuntur ergo secundum: et per consequens qd intensio aliqua. s. illius dispositionis (quecumque sit illa) sit continua: et habetur propositum. Sed dicitur qd illa dispositio est rarefactio vel condensatio: que non sunt motus per aliquas formas: realiter subiecto inherentes que proprie dicantur qualitates: sed magis sunt motus per se vel locum. ideo enim subiectum est rarius: quia maior locum occupat: vel quia partes eius remotius iacent: et ideo motus talis non est proprie intensio per se communitate queritur de intensione. Contra hoc: quia sicut condensatio et rarefactio est alteratio. et rarefieri est alterari sic magis rarefieri debet concedi esse intensio per raritatem. Præterea. Non videtur verum qd quodlibet quod sit magis tale per aliquam qualitatem fiat magis rarus vel densum. Verbi gratia. cum vna turris vel lapis aliquis durissimus flante vento calefit non est verisimile qd rarefiat et maior locum occupet aut minor quod prius. Item manifeste hoc totum

latur in intensione luminis in aliqua parte multum remota a candelâ: quâ partem candelâ vel non rarefacit vel prius saltem intenditur lumen in parte illa: quod ipsa rarefiat a candelâ: quia candelâ non rarefacit partem remotam nisi prius rarefaciendo appropinquas: quas ut patet etiam si rarefaceret: non sic cito tamen sicut illuminat. Et fortificatur: quia possibile est qd iuxta partem illam in qua intenditur lumen sit agens condensans: et sic simul illa pars condensabitur: et tamen fiet per approximationem candelæ continue magis lucida: nec facio vim: an rarefactio sit dispositio ad lumen vel condensatio: quia si ponatur qd condensatio sit dispositio ad lumen: ponatur qd tunc aliquid rarefactiuum sit appropinquum illi parti: et eodem modo probatur propositum. Præterea. Arguo contra primam responsionem et hanc secundam simul: quia sicut calefactiuum presente in quocumque instanti subiectum est sufficienter dispositum ad calorem. Et nullum adest impedimentum: ipsum subiectum est calidum: sic eodem calefactiuo eodem modo presente: quocumque instanti subiectum est magis dispositum ad calorem: quod esset prius: cum non esset sufficienter dispositum: eodem modo instanti subiectum est magis calidum quod esset prius: et per consequens non solum in dispositionibus calorem: sed etiam in ipso calore est intensio continua. Huius etiam attestatur sensus: experitur enim quilibet cum manu appropinquat igni: et postquam incipit sentire calorem: si in eadem approximatione teneat manum: sentit continue se magis et intensius calefieri. Contra hanc conclusionem potest sic argui: si aliqua intensio continua sequitur qd forma intensa sit infinita. consequens est falsum: consequentia probatur. ponatur qd albedo in a. intendatur per tempus b. c. et sit b. instans in quo incipit intensio. et c. sit instans in quo completa est: et sit c. instans presens. tunc sic: in infinito minor albedo seu gradus vel pars albedinis quod est hec totalis albedo: que nunc in instanti c. est completa acquisita in a. post instans b. ergo hec albedo demonstrando eam totam que est acquisita in tempore b. c. precipue: est albedo infinita. Et loquor hic de maiori parte et minoritate: et similiter in infinitate intensio consequentia patet: quoniam quilibet albedo vel pars albedinis acquisita post instans b. est aliquid quantitatis intensio. nullum autem quantum in infinito est minus aliquo finito. ergo tota albedo est infinita intensio. Item patet consequentia: quia si in infinito minor pars est post b. acquisita quod est hec totalis albedo. ergo hec totalis albedo est in infinito maior quod illa pars et ultra. Et hec albedo est infinita. His autem probatur: quod plus quod in duplo minor albedo quod est hec totalis est acquisita in a. post b. instans: et similiter plus quod in quadruplo minor: et sic in infinito. ergo in infinito minor albedo quod est hec totalis est acquisita in a. post instans b. assumptum patet ex quo intensio ponitur continua. Nam per hoc talis forme sunt partes proportionales infinite. Eodem modo potest probari non esse possibile aliquam formam remitti continue. Nam sequeretur qd forma remittenda esset infinita: quoniam in infinito minor pars eius corrumpitur et in infinitum minor pars quod est ipsa esset prius in ea. Contra hoc idem possunt adduci alie rationes physice que tace sunt supra in principio questionis. Ad hoc etiam videtur esse auctoritates philosophi et Lomen. ait enim philosophus 8. physicis. qd nec augeri nec minui possibile est continue: sed est medium. s. quies et infra. Similiter autem est in alteratione qualibet. non enim sic partibile in infinitum est: quod alteratur: propter hoc et alteratio sed velox sit multotiens sicut congelatio. ubi autem hec ista habet velox ista commentum habet subiecto: Lomen. exponit. i. instanti: videtur ergo mens philosophi esse qd nec augmentatio nec diminutio: nec alteratio est continua: sed interrupta per quietem. Et ibidem innuit Lomen. rationem huius: quia cuiuslibet forme naturalis est dare minimam partem in actu: et

Obiecto nes p. cta.

Et. c. 23.

Et. c. 23.

Com. 6.

illa sit in instanti: ut supra arguendo tactum est. ideo. d. Lommen. ibidem: qd non est hic motus continuus in rei veritate: nisi motus localis qui est velocissimus motuum. Et in fine commenti contra Alfarabi dicentem qd de diminutione motus in vniuersali apparet continuatio: dicit qd iste sermo non est verus: sed non apparet hoc nisi in motibus localibus de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter. In alijs autem motibus in quibusdam est possibile ut apparet continuo. s. ut partes eorum inueniantur non distincte ab invicem. Et in quibusdam non apparet hoc: quia partes eorum non inueniuntur secundum hunc modum. Idem ponit. 3. physicis. videmus inquit qd motus augmenti et diminutionis sunt plures motus et sequitur. Et similiter est dispositio in pluribus dispositionibus. Ad rationem factam rideo negando sequentiâ. Et ad probationem posito casu rideo concedenda est hec: in infinito minor pars albedinis quod est hec totalis albedo completa acquisita in c. fuit acquisita post b. ista tamen non est concedenda: aliqua pars albedinis in infinito minor quod est hec totalis albedo completa acquisita in c. fuit acquisita post b. prima enim est vera: quia plus quod in duplo minor pars quod est hec totalis albedo fuit et. et plus quod in triplo minor. et sic in infinito. unde ista est vniuersalis: et iste terminus minor pars supponit confusio: sed secunda est particularis et ly minor pars supponit determinate: eo qd non sequitur terminum confundere: sicut in prima. Et quia quilibet singularis eius est falsa. Nam quacumque parte demonstrata hec est falsa propter falsam implicationem. hec pars in infinito minor quod est hec totalis albedo fuit acquisita: sicut hec est falsa: hec pars est minor in infinito quod est hec totalis albedo: ideo illa particularis falsa est et sua opposita est vera. s. hec: nulla pars in infinito minor quod est hec totalis albedo fuit acquisita post b. exemplum habetur in similitudine: demonstrata namque aliqua magnitudine: hec est vera. in infinito aliqua pars huius magnitudinis: est minor quod est hec magnitudo: et hec est falsa: aliqua pars huius magnitudinis est in infinito minor quod est hec magnitudo. Primum patet: quia plus quod in duplo aliqua pars huius est minor quod est hec magnitudo: plus quod in triplo aliqua pars et. consequentia patet. et prima pars antecedens verificatur pro quarta parte huius magnitudinis. et secunda pro 8. parte: et sic semper pro alia et alia. Quod autem illa indefinita sit falsa patet: quia quilibet eius singularis est falsa: et sua contradictoria vera. hec enim est vera: nulla pars huius magnitudinis est in infinito minor quod est hec magnitudo. quilibet enim eius singularis est vera: ut patet inductive: concedo ergo illa. in infinito minor pars albedinis et. Sed dico qd non sequitur. ergo hec albedo est albedo infinita: sicut non sequitur in infinito minor pars est huius magnitudinis quod est hec magnitudo. ergo hec magnitudo est infinita. Nam antecedens est verum et consequens falsum. Et probatio consequentie procedit ac si daretur ista. minor pars albedinis in infinito fuit acquisita post b. quâ tamen non concedo. Ad secundam probationem consequentie dicendum est: qd si ly illa. in consequente prime consequentie teneatur relative: vltior consequentia non valet: quia. s. inferitur. ergo hec albedo est infinita. Et ratio est: qd in antecedente eius quod est consequens prime consequentie non fit comparatio huius albedinis ad aliquam eius partem determinate. Nam extremum illius comparationis. vtz hoc totum: illa pars supponit confusio: sicut et suum antecedens ad quod referitur. s. ly pars. acceptum in antecedente prime consequentie. Si vero ly illa. staret demonstratiue: tunc quacumque parte demonstrata sequentia esset bona: sed ei antecedens quod est consequens prime consequentie esset falsum: et prima consequentia non valeret. exemplum patet in hac sententia. in infinito aliquid numerus maior est binario. ergo binarius est in infinito minor

no: quod ille numerus. Nam antecedens est verum: quia plus quod in duplo aliquid numerus maior est binario: et plus quod in triplo aliquid numerus maior est binario: sic in infinito ergo in infinito aliquid numerus maior est binario. Et prima pars antecedentis verificatur pro quinario: et secunda pro septenario: et sic de singulis: et tamen consequens est falsum: si ly ille teneatur demonstratiue: quicquid quod numerus demonstrat per ipsum. Si autem teneatur relative ipsum esset verum. Nam sensus eius esset qd binarius est plus quod in duplo aliquo numero minor: et plus quod in triplo est aliquo numero minor: et sic in infinito: et totum hoc est verum: tamen non sequitur qd binarius est infinite paritatis: aut qd aliquid numerus maior est binario sit infinite: quia etiam non sequitur qd aliquo numero binarius sit in infinito minor. Et his patet responsio ad alias rationes que sunt ad probandum qd impossibile est aliqua remissionem esse continuam. Ad auctoritatem philosophi dicendum qd non est ad propositum. nam intentio philosophi 8. physicis. phi est ostendere: qd non omnia semper mouentur contra quosdam qui dicebant omnia semper moueri et nunquam quiescere: quibus hoc lateret sensum. Et quia ipse. v. d. philosophus non determinabant quo motu vel quibus motibus dicebat entia semper moueri: ideo in quolibet genere motus ostendit hoc esse falsum. Et primo quidem in motibus augmenti. Et. d. qd nec augeri et minui possibile est continue id est semper: sed est et medium scilicet quiescere. istud potest intelligi de vtroque sigillatim. videlicet qd non est possibile rem aliquam semper augeri: sed aliquo tempore augetur et aliquo tempore quiescit: et iterum aliquo tempore augetur. Et similiter de diminutione vel de vtroque simul videlicet qd non est possibile vnam rem augeri et diminui sine quiete media: sed necesse est inter augmentum et eius diminutionem quiescere: et hoc modo videtur exponere Lommen. Quolibet autem predictorum modorum intel ligatur: adhuc stat qd aliquod augmentum sit continuus et in tempore: et similiter aliqua diminutio: quibus nulla du ret semper: et eodem modo. d. philosophus de alteratione. nihil enim alteratur continue id est semper: sed aliquando quiescit: quod potest contingere tamen quando alteratio est subita et instantanea: sicut. d. philosophus de congelatione: quod quando est partibilis et continua: ut ipse statim probat de sanatione et infirmatione: necesse enim est: ut. d. qd cum quis mouetur de sanitate in egritudine: et postea contra qd in medio horum motuum sit quies. Item ostendit postea de motu locali. Nam quedam quiescunt in proprijs locis: et ex illis tantum violenter mouentur ut grauia deorsum: et ideo talia non mouentur continue id est semper et tamen consta qd motus localis et violentus et naturalis est continuus id est non interruptus per quietem media: quibus non omnis sit continuus id est perpetuus: et ideo qui inducunt philosophum decipiuntur per equiuocationes huius termini continuum vel continue. Ad Lommen. autem dicendum qd satis obscure in illo commento locutus est et in certe et plus quod exponeret sententia tertius: nihilominus hec bona videtur fuisse intentio: qd continuitas et diuisibilitas differenter commentum motui locali et alijs. Nam locali conuenit vniuersaliter: quia omnis motus localis est partibilis: et nullus est subitus vel instantaneus: alterationi vero non conuenit vniuersaliter. Nam quedam sunt instantaneæ et non continue: et hoc etiam innuit expresse verba eius allegata: et istud potest habere veritatem: verum tamen vna ratio quam ibi adducit videtur probare vniuersaliter qd nulla augmentatio sit continue et per idem fundamentum quo arguit. posset etiam argui de alteratione: qd nulla sit continua saltem per extensionem: sed illa ratio soluetur in fine. q. quia ipsa tacta est in arguendo ad que stionem: et si commentator sic vniuersaliter ab omni

Et. c. 23.

Et. c. 23.

Et. c. 23.

argumento et alteratione voluisset negare continuitate...

Quantum distictio. Una est q' formatu contingit... ad secundu articulu p'mitto aliquas...

illud lumen in illa parte causatur. ergo vel in primo instati... habetur ppositum vel in alio sequente...

Et. c. 5. 7. et. 8.

si instans presens sit finis illius: ipsa nunc primo est pple... at hoc frequenter replicare deinceps...

tur totu tempus in quo. b. fuit. Et secunda fuisset fal... quonia precedebat totum tempus in quo. b. non fuit...


De potentia scilicet dei absolute



Ad tertium concedo qd immediate erit post vltimū instans sui non esse: accipiēdo ly immediate. mere negatiue. sed si accipiatur infinite. dico qd non erit immediate in instanti: quia nullum erit immediatum prior: sed nec etiā in tempore immediato: si illud tantum dicatur immediatum inter quod & datum instans non est in mediis aliis: quod nego qd pars eius neq; aliud vt accipit argumentum: & tunc dicendum est qd talis res non erit immediate post illud instans sic teno ly immediate: sed primo modo: tantū scilicet negatiue. Si autem tempus illud dicatur immediatum instanti quod terminatur ad ipsum. nec aliquid mediat quod non sit pars eius sicut quēmodum frequenter dicimus. hoc erit vel mouebitur in tempore immediato huic vel illi instanti: sic potest concedi qd illa res erit immediate in tempore: & facta erit in tempore immediate sequente: tamen indiuisibiliter quia in quolibet instanti illius temporis erit facta: sed quia in nullo erit primo facta: nullum sequitur in conueniens. Et confirmatur hoc: quia etiam de facto quilibet habet concedere qd immediate post instans presens filius dei indiuisibiliter erit productus: & angelus qui nūc est immediate indiuisibiliter & simul totus cōseruabitur. & per consequens erit factus: nec tamen datur instans immediatū instanti. & hoc ideo qm̄ in nullo instāti post hoc erit primo factus. Deinde potest argui contra dicta in precedētibus primis cōclusionibus. & specialiter contra vnu quod est fundamentum quasi ceterorum. videlicet qd omnis forma indiuisibiliter perditā habuit primū instans sui non esse: & hoc simul contra aliud ad hoc consequens. videlicet qd nulla forma imparitibiliter perditā habuit vltimū instans sui esse. Primo cōtra hoc sic. Sit aliquod corpus verbi gratia. a. quod suas speciem multiplicet per mediū vsq; ad speculū ex sua maxima distantia per quā potest causare speciem suam: ita qd imaginē sui causet in speculo. & ponatur qd in instanti presente incipiat elongari continue a speculo: cōstat qm̄ in isto instanti imago illa est: aut ergo ipsa vel aliquid eius erit post hoc instans: aut non: non potest dici primū: quoniam cum ipsa non possit naturaliter existere nisi actualiter eaz causante corpore cuius est imago: sequitur qd illud corp⁹ causaret eaz ex maiori distantia: qd ex maxima ex qua potest. quod implicat. & hoc ita sequitur si ponatur qd ipsa remanet siue qd aliquid eius & non ipsa & e conuerso immo si non ipsa: sed aliquid eius sequitur adhuc speciale inconueniens scilicet qd pars poterit esse absq; actu. conseruetur a suo agente: cum tamen eadem parte visiois qua nūc videtur erit dependens: qd totū. relinquatur ergo qd nec ipsa nec aliquid eius erit post hoc instans. ergo erit indiuisibiliter perditā: & tamen habebit vltimū instans sui esse. s. instans presens. & rursus ipsa nō habebit primū instans sui nō esse. alias instans immediatū esset instāti: quod est impossibile. Secūdo idē potest argui de radio causato a corpore luminoso quiescente verbi gratia candela in medio. sit em̄ qd nūc incipiat cādela moueri. cōstat enim qd in hoc instanti est talis radius. aut ergo ille vel aliquid eius habet esse post illud instans: vel nō. primū nō potest dari: qd cū radius nō causetur nisi fm̄ lineas rectas: & post instans sue causationis non sit corpus luminosum & mediū quod est subiectū radij in directa oppositiōe propter motū corporis i casu dato: vel radius ille aut aliquid ei⁹ erit & nō actualiter causabitur & corpore radio: vel ipse erit in alia parte subiecti: qd prius fuit: videlicet in ea que post erit directe opposita corpori causanti lumen: & vtrūq; est impossibile naturaliter. restat ergo secūdu videlicet qd nihil ei⁹ erit. & per consequens indiuisibiliter pdes: & hoc instāns erit vltimū sui esse. ex quo vltra sequitur qd nō habebit primū sui nō esse. Tertio si sit aliquod visibile i sua maxima distantia ex qua potest videri: incipiat nūc

Contra cōclusiones priores nūc arg.


elongari continue ab oculo vidētis ipsum / aut remitti in calore: vel diminui intensiue sequitur qd visio qua nūc videtur est nūc: & post hoc instans nihil eius erit: et tūc vltra: vt prius. Quarto ponatur qd ante oculum sit vnu visibile trichubitale: cuius vnus cubitus sit a. alius. b. alius. c. quorū duo trichubitales. et. b. simul videantur. cōstat qd a. per aliam partem visiois erit presens in alia parte oculi videtur: et per alia. b. sicut alteri parti oculi opponitur. a. & alteri. b. & vtrūq; in parte sibi opposita causat visioem. tunc ponatur qd istud visibile moueatur a dextro in sinistrū ante oculum: sic qd a. creat oppositiōē oculi: & b. succedat in situ ipsius a. et c. quod prius nō videbat succedat in loco b. et sit istud visibile per totum vniformiter coloratum: & sit nūc instāns in quo incipit sic moueri: tunc quero / aut post nūc erit aliqua pars visiois qua nūc videtur totum a. b. aut nulla. non potest dici primū: qd quecunq; sit illa sequitur qd ipsa erit visio alterius partis visibilis: qd nūc est. vel ipsa migrabit de vna parte oculi in alia: & vtrūq; est impossibile. accidēs enī nō pōt naturaliter de subiecto in subiectū migrare. Nec visio vnus rei vtrūq; potest ēē visio alterius patet consequentia: quia illa pars visiois erit visio alius cuius partis visibilis. aut ergo eiusdem cuius est nūc visio. verbi gratia. pars visiois que nūc est visio ipsius. b. partis: erit etiam tunc visio ipsius. b. & si sic cum. b. nō opponetur post eadem parti oculi cui nūc opponitur: sed et cui opponitur. a. & visio non fiat nisi per lineam diametralem sequitur qd visio ipsius. a. migrabit ad partem oculi in qua nūc est visio ipsius. a. aut ipsa erit visio illius. c. succedentis in loco. b. & tunc sequitur qd erit visio eius cuius primū non fuit visio. vel si dicatur qd ipsa remanet in eadem parte oculi: et nihilominus adhuc erit visio ipsius. b. esto qd non sit in eadem oppositiōe: adhuc sequitur aliud inconueniens. Nam per occultationem ipsius a. corrupta erit pars visiois qua ipsum a. videbatur et pars oculi sibi opposita erit euacuata visiois: aut oportet dicere qd. b. causabit in illa parte aliam partem visiois: qua etiam ipsum videbitur: et sic videbitur duplici visiois. Et vltius vel. c. non videbitur: quod est contra sensum / vel videbitur eadem parte visiois qua nūc videtur. b. et qua etiam tunc. b. videbitur: quod est inconueniens ppter vtrūq;. vel. c. dabit nouā visioem / seu in eadem parte oculi in qua nūc est visio illius. b. & sic simul in illa parte erūt due visioes duoz situ distinctoz: quod est etiā inconueniens. relinquif ergo qd nulla pars visiois huius erit post nūc. et habet oppositiōē: qd nūc est vltimum instans visiois: post qd nihil ei⁹ erit: similiter cū semp qd diu durat oppositiō & motus illius visibilis ante oculum ipm̄ videatur in quolibet instāti: tps quo videbit: erit totaliter naua visio: & sic nulla durabit per aliqd sui plusq; per instāns: ex quo etiā pty propositū. Quinto idem potest argui ex septima cōclusionē est. qd oīs forma partibiliter perditā habuit vltimū instāns in quo habuit esse post quod non quodlibet eius fuit. fuit tamen aliquid eius. sit ergo. a. forma que vltimo sit fm̄ quodlibet sui in instāti. b. et post instans. b. non sit quodlibet ipsius. a. sit tamen aliquid eius: & instans. b. sit hoc instans presens. ergo aliqua entitas forme. a. erit post hoc instans: & aliqua entitas forme. a. non erit post hoc instans. sumatur ergo precise entitas forme. c. tunc sic entitas c. est in hoc instanti: et nihil ipsius. c. erit post hoc instans. ergo aliqua entitas habet vltimū instāns



in quo est: & post quod nihil eius erit. consequentia patet. Et prima pars antecedentis probatur: quia tota entitas forme. a. est in hoc instanti: & c. est pars entitatis forme. a. pars etiam altera antecedentis probatur: quia. c. est entitas illa precise de forma. a. que nō erit post hoc instāns. Si autē aliquid. c. erit post hoc instans: iam. c. nō erit precise entitas: que non erit post hoc instans: sed est etiā entitas que non erit post hoc instans: & entitas que erit post hoc instans: quod est contra positū. Confirmatur: quia hoc positū constat qd deus nouit qd precise plus est de forma. a. in hoc instanti: qd erit in tempore immediato huic instanti: & quecunq; entitas sit illud nihil eius erit post hoc instans: & tamen ipsa tota est in hoc instanti: & sic scit illud deus qd nihil eius erit post hoc instans: & tamē ipsa tota est in hoc instanti: & sic habetur propositum. Sexto idem arguitur de actu volūtatē nostre quod volūtas aliquid libere & contingenter. Nam ponatur: qd in hoc instanti sortes velit contingenter. a. cōstat qd for. potest nō velle. a. post hoc instans. & ponatur qd taz cito post hoc instans for. non velit. a. quā cito post hoc instans potest non velle. a. & tunc quero aut post hoc instans volet. a. vel non si sic sequitur: vel qd sortes per aliquod tempus necessario volet. a. quod est falsum. vel qd nō tā cito post hoc instans sortes non volet. a. cito post hoc instans potest non velle. a. quod est contra positum. Non ergo post hoc instans for. volet. a. per consequens nec post hoc instans erit volitio qua for. nūc vult. a. & vltra sequitur qd hoc est vltimū instans esse illius volitionis: post quod nihil eius erit. Septimo potest argui contra octauam cōclusionem ratione illius partis qua dicitur: qd aliqua forma potest esse per instans tantum: sic qd in illo quodlibet eius sit: et prius immediate non quodlibet eius fuit: fuit tamen aliquid eius: & immediate post non quodlibet eius erit. aliquid tamen eius erit. Et hoc autem videtur sequi qd aliquid rei illius erit per instans tantum: cuius nihil fuit prius nec aliquid erit post: quod patet: quia ex quo nō qd libet eius fuit ante hoc instans. ergo aliquid plus est in hoc instanti de forma qd fuerit prius: & illud plus precise sumptum sic tunc est: qd nihil eius prius fuit. Item ex quo non quodlibet huius rei erit post hoc instans sequitur qd aliquid plus est in hoc instanti de forma qd erit immediate post hoc: & illius sic precise sumpti nihil post hoc instans erit: sed istud plus quod est nūc & nihil eius prius fuit & illud plus quod nūc est & nihil eius post hoc instans erit: est vnum & idem: quia quod est vltimū acquiritum est primū deperditum: sicut patet etiam in exemplo posito pro probatione dicte cōclusionis. Nam id lucis quod est precise acquisitum vltimate scilicet in instanti contactus corporis luminosi & alterius repellentis est primo deperditum vel corruptū: sicut & illud aeris quod in instanti contactus est illuminatum sit primo tenebrosū: qd aliqua alia pars aeris illuminati. Ad primū dicendum: qd argumentū quātū ad id quod loquitur de imagine in speculo est valde dubium. cum multi negent tales imagines: & dicunt qd talia que apparent sunt ipsemet vere res. tamen supposito qd imago sit res distincta a re cuius ipsa dicitur imago: dicitur qd non est dare maximam distantiam in qua corpus causare potest imaginem: sed minimam in qua non potest: que tamen maior est qualibet distantia in qua potest. Et per hoc non est aliqua distantia in qua potest causare imaginem in qua manifestare non possit: & sic non habetur vltimum instans esse imaginis: cum corpus sic ponatur moueri: fm̄ primū instans sui non esse: quod est instans quo primo peruenit ad minimā distantiam in qua non potest: & hanc viam prosequendo posset dici: qd non quantumcūq; intensiois species rei in medio sufficit causare imaginem in speculo: sed est dare

Instans ad obiecta. Contra priores cōclusiones

maximam que non potest. sicut supra dist. 3. q. prima in discussione primi dubij dictū est de specie in organo causatiua visionis in anima. Et fm̄ hoc consequenter dicendum est: qd non est dare minimam imaginem possibilem causari. Et ideo quacūq; data post initium elongatiōis corporis a speculo erit aliquid illius imaginis. immo & aliqua imago minor: qd istud sit valde mirabile considerata diueritate partium imaginis. Ad secundum dicendum: qd post hoc instans in casu dato remanet aliquid radij & in eadem parte subiecti in qua nūc est nec in radio est aliqua pars diuisibilis vel indiuisibilis de qua vere possit dici in instanti vltimo quietis. hoc nūc est. & post hoc instans immediate nihil eius erit: nec in tali motu est aliquid radij simul totum corruptum: neq; primo corruptum: sicut nec corpus motum est fm̄ aliquid spatij primo motum aut mutatum. argumentum autem imaginari videtur qd radius sit longus carens omni latitudine et profunditate causatus a punctuali parte corporis luminosi in punctuali parte medi: quod est falsum. Cum vero arguitur: qd pars illa remanere non potest: quia non remanet eius directus aspectus ad eandem partem corporis luminosi. Dicendum: qd falsum est. Nam adhuc potest trahi linea recta ab eadem parte medi ad eandem partem corporis: licet non fm̄ angulum rectum vt prius: & istud sufficit. cum radius etiam causari & conseruari possit fm̄ lineas non orthogonaliter incidentes: vt patet ad sensum. Ad tertium nego maximam distantiam in qua aliquid potest videri et de minimā in qua non potest videri. et similiter nego minimū visibile & de maximum non visibile: infra ea que de hoc latius dicta sunt in tertia. d. q. prima in primo dubio. Ad quartum dicendum qd argumentum supponit visionem esse extensam quod de visione hominis reputo falsum. cum eius visio sit fm̄ me in sola anima intellectiua subiectiua: vt dicam in secundo. intelligitur ergo argumentum de visione bruti: & supponatur qd illa sit extensa fm̄ extensionem oculi. tunc dico qd argumentum accipit qd non quilibet pars rei visē causat visionem suā in qualibet parte oculi: quod falsum est. causat enim in qualibet: licet in propinquo: & causaret intensiorem visionem sui. Tunc ad argumentum dico. dato casu dico qd post nūc remanebunt infinite partes visiois scilicet ille que sunt visioes illarum partium rei visē que tunc sufficienter erunt oppositę oculo & videbuntur. Et vltius dico: qd illa pars visiois ipsius. b. que est in parte oculi sibi propinquo: erit post nūc visio eiusdem. licet remissior qd nūc est: & alia pars visiois b. que nūc est in remotiori parte oculi: & non sic directe opposita erit intensior visio. b. qd nūc est: propter maiorem oppositiōem & propinquitatem. b. ad illam partem oculi. Et notandum: qd sicut rei visē sunt infinite partes proportionales fm̄ extensionem: que tamē sunt equales fm̄ intensiōem vel possunt esse: sic ipsius visiois sunt infinite partes proportionales fm̄ intensiōem: & equales fm̄ extensionem: quilibet enim pars proportionalis in toto existens causat visionem in toto oculo: et ideo quilibet fm̄ extensionem est equalis cuiilibet: et sunt in eodem subiecto primo. Et quia plures tales partes eiusdem rationis existentes vt supponitur nūc de istis: perfectiorem constituunt formam & visioem: & ideo maioris partis proportionalis visio perfectior & intensior est: qd minoris. Et huc etiam testatur sensus. Nam maius obiectum existens vniformiter per totum existens colora-



tum clariorē causat visionem: sic etiam maior massa plumbi citius et velocius descendit q̄ pars eius: non obstante q̄ quilibet pars sit eque grauis: et q̄ totum non sit grauius intensiue q̄ pars: scilicet quantum ad omnem grauitatem. est tamen grauius quantum ad vigorem grauitatis. id est actiuius / vel vigorosius in agendo / vel mouendo. Et ideo potest dici: q̄ grauitas totius est maior virtus intensiue q̄ partis: non tamen maior forma. vnde et philosophus dicit primo celi. si esset corpus graue infinitum esset virtus infinita: quod probat per additionem partium etc. et tamen non esset intensior forma q̄ grauitas partis. Ad argumentum ergo dicendum: q̄ sicut successiue pars. a. mouetur: sic successiue dare totum oculum visio eius corrumpitur: non q̄ vna pars extensua prius / q̄ alia corrumpatur: sed intensiua tantum.

Et sicut non est dare partem primam extensiuam rei vise que egressa sit oculi oppositionem: sic non est aliqua pars visionis primo corrupta: similiter in eo instanti in quo est primo verum dicere. pars. a. tota egressa est oppositionem oculi: in eodem est primo verum dicere. tota visio ipsius. a. seu omnes partes fm intensionem visionis ipsius. a. et partium eius sunt primo corrupte: ita q̄ semper fm successionem partium extensuarum in motu ipsius rei vise est successio partium intensiuarum: vt ita loquar: in corruptione visionis: non autem partium visionis fm extensionem: vt imaginatur argumentum. Ad quintā dico: q̄ aliqua entitas forme. a. erit post hoc instans: et aliqua entitas forme. a. non erit hoc instans: sicut etiam forma. a. non erit post hoc instans: dico tamen q̄ nulla entitas forme. a. est nunc: cuius nihil erit post hoc instans: sed sicut forme. a. aliquid erit post hoc instans: ita cuiuslibet entitatis forme. a. nunc existentis aliquid erit post hoc instans. Et cum dicitur: sumatur precise ea entitas forme. a. que non erit etc. Dico q̄ impossibile est sumere precise eam entitatem forme. a. que immediate post hoc instans non erit: et similiter impossibile est sumere totam entitatem forme. a. precise que erit immediate post hoc instans. Nam casu posito impossibile est signare maximam partē forme. a. que erit post hoc instans: et hoc: quia nulla erit maxima pars eius. Et vterius dico: q̄ deus non nouit q̄ precise nunc plus est de forma. a. q̄ erit immediate post hoc instans: quia nihil tale est: nec etiam nouit maximam partem forme: que erit post hoc instans: quia nulla est maxima que erit post hoc instans. Et si arguatur sic: forma. a. nunc est intensior / q̄ erit post hoc instans: et non est in infinitū intensior / q̄ erit post hoc instans. ergo per aliquem gradum precise est nunc intensior / q̄ immediate erit post hoc instans. Respondeo: q̄ antecedens est verum. sed consequentia non valet. vnde dico: q̄ forma. a. est nunc intensior etc. et non in infinitum intensior: et tamen per nullum gradum precise est intensior / q̄ erit immediate post hoc instans: et causa est: quia nullus erit maximus gradus huius forme post hoc instans: nec erit aliqua maxima latitudo huius forme post hoc instans. Si autē esset dare maximam latitudinem / vel partē huius forme que erit post hoc instans: tunc oportet etiam dare per quid precise hec forma nunc esset intensior / q̄ erit immediate post hoc instans. hec que dicta sunt patēt in simili: sit enī aliquod corpus cubitale: super spatium sibi equale quod sit. a. et incipiat nunc moueri versus aliam partem spatij distantē que sit. b. et sint distantia inter. a. et b. duorum cubitorum. hoc positoin hoc instati in quo hoc corpus habet vltimum quietum esse et incipit moueri continue versus. b. corpus motum habet totum spatium. a. et immediate post hoc instans non habebit totū

spatium. a. habebit tamen aliquid spatij. a. habet ergo aliquid de spatio. a. quod non habebit post hoc instans: et aliquid habet nunc de spatio. a. quod habebit etiam post hoc instans. Et dico: q̄ nihil habet nunc de spatio. a. cuius nihil habebit post hoc instans: nec potest sumi quid precise: habet nunc quod postea immediate non habebit nec illud tale deus nouit sic: nec aliquid est eiusmodi: q̄ probatur: quia si aliquod tale datur: vel est diuisibile / vel indiuisibile / non diuisibile: quia q̄tūcūq̄ paruum diuisibile spatij sit: tempus erit anteq̄ hoc corpus continue motum totum illud reliquerit: et per consequens immediate post hoc instans aliquid eius habebit: nec potest dici: q̄ sit aliquid indiuisibile: quia tunc esset dare fm quid spatij hoc corpus esset primo mutatu a suo loco / vel spatio a quo mouetur: et eadem ratione esset dare fm aliquid spatij ad quod mouetur esset primo mutatum: que sunt impossibilia: vt patet. s. physicoz. Similiter hoc posito illud spatij totum quod habebit hoc corpus post hoc instans: erit minus toto: quod nunc habet sine toto spatio. a. per indiuisibile precise: et per consequens indiuisibile deimptum a diuisibili redderet ipsum minus: quod est impossibile. Similiter hoc posito inter corpus incipiens nunc moueri et. b. est medium spatium bicubitale: et immediate post hoc inter hoc corpus incipiens moueri: et. b. non erit medium spatium bicubitale: erit tamen medium aliquid eius quod etiam nunc mediat: et aliquid eius nō erit medium quod tamen nunc mediat: et impossibile est signare quod precise de hoc spatio nunc mediat: quod immediate post nūc non mediat: seu per quod precise spatium nunc medians est maius q̄ spatium quod immediate post hoc mediat: quod patet: q̄ illud non potest esse indiuisibile: cum indiuisibile non faciat maius: tum etiā quia tunc esset dare primum acquisitum de spatio in motu locali continuo: quod est impossibile: nec diuisibile: q̄ nullum diuisibile erit immediate post hoc instans per transitum a corpore quod incipit nunc moueri: et causa est que tacta est prius in alijs. videlicet quia nullum erit maximum spatium quod mediat post hoc instans inter hoc corpus incipiens moueri et. b. et similiter quia nullum est indiuisibile in spatio: et similiter nec in forma: sed de hoc magis in sequentibus. Et esset in toto simile de spatio super quod est corpus incipiens moueri: et de forma incipiente corrumpi: si spatium sicut continue reliquitur a mobili sic continue corrumpetur. Ad sextum si loquamur de potestate naturali voluntatis cum cōmuni influenza dei: sicut oportet vt argumentum sit contra dicta / vel dabitur minimum tempus naturaliter perceptibile a voluntate / vel maximum non perceptibile: quod minus tamen est omni perceptibili ab ea / vel neutrum dabitur: sed ponatur q̄ quātūlibet paruum tempus est ab ea perceptibile. Si datur primum tunc potest concedi q̄ voluntas potest tam cito non velle sicut cito potest. Nam potest in fine dati temporis non velle et citius nō potest. Et si ponatur in esse tunc actus primo non erit: et non dabitur vltimum instans sui esse. Si vero datur secundum / aut tertium dicendum: q̄ voluntas non potest tam cito post nūc non velle. a. sicut cito potest: sed quātūcūq̄ cito potest adhuc citius potest: et per consequens ipsa non poterit esse non habere hunc actum / vel aliquid eius post nunc: sicut nec ita cito poterit totum actum simul deserere: sicut cito poterit. Et ideo argumentum fundatur super falso. Tertium tamen membrum datum: quo scilicet negatur tam minimum perceptibile / q̄ maximum non perceptibile non apparet rationale. Sed de hoc non oportet ad presens differere. Ad septimum dicendum vt supra in simili dictum est. videlicet q̄ in instanti est aliquid forme plus: nichil tamen est tunc cuius nichil prius

T.c.44. et.46.

fuerit. nec est aliquid tunc quod precise tunc sitet nulla pars eius prius fuerit. Et est exemplum de corpore: quod continue mouetur localiter. Nam quando est primo mutatu adhuc vel illū locū sibi equalem. verbi gratia ad locū. a. constat q̄ habet aliquid de loco. a. quod prius non habuit: et tamen nihil habet tūc de loco. a. cuius nulla pars tēpū prius habuerit: nec potest dari quid precise tūc plus habeat q̄ prius habuit de loco. a. similiter non habet aliquid tunc cuius immediate post nihil habebit: vt supra monstratum est: ita suo modo de forma dicendum est in casu dato.

Tertio videndū est vtrum cuiuslibet formarum habitus forme potest accipi tam fm intensionē q̄ fm extensionem. ideo minimum in forma potest intelligi etiā vtroq̄ modo. Item vtroq̄ modo potest intelligi dupliciter minimum forme: vno modo vt dicatur minimum: quo nihil forme est minus: nec potest esse minus in specie illa. Alio modo illud potest vocari minimum quod potest per se actu separatu subsistere: et nihil eiusdē speciei minus eo possit per se separatu subsistere remanēs in specie illa. Tūc pono aliquas conclusiones. Prima conclusio est q̄ nullius forme de predictis est aliquid minimum fm extensionē primo modo accipiendo minimum: loquēdo de formis partibilibus extēsiue. Hanc probō sic. omni forma extēsiua et quilibet eius parte est aliqua eius pars minor: ergo nullius talis forme est dare aliqua partem minimum: quia nulla sit minor: consequentia patet et antecedens probatur ex eo: q̄ quilibet talis forma et quilibet eius pars est extēsiua et diuisibilis in semper diuisibilia: sicut eius primum subiectum: alioquin vt arguit philosophus in de sensu et sensato: vbi querit an qualitates sensibiles diuidantur in infinita: et determinat q̄ sic in partes inextēsiuas: quas vocat partes in potentia: sequitur q̄ aliqua pars corporis sensibilis qualitate sensibili sibi gratia aliqua pars ignis non esset calida: et aliqua pars nūis non esset alba: si tam calor q̄ albedo esset in partes minimas et indiuisibiles resolubiles. Item eius primum subiectum non esset sibi adequatum: et per consequens nec primum subiectum fm partes. Preterea. Si esset aliqua pars forme minima fm hūc modū illa esset indiuisibilis: et eius subiectū esset aliquid indiuisibile: sicut aliquid opinantur punctum. consequens est falsum: tum quia talia indiuisibilia non sunt in rerū natura. vt probatur in secundo: tum quia esto q̄ essent non possent aliquid eorum esse subiectum forme naturalis: sicut probatur tertio de ce. et mun. vnde punctum nec aliquid indiuisibile potest esse durum vel molle. et sic de alijs: vbi ibi dicitur. Secunda conclusio: q̄ eodē modo loquēdo de minimo: nullius forme partibilis fm intensionem est dare minimum intensiue: hoc probatur: quia si daretur aliquid tale minimum illud esset omnino indiuisibile intensiue: consequens est falsum: tum quia sicut indiuisibile fm extensionem additum alteri non facit maius: sic nec indiuisibile fm intensionem additum alteri facit intensius: et per consequens forma non intēderetur ex additione talium minimorum: et cum tota forma sit resolubilis in talia minima si ponantur: sequeretur q̄ nulla forma esset intensior alia: tum quia quodlibet talium acquirere subitō in instanti: et per consequens vel nulla intensio esset continua: cuius oppositum est probatum: vel aliquis motus continuus esset compositus ex mutationibus vel mutatis esse precise: quod est reprobatum. s. physicoz: et ambe predictae rationes suo modo possent fieri pro precedentī conclusionē. Tertia conclusio est de minimo fm extensionem secundo modo accipiendo minimum scilicet separabile et possibile naturaliter seorsus existere. Et ē conclusio hec: q̄ cuiuslibet talis forme est

T.c.67.

T.c.p. et loquū pro celsum.

dare minimum possibile etc. vel maximum nō possibile minus omni parte sua possibile p se existere in specie illa. vt in albedine: ly nō sit aliqua pars minima inextēsiua: vt patet ex prima conclusione: nō quātūlibet sit qua pars ei? potest diuisa ab alijs per se naturaliter existere: sed est dare minimum que possit / vel earū que non possent est dare maximum: ita q̄ omnis alia maior possit. Et sicut dico de ea que est si diuideretur: sic etiam dico de generabili. videlicet q̄ non in quacūq̄ parua quātitate materie / vel subiecti per se seorsum existente potest: aliqua talis forma naturaliter generari: sed in quolibet specie talium formarū est dare minimum quātitatem subiecti in qua potest naturaliter recipi et existere / vel maximum in qua nō potest et in omni maiori potest. Hanc conclusionem reputo probabiliorem opposita: et magis cōsonam dictis auctoritatis quibus opposita virtute rationum non possit euidenter impugnari. Arguo ergo sic. i aliquāta magnitudine subiecti pot naturaliter saluari forma naturalis eiusmodi: et in aliquāta minore nō potest. ergo est dare minimum in qua potest / vel maximum in qua non: ad sensum premissum: quia probatur: quoniam si signetur stilo aliqua pars subiecti in qua seorsum non possit forma existere: aut in quālibet ea maiore: eam includente possit forma saluari: et tunc illa est maxima in qua non. Aut in aliqua maiore non possit saluari: et tunc vterius trahendo stylum: aliquando deuentum erit ad primam in qua poterit: et illa erit minima in qua sic / vel ad vltimā in qua non poterit: et illa erit maxima in qua non. Non potest autem vtrūq̄ dari scilicet maxima in qua non / et minima in qua sic: quia tunc minima in qua sic / vel excederet maximam in qua non: aliquo excessu diuisibilis: et hoc non: quoniam seclusa aliqua posteriore parte illius excessus: adhuc residuum includit maximam in qua non / et amplius: aut ergo in illo residuo poterit esse forma: et tunc prima data non fuit minima in qua sic / aut non poterit: et tunc sequitur q̄ alia non fuit maxima in qua non. non ergo excedit eam in excessu diuisibilis: sed nec etiā indiuisibilis: quia indiuisibile non redit maius: patet ergo consequentia: et prima pars antecedentis est nota ad sensum. Secunda vero probatur: q̄ sicut dicit philosophus secundo de anima et experientia docet: vnusquisq̄ actus in potentia existente disposita et in propria materia aptus natus est fieri: et non quilibet indifferenter in quolibet: materia autem nulli forme in ea de nouo generabili est fm se absolute et quomodolibet se habens propria potentia / seu propriam susceptiuū: sed taliter / vel taliter disposita: et inter omnes dispositiones materie ad suscipiendum formas quantitas est prima. Unde et forme prime elementorum: etiam sibi determinant proprias magnitudines et quātitates in materijs sicut ex attestatione sensus probat Commenta. in de subiecta orbis: videmus inquit q̄ forma caliditatis quando agit in aquam incipit aqua augeri et crescere in dimensionibus: et vicinari dimensionibus aeris. cum ergo peruenit ad maximam quātitatem aque: tunc subiectum denudabitur a forma aque et quātitate dimensionum aque propria: et recipiet formam aeris / et quātitatem dimensionum propriarum forme aeris: sed si forma non determinaret sibi certam quātitatem in minimo: sed in quātūcūq̄ parua saluari possit: superflua esset actio nature in augendo dimensiones aque propter generationem aeris. Preterea. Absurdum esset dicere: q̄ forma elephantis possit seruari: in tam modica quantitate. quanta est quantitas grani synapis: et tamen oportet hoc dicere: nisi ponatur q̄ forma determinat in minimo certam quātitatem subiecti: et sicut est de formis perfectis et corporum heterogeneoz: sic etiā est de formis quibuslibet que de nouo in materia recipiunt: quibus forte nō sit cō patēs.

T.c.24.

Cap. 1.





qz si sic: vel illam acquirat fortis in tempore ante. a. vel in instanti: nō in tempore ante. a. quia tūc fortis in instanti medio illi? tēporis quo acquireretur ista latitudo excessus esset albidior q̄ erit p̄la. z per consequens nō per totū tempus ante. a. cōtinue equaliter intēderentur eorum albedines: nec potest dici: q̄ illa latitudo excessus acquireretur in instanti. a. tū quia in motu cōtinuo nullum diuisibile acquiritur in instanti: tū quia cum in tota forma acquisita a forte per totū tēpus datū vsq̄ ad instans. a. in clu siue non sint infinite partes equales huius latitudinis excessus: alioquin esset infinita intensio: sequitur q̄ vniformi intensio in aliquo tempore rātū acquireretur precise de forma quantū in instanti: z q̄ minus in aliquo tempore q̄ in sua medietate que sunt impossibilia. Et consequentia patet: quoniam diuidatur tota illa forma in partes equales hinc excessus z sint. 10. quelibet decima erit acquisita in. 10. parte tēporis. Itā tempus z motus z tūc p̄m quod est motus equaliter diuiduntur vt patet. 6. phisicorū: z sic in. 10. parte temporis dati precise tātum acquiritur de forma quā tum in instanti. a. Et quia tota intentio est per cōsequens non plus: sed tantū dē in quolibet instanti acquiritur de forma z per consequens tantū acquiritur in. 10. parte temporis quantū in instanti. Et per illud quod inmediate dictū est cū multa instantia sint in medietate vnus. 10. partis tēporis sequitur: q̄ in medietate. 10. partis tēporis plus acquiratur de forma q̄ in instanti. a. Et vltra ergo plus in medietate. 10. q̄ in tota. 10. z sic p̄m in parte q̄ in toto. Relinquitur ergo. q̄ albedo quā habebit for. in. a. excedit totaz albedinē p̄la. precise per aliquid albedinis diuisibile intensiue: z habebit p̄positum. videlicet q̄ in forma huiusmodi est at̄ quod diuisibile intensiue. Et septimo si non sit dare minimum intensiue in forma sequitur q̄ possibile est aliqua formā remitti in infinitū: consequens est falsum per p̄m philosophū. 5. phy. in fine vbi. d. nulla alteratio potest esse infinita seu durare in infinitū: immo vniformiter nulla trāsmutatio preter lationē circularē. cōsequētia patet: pro eo q̄ si nō sit minima forma intensiue nulla erit remississima: sed quelibet post quātūcūq̄ eius diminutionē vel remissionē poterit adhuc diminui: z remitti: alioquin deueniret ad indiuisibile intensiue: z in remissibilis: quā minor esse nō posset: z per consequens ad minimaz: quod est oppositū positi: z cōcedit p̄positū. Et octauo idē probatur per rationē cuiusdā Doc. quā dicit in tractatu de intensioe formaz. supposito q̄ contraria differant species: z nō possint simul misceri demonstratiue cōcludere p̄positū: z est ratio hec. quā docūq̄ est mot⁹ ab vna forma specifca ad aliā differētē specie: est dare p̄m instans in quo mobile est sub forma posteriori. vt patet. 8. phy. z probatur ratione. Itā est dare vnu tēpus totum in quo est sub forma prior: z vnu totū in quo est sub forma posteriori: z in instanti continuante illa duo tempora mobile non potest esse sub forma prior: vt. d. p̄m philosophus: z est ratio: quia tunc esset dare vltimū instans rei per manētis corrupte per alterationem: quod est impossibile. vt. d. se supra probasse. ergo in illo instanti cōtinuante: mobile est sub forma posteriori: z habetur p̄positū. tūc vltimus queritur: aut forma sub qua est mobile in primo instanti fuisse est remississima illius forme posterioris: aut non? Si sic. habetur p̄positum. Si non. tūc illa species habet indiuiduum remissius medium inter formam priorē: z indiuiduum illius forme posterioris non remississimum. Et quia impossibile est transire de extremo ad extremum nisi transeat per medium: sequitur q̄ mobile ante illud instans primum fuit sub forma posteriori: quia sub forma remissiori posterioris specie: z ita non est dare primum instans forme specificē posterioris: cuius oppositum probatum est.

l.c. 17.

l.c. 92.

Qual. bu. in trac. de intensioe.

l.c. 69.

nem alicuius partis: seu corruptionē: et dicere cum hoc qd remittitur per maiorem mixtionē contrarij fm intellectum datum est implicare contradictoria. Primus etiam modus fm se dari non potest: quia si calor non minuitur: dato qd frigiditas augetur non erit calor remissio: sed tantū frigiditas erit intensior: nec subiectum erit minus calidum qd fuit prius: sed solū modo erit frigidius qd fuit ante: sicut si dulcedo pomi maneat i equali gradu et rubedo augetur non ex hoc erit eius dulcedo minor: aut illud minus dulce qd prius: sed erit tantū modo magis rubeū qd fuit: et per consequēs si hoc modo calor remittit calor non remittit. Si vero dicat secundū. qd frigiditas manet in eodem gradu: sed calor minuitur. Contra primo: quia fm hoc frigiditas non intenditur et tamen miscetur minori contrario: quod est contra opinionem. Secundo: quia fm hoc posito qd sicut minuitur calor: minueretur frigiditas quod vtrūqz deus posset facere: tunc nec calor minueretur nec frigus: et sic vtrūqz minueretur et neutrum minueretur: quod est impossibile: consequentia patet: minueretur enim per positum: et non minueretur: quia non esset minor mixtio contrarij qd erat prius: unde si sit calor. 10. gradū mixtus frigiditati. 8. graduum: non erit minor mixtio contrarij: quia si miscetur calor. 9. graduum cum frigore. 7. gradū: aut si erit minor mixtio contrarij: calor erit intensior: et similiter frigus: quia fm opinionē calor ille est intensior qui frigi est impermixtior: et econuerso de frigore: et per consequens in hoc casu vtraqz forma augetur et minuitur: et si augetur non minuitur: minuitur ergo et non minuitur. Preterea. Si ideo calor minuitur: quia frigiditati magis miscetur: et ideo precise magis miscetur: quod minuitur: sequitur qd ideo calor minuitur: quia minuitur et ideo esto qd contraria simul miscerentur in forma remissa: et qd ad intensiōē vel remissionē forme sequitur maior vel minor mixtio cum contrario: non tamen hoc quod est formā intendi vel remitti: est idipsum quod eam magis vel minus misceri contrario: quoniam talis maior vel minor mixtio presupponit causaliter intensiōem vel remissionē forme fm suas partes intrinsecas. Preterea. Constat qd deus possit annihilare frigiditatem totā que est in subiecto remissa calido: et calorem remanentē minuire eodem modo quo dicitur minui existente simul cum eo frigiditate: hoc posito patet: qd calor remitteretur et subiectum fieret minus calidum: et tamen non magis misceretur contrario: et per consequens non idipsum est formā remitti et eam magis misceri contrario. Preterea. Si deus annihilaret totam frigiditatem existentem fm te in corpore remissa calido: et illud corpus appropinquaret alteri corpori calidiori: quod prius poterat intrinsecare calorem in isto: aut intenderetur calor illius remissio: et calidior haberetur propositū: qd tunc erit intensio sine mixtione cōtrarij: aut nō intēdetur: et tūc sequitur qd forma cōtraria per se tuaret et nō impediret actionem agentis: quod est cōtra naturā. Preterea. Si forma non est remissa nisi per mixtionem contrarij. ergo in quo cūqz est forma sine huius mixtione ipsam est summe tale: et forma illa intensissima: consequens est falsum: quia cum in aere puro non sit frigiditas aliqua: nec etiam aliqua qualitas media inter calorem et frigus: sed caliditas pura: sequitur qd calor in aere puro esset intensissimus: et aer esset calidissimus: et ignis non esset calidior eo. Itē aer potest fieri magis calidus: et iterum fieri minus calidus redeundo ad gradum caloris naturaliter sibi convenientem: et tamen nec prius modo nec secundo modo plus miscetur calor suus frigiditati: quia vt dictum est: in eo nulla est frigiditas. Nam forme elementorum in sua simplicitate existē-

tū sunt simplices: nulli forme contrarie mixte: quicquid sit de qualitatibus corporum mixtorum. Hoc etiā est de intentione Intel. in lib. de concor. prescientie predicet gratie et liberi arbi. vbi vult qd aliquis calor est minor et alius maior: et tamen in minore nihil est frigoris. unde volens ostendere qd beatitudo angelica potuit esse maior qd beatitudo hominis existentis in paradiso: et tū beatitudo hominis fuit sine omni indigentia: exēplo predicto vultur: sic dicens. Sicut nāqz calor magnus est sine omni frigore: et tū potest alius esse maior calor: et quemadmodum frigus est sine omni calore: cum tamen maius valeat esse frigus. Ita nihil prohibet Adam beatum fuisse in paradiso sine omni indigentia: licet maior esset angelica beatitudo. dico ergo qd tū ad hunc articū qd forma non intenditur per maiorem depurationem a contrario: nec remittitur per maiorem mixtionem cum contrario. Quantum possibile est naturaliter siue virtute agentū secundario: contra in aliquo gradu intensio: vel remissio: simul esse in eodē subiecto primo. Hanc conclusionem probo primo sic: si esset possibile aliqua cōtraria in aliquo gradu simul esse in eodē subiecto primo: hoc esset possibile de primis contrariis: scilicet caliditate et frigiditate et alijs actiuis adiuicem et passiuis: consequens est falsum. vt pbabo. ergo et antecedens: p̄ia p̄t̄: quoniam eadem est ratio in omnibus: patet etiam ex concessione omnium cōtrarie opinantium: et ex omnibus argumentationibus quas inducūt ad conclusionem oppositam. falsitatem vero consequentis probo primo: sic impossibile est naturaliter aliqua duo cōtraria talia esse in diuersis subiectis approximatis: fm qd requirit ad agendum et ad patiendum omni impedimento remoto: quā vnū agat in aliud et expellat. ergo impossibile est aliqua talia simul esse in eodem subiecto primo. antecedens est cōmunitē concessum: et per experientiam notum: et consequentia tenet per locum a maiori: magis enim videtur possibile qd contraria talia cōpaterentur se in sitibus propinquis et diuersis subiectis qd in eodem subiecto primo: et ideo sic arguendo consequentia est euidens. Licet non econuerso sequatur: aliqua cōtraria non cōpatitur se in eodem subiecto primo. ergo nec in diuersis subiectis approximatis. Instantia enī habetur in contrariis non actiuis et passiuis adiuicem. verbi gratia. albedine et nigredine que fm veritatem in nullo gradu cōpatitur se in eodem subiecto: et fm cōmunitē concessione non cōpatuntur se in gradibus intensissimis. unde cōmunitē etiā aduersarij concedunt impossibiles esse naturaliter qd albedo intensissima et nigredo intensissima simul sint in eodem subiecto adaequato: et tū in diuersis subiectis propinquis fm sitū se cōpatuntur in gradibus quibuscūqz: vt experientia docet. Preterea. Aut contraria cōposcibilia sunt in eodem subiecto in quātsicūqz gradibus / aut non in quātsicūqz: sed in aliquātsic sic et in aliquātsic non. primum non potest dici: quia tunc cōtraria in suis excellentijs / siue in summo essent cōposcibilia: quod nullus. d. nec dicere potest: quia tunc talia non magis essent cōtraria qd siccitas et caliditas: et albedo et dulcedo. Si dicatur qd in aliquātsic sic et in aliquātsic non: tunc sumantur aliqua duo talia simul existentia in eodem subiecto primo: et sint calor et frigus: et sit calor ille a. et frigus b. tūc quero: aut a. calor potest secum compati precise frigus b. et non magis frigus intensiue: nec minus qd est b. aut potest secum compati magis frigus qd b. nō autem minus. Aut minus tantum: et non magis. Aut tam magis qd minus. Si dicatur primum: contra sic: calor a. non potest cōpati secū in eodem subiecto minus frigus qd est frigus b. ergo maior calor qd est a. non potest secum compati mi-

L6.19. L6.45.

hus frigus est b. et ultra ergo si intendatur calor. a. non minuetur frigus. b. quod est contra opinantes: qui dicunt qd quando unum contrarium intenditur: reliquum remittitur. prima consequentia patet: quonia quanto unum contrarium plus excedit aliud: tanto minus compatitur illi. secundum patet hoc si accipiantur contraria in diuersis subiectis propinquis sicut supra dicebatur. Secunda etiam consequentia patet: quia alioquin post intentionem caloris. a. remissionem frigoris b. in eodem subiecto simul essent maior calor qd a. et minus frigus qd b. quod repugnat antecedenti. Item si calor a. non potest secum copari minus frigus qd frigus b. ergo nec maior calor qd a. potest secum copari frigus b. et ultra. ergo si intendatur calor. a. necessario simul intendetur frigus b. et per consequens quando aliquod calefactiuum intendit calorem alicuius remissio calidi intendit etiam simul frigus existens in eo: et simul facit ipsum magis calidum et magis frigidum qd erat prius: quod est contra omnem experientiam et contra omnes opinantes. consequentia autem probatur primo: quia si datur oppositum consequentis: non erit necesse quando intenditur calor. a. remitti frigus b. quia nunquam agens naturale per se corrumpt aliam formam: nec in toto nec in parte: nisi propter incompossibilitatem forme inducende ut supra: sic etiam opinantes concedunt. si ergo maior calor qd a. est compassibilis toti frigori b. non oportebit aliquam partem frigoris b. corrumpi: ut maior calor qd a. generetur: et sic erit intentio unius contrarii sine remissione alterius secum existens: quod ipsi negant. Secundo probatur eadem consequentia. quia si maior calor qd a. compatitur potest secum totum frigus b. eadem ratione calor a. compatitur secum poterit aliquod frigus minus qd b. quod in eadem proportione se habeat ad calorem a. in qua proportione se habeat totum frigus b. ad illum maiorem calorem qd a. cui dicitur compassibilis. Item ex alia parte: si calor a. non potest secum compari maius frigus qd est frigus b. ergo nec minor calor qd a. poterit stare cum toto frigore b. et multo minus cum maiori frigore qd est b. Et sic ulterius sequitur qd si remittatur calor oportebit simul remitti frigus: et si frigus intendatur non remittetur calor quin potius necessario simul intendatur: que omnia sunt contra naturam et contra opinantes: et consequentia patet ex dictis. Si vero dicatur secundum scilicet qd calor a. potest secum compari maius frigus qd est frigus b. non autem minus. Contra primo: quia si non potest compari secum minus. ergo frigus secum existens non poterit remitti: nisi simul remittatur et ipse calor a. Item nec maior calor qd est a. compatitur secum minus frigus qd b. nec etiam ipsum: et per consequens non erit possibile calorem a. intendi quin simul intendatur frigus existens cum eo. Secundo si calor a. potest compari secum maius frigus qd est b. ergo frigus b. poterit intendi sine remissione caloris a. quod est contra opinantes: et consequentia patet ex dictis. Item sequitur qd maior calor qd est a. poterit stare cum maiore frigore qd est b. ut ex dictis probari potest: et per consequens poterit intendi absqz qd frigus remittatur: immo etiam esto qd simul frigus intendatur. Si vero dicatur qd calor a. potest secum compari minus frigus qd est b. non autem maius: potest primo argui contra hoc quod dicitur qd non potest compari secum maius: sicut contra unam partem primi in eodem que erat eadem cum ista est argutum. Secundo contra illud quod dicitur qd potest secum compari minus frigus. Nam ex hoc sequitur: qd totum frigus b. poterit stare cum aliquo calore maiore qd est a. ad quem se habeat in aliqua proportione in qua se habeat frigus mi-

nus qd est b. quod dicitur posse stare cum toto calore. a. ad ipsum. a. ex quo ultra sequitur: non erit necesse ad intentionem caloris a. remitti frigus b. ut supra argutum est. Si vero dicatur quartum scilicet qd calor a. potest se cum copari maius frigus qd est b. Contra primo: quia ultra pars potest reprobari ex dictis: nam prima probata est contra secundum membrum diuisionis et etiam contra tertium. Secundo. si calor a. potest secum compari maius frigus qd b. aut potest secum compari quantum: cuius maius: et per consequens summam frigiditatem naturaliter possibilem: et sic cum tanta frigiditate quanta est frigiditas aque stare tantus calor quantum est a. et eadem ratione cum tanto calore quantum est calor igitur: stare naturaliter aliqua satis magna latitudine frigiditatis: quod est omnino falsum: aut non quantumcunqz maius frigus: sed vsqz ad determinatam latitudinem. Et tunc ponatur qd calor a. sit in subiecto simul cum tota illa latitudine frigoris qua maiorem secum non potest compari: et huic subiecto appropietur aliquod calefactiuum potens intendere frigus illum: non tamen vsqz ad summam latitudinem graduum frigiditatis possibilem naturaliter et totum hoc est possibile: et tunc certum est qd illud calefactiuum intendit illud frigus. aut ergo remanebit calor a. non remissus post intentionem illius frigoris: et sic illud frigus ante intentionem eius non fuit maximum quod secum poterit compari calor a. quod est contra positum: aut remittetur simul calor a. et aliqua pars eius remanebit. Et tunc contra primo: quonia si totus calor a. non potest simul stare cum maiore frigore: multo minus eius pars poterit: ut supra arguebatur. Secundo: quia si minor calor qd est a. potest stare cum maiore frigore qd est illud datum: ergo et calor a. poterit stare cum aliquo frigore adhuc maiore qd sit illud datum: quod in eadem proportione se habeat ad ipsum in qua ad ipsum calorem maiorem se habeat illud frigus maius: quod ponitur cum ipso stare: et per consequens illud non fuit maximum potens stare cum calore a. ut ponebatur: aut in tali intentione totaliter corrumpebatur calor. a. et cum frigus istud non fiat summum per illud agens per positum erit adhuc remissum: et poterit ulterius intendi: et similiter aliud corpus frigidissimum poterit remitti in frigiditate ad equalitatem illius et sic poterit esse aliquod frigidum remissum sine mixtione caloris: et poterit esse intentio et remissio in uno contrario sine alterius mixtione: et per consequens non est necesse ponere in aliquo gradu contraria simul. Simili modo contra aliam partem potest argui: quia aut calor a. potest secum compari quantum: cuius minus frigus qd est b. in infinitum aut non: sed vsqz ad certam paruitatem frigoris: primum dici non potest: quia tunc cum toto frigore b. posset stare summa caliditas: quod reprobatum est: patet consequentia: quia summa caliditas naturaliter possibile non tantum excedit frigus b. quantum calor. a. excedit aliquod frigus sibi compassibile: si in infinitum minus potest secum compari. Si vero compariatur minus frigus secum vsqz ad determinatam paruitatem frigoris et non ultra: tunc ponatur cum huiusmodi paruo frigore: et appropietur aliquod calefactiuum intendens calorem ut prius dicebatur de calefactiuo intendente frigus: et procedit argumentum penitus eodem modo: et ad eandem deducit conclusionem. Tertia ratio principalis ad conclusionem est: qd si contraria possint se copari in aliquibus gradibus. ergo durities et mollities poterunt simul esse in eodem subiecto primo: et cum omne in quo subiectiue est durities sit durum: et in quo sit mollities sit molle idem poterit esse durum et molle: hoc autem falsum est: qm tunc contradictoria possunt simul

L.c. 10. L.c. 11.

Augusti. cap. 17.

L.c. 9. 27

L.c. 20.

L. 20. L. 15.

L.c. 27.

esse vera: quod patet ex diffinitionibus eorum: ut patet. 4. meta. Durum est quod non cedit in seipsum sicut in superficie: molle autem quod cedit non e contra circumstantio: idem ponitur tertio celi. Et intelligendus est qd nisi propter solitudinem communem nature cursus deus specialiter operetur. Si ergo idem esset durum et molle idem crederet in seipsum et c. sicut in superficie non e contra circumstantio: non cederet in seipsum. Similis ratio posset fieri de rectitudine et curuitate si ponerentur esse qualitates aliquae sicut se distinxerunt et alia inherentes. Si enim idem esset rectum et curuum contradictoria essent simul vera ut probatur ex diffinitionibus eorum. Est enim rectum cuius medium non erit extrema: curuum autem cuius medium erit extrema. Quarta ratio potest fieri de formis contrariis que sunt nate fieri circa animam: ut error et scientia circa eandem conclusionem: virtus et vitium oppositum illi: simul enim possent esse in anima: et simul posset aliquis scire aliquam veritatem et errare circa illam: simul assentire illi firmiter et dissentire: eandem rem velle similiter et nolle: et de eodem delectari simul et tristari: que contra humanam experientiam penitus sunt. Deinde non video quin eodem modo quelibet due forme substantiales vel accidentales possint naturaliter informare eandem materiam: cum nulle videantur impossibiles plus qd contrarie: sic in eadem materia potuerunt simul esse forma palee et forma lapidis vel ferri et forma vini et acetii ossis et olei alie quelibet: quod est absurdum. Pro hac conclusione est Augustinus in enchiridion. Nullus inquit cibus aut potus simul dulcis est et amarus: nullum corpus simul vbi albu vbi et nigrum: nullum simul vbi deforme vbi formosum: et hoc in multis et pene in omnibus contrariis reperitur ut in vna re simul esse non possint. Item philosophus in predicationis capitulo de quantitate. nihil est inquit quod videatur simul contraria suscipere: ut substantia quedam susceptible contrariorum videtur: sed non suscipit vno eodem tempore. Nam nullus sanus est et eger neqz albus et niger simul: nihil aliud simul contraria suscipiet. Et ex hoc probatur qd magnum et paruum non sunt contraria: quia idem simul est magnum et paruum: ad aliud tamen et ad aliud comparatum. Item. 4. meta. probatur qd impossibile est aliquem opinari contradictoria simul esse vera: per hoc quonia impossibile est eundem simul habere contrarias opiniones: et opiniones de contradictoriis sunt contrarie: que tota probatio super hoc sustentatur qd contraria non possunt simul eidem inesse. Item infra contra Anaxagoram ponentem contraria simul esse: propterea quia videbat ex eodem generari contraria: et nihil generatur ex eo quod non est dicit philosophus qd potest stare contingit simul inesse contraria: actu autem non. Et Lommen. ibidem dicitur inquit: qd contraria existunt in simul in eodem potentia est verum: actu autem est falsum. Et ad idem propositum antea. dicit qd omnia contraria non sunt existentia in simul actu: sed potentia: et quod non est actu non e ens. Demum hoc esse de eius intentione nullus ambigere potest qui videat et intelligat litteram eius. 4. meta. Nam ibi ex intentione conatur probare: qd si contraria possent esse simul: contradictoria simul esse vera possunt: ait enim sic. Quonia autem impossibile contradictorium simul esse verum de eodem palam: quia nec contraria simul inesse contingit eidem: et mox sequitur probatio: quod vt dicit. vnum contrarium est priuatio alterius: quod non est intelligendum essentialiter: cum vtrumqz sit verum ens: sed antecedenter et illatiue. Nam ad positio nem vnius sequitur negatio alterius circa idem subiectum: et hoc ideo: quia essentia vnius incompossibilis scilicet naturaliter est essentia alterius in eodem sub-

iecto. Unde ex hoc precise dicuntur esse contrarie: negatio autem circa determinatum subiectum est priuatio: vt patet. 10. meta. Si ergo in eodem sint simul contraria. verbi gratia. albedo et nigredo: sequitur in hoc subiecto esse albedo. ergo in hoc subiecto eodem demonstrato non est nigredo. Et similiter sequitur in hoc est nigredo. ergo in hoc non est albedo: et ultra. ergo in hoc subiecto est albedo et in hoc subiecto non est albedo: que sunt contradictoria. Et similiter sequitur in hoc subiecto est nigredo: et similiter in hoc subiecto non est nigredo: accipiendo. s. esse sicut in actu: quomodo aliquid dicitur simpliciter esse: non aut esse in potentia. quod est esse sicut in actu. Nam quod tantum est in potentia tale non simpliciter et sine determinatione dicitur tale: sed potius negatur esse tale: vt. d. Com. 15. meta. 4. meta. Et propterea concludit philosophus. L.c. 27. Si ergo est impossibile affirmare et negare simul: vere impossibile est et contraria simul esse: sed aut quo. i. s. quid ambo / aut alterum quo: alterum vero simpliciter. i. aut ambo sunt simul in eodem in potentia tantum: qz scz neutrum est in actu: sed vt vsqz potest inesse: sicut contingit quando contraria sunt mediata / aut vnum in actu: et aliud tamen in potentia: qz quando alterum est in actu in re: ita qd simpliciter et sine adiuncto vere dicitur esse in illa re: quia non inuenitur in ea nisi in temporibus diuersis: vt ibi. d. Com. 27. allegat L. 10. meta. ibi quada translationem que manifestior est qz sua et qz nostra. d. et in alia translatione in locototius illius est aliud manifestius sic. et si impossibile est: vt insimul negetur et affirmetur impossibile est: vt contraria sunt insimul: sed quandoqz hoc / et quandoqz hoc. Et ex his ex cuiuslibet mente debet esse alienum qd philosophus opinatus fuerit possibile esse: vt contraria simul insint eidem subiecto primo: nec in gradu remissio plus qd in summo: si eius ratio attendatur. Sed quid de potentia absoluta detur: quid possunt per diuinam potentiam esse simul: dubium pro certo grande est: quonia si dicitur qd sic: videtur statim sequi: qd quelibet alie due forme eadem materiam numero informare: sic anima et forma lapidis simul informare possent vnam materiam: et anima hominis et anima asini: et sic idem videretur simile esse posse asinum et hominem et lapidem. Sed istud vt apparet non sequitur: sed sequitur qd eadem esset materia hominis et asini / vel hominis et lapidis. Quicquid tamen sit de hoc vltimo illato: videtur tamen vitari non posse: quin deus posset qualibet duas formas causare et ponere in eadem materia: ita qd illam informarent: cum nulle videantur magis impossibiles qd forme contrarie. Item quia quecunqz ratio probaret qd posset de contrariis: pariter / vel fortius probaret de ceteris: et sic deus posset plures animas in vna facere materia. Contra hoc autem videtur esse articulus Parisiensis. 27. qui est talis. qd deus posset plures animas in vno producere error: Ad idem etiam valet ratio philosophi adducta que inferit qd contradictoria essent simul vera: si contraria essent simul. Tertio. quia forme contrarie sunt ex suis naturis proprie impossibiles: et ideo per nullam potentiam possunt simul esse: alia non essent impossibiles. Et ex alia parte. cum dicit contrarias formas eidem inesse non dicit formaliter contradictoria / nec euidenter ex suo dicto sequantur contradictoria: eo qd non sit magis euidenter vnam formam contrariam non copari secum aliam contrariam in eodem subiecto: qd vnum corpus non copari secum aliud corpus in eodem loco: immo manifestius sit illud qd hoc: sicut patet. Quod etiam confirmatur: quonia aliqui et multi ponunt qd contraria sunt naturaliter et de facto simul: remissa. Nullus autem adhuc dixit qd

L. 15. L. c. 27.

L. 27.

De potentia dei absoluta.

5. me. 27.



Distinctio

Questio

Articuli 3

Decimaseptima

Tertia

Secundus

So. ciiij.

E.c.32. Ld.32.

in vitroque loco: sic nec in tali motu ad formam vna pars...

E.c.62.

Ld.62.

E.c.2.

Ld.62.

Ld.70.

Quod vero addunt isti hoc esse manifestum in aqua...

E.c.2.

E.c.124.

14.

Cap. 15.

mo: quonia quilibet pars mixta congregat in se diuersas...

disi minimum est magis dispositum vel minus dispositum ad...

que dispositio est: illa autem ipsa...

neque enim iuxta dicto dari duo agentia...



non autem loco simpliciter sursum: quia si fiat propinquior superiori extremitate lancee. Si vero tertio modo moueatur, seque velociter tunc dicendum quod musica non mouetur simpliciter sursum, nec simpliciter debet dici moueri deorsum: eo quod semper equaliter distet a loco sursum et a loco deorsum: sed solum mouetur deorsum secundum quid, sive in respectu: eo quod respectu lancee cuius extremitati inferiori musica sit propinquior: musica mouetur deorsum: et sic patet quod contraria non simul verificatur de ea. Ad id quod additur de anima humana dicendum quod isti termini moueri sursum et moueri deorsum non sunt contrarij respectu eius quod mouetur tamen per accidens. anima vero humana tamen per accidens mouetur sursum et deorsum dum est composita coniuncta: ideo argumentum non est ad oppositum. Ad nona dicendum quod alij termini dicuntur contrarij respectu generis predicabilis quas les sunt differentie non uidentes ex opposito idem genus. Quidam uero dicuntur contrarij respectu generis subijcibilis sive respectu subiecti. Et isti sunt qui successe sive et non simul possunt de eodem pro eodem verificari: ut proxime dictum est. termini primo modo contrarij dicuntur contrarij respectu cuiuslibet speciei illius generis eo quod non ambe tales differentie intrare possunt definitionem eiusdem speciei. Sed non dicuntur contrarij: quia non possunt verificari de speciebus supponetibus pro aliquibus rebus existetibus simul in eodem subiecto. nunc autem argumentum probat hoc secundum et non primum. Ad decimum nego ans. Ad probationem dico quod si temperat eliciat actum malum oppositum actui temperantie per illud actum nulla forma inducet: sed tamen virtus per se habet gradum remittit. Si tamen actus iste fuerit tam fortis ut illam possit remittere. Nam posset esse sic debilis et remissus: ut nec etiam ipsam remitteret. Quod uero contra hoc dicitur. scilicet quod tunc nullus actus alius aliquid inducit: dicendum quod nullus alius actus inducit aliquid dum uirtus manet: sed quod corrupta uirtute nullus alius actus aliquid uirtutis inducat: non sequitur. Si ergo debeat induci uirtus: oportebit prius remitti uirtute: et tandem corrupti: et in instanti quod uirtus primo erit totaliter corrupta: aliquid uirtutis vel dispositionis que fiet uirtutis erit inducitur. nec est pars aliqua: quod si stante qualitate contraria in subiecto non inducitur aliquid contrarij: quod etiam ipsa non stante non inducitur contrarij. Si tamen primus actus malus tam uehemens et intensus esset: ut tota uirtute corrumpere: dicendum quod etiam tunc induceret oppositam formam: sed nec si contraria forent simul. Ad auctoritatem Aug. dicendum quod ille non loquitur de contrariis in eodem subiecto primo: sed de contrariis in diuersis partibus eiusdem totius. ut puta in diuersis membris in corpore animalis qualitatibus inuicem contrariis bene temperatis bona corporalis ualitudinis consistit: et istud satis potest trahi ex precedentibus uerbis. Ad alias auctoritates probantes quod in colore medio sunt contraria. Dicendum quod color medius dupliciter potest accipi. scilicet secundum ueritatem et existentiam: et secundum apparentiam solum. primo modo color medius est color secundum existentiam per se unum: cuius quilibet particula cuiuslibet alteri particule eiusdem ac ipsi toti est unigena et est alterius speciei ab utroque extremo: ut dicitur in Commento. 8. phys. et hic color est medius non quidem per compositionem ex simplicibus coloribus extremis: quoniam si non esset in per se unum: quod ex pluribus actibus diuersarum rationum: quorum neuter alterum informet: non constituitur essentia per se una. unde si rubedo esset sic medius color: non esset unum color per se unum: nec esset color: sed colores extremi: nec esset in aliqua specie distincta ab utroque: sed pars eius esset albedo: et de specie albedinis: et alia nigredo: et de specie nigredinis: non ergo est sic essentialiter compositus: ut aliqui opinari uidentur: sed ita uere in se simplex sicut aliquis extremorum: et per consequens non est medius per compositionem: sed per

abnegationem: quia non est alter eorum: nec uterque simul: et est medius per conuenientiam: et secundum compositionem: quoniam ipse magis conuenit cum utroque extremorum secundum se quam unum extremorum cum altero: ad unum compositum dicitur habere rationem alterius extremi propter causam predictam: quia non simpliciter dicitur nec sit alterum extremorum: sed uterque sit contrarij: sed non perfecta et ultima contrarietate que est solum inter maxime distantia. ut dicitur in 10. meta. et ideo est contrarij non simpliciter: sed quodam modo: ut dicitur in 10. phys. et hoc intendit philosophus in 5. phys. ubi allegat: Commento. 11. Et cum Commento. d. quod in medio est utroque extremo non perfecte: non intelligit quod utroque extremorum sit secundum suam essentiam in eo imperfecte. in gradu remissionis: sic arguentes putant: sed intelligit quod ipsum medium in se forma una existens simplex est quodammodo: non absolute et simpliciter extremum utroque. unde rubedo non est albedo / nec nigredo simpliciter loquendo: sed comparata nigredini dicitur esse quodammodo albedo: et comparata albedini est quodammodo / uel quasi nigredo: per quas locutiones nihil aliud uolunt exprimeret: nisi quod medium minus distat ab utroque extremo: quam extrema inter se: et utroque est contrarij: licet non simpliciter sine ultima et maxima contrarietate. Similiter cum Commento. d. quod cum album transmutatur in uiride: transmutatur in nigrum quod est in uiridi: non intelligit per nigrum in uiridi essentiam aliquam que sit uere nigredo que est extremum: quia tunc non esset transmutatio extremi ad medium: sed extremi ad extremum licet remissum: quod tamen non intendit. Item secundum hoc in tali transmutatione subiectum per se transmutaretur ad duas qualitates contrarias: scilicet ad albedinem et ad nigredinem que dicuntur esse in uiridi / uel si non transmutaretur per se nisi ad alterum: tunc nec transmutaretur per se ad uiriditatem: sed ad partem eius tamen: et sic cum aliquid fit de albo uiride: non transmutatur nisi acquirendo nigredinem precise: et forsitan perdendo aliquam partem albedinis: et ulterius secundum sic arguentes eadem erit transmutatio que transmutatur a magis albo in minus album: et qua transmutatur ab albo in uiride: quoniam etiam in prima transmutatione secundum ipsos acquirit aliquid nigredinis: et perdit partem albedinis. Constat autem quod hec omnia sunt contra intentionem eorum et omnium recte sententium: et ideo dicendum quod per nigrum in uiridi et per album in uiridi: non intelligit nisi simplicem essentiam uiriditatis: que comparat albedini dicitur quodammodo nigredo: et comparata nigredini est albedo non simpliciter: sed quodammodo secundum intellectum premissum: color uero medius secundum apparentiam solum: non est unum color secundum speciem: sed uere sunt plures colores subiecto distincti qui propter suam paruitatem non sunt secundum se distincte perceptibiles: sed iuxta positi uidentur quidam color medius: ut dicit philosophus in de sen. et sen. Hoc tamen potest dupliciter contingere. uno modo per solem iuxta positionem minutissimorum corporum diuersorum colorum existentium: et secundum se imperceptibilium: sicut si pulueres auri et argenti minutissime attritorum simul iungerentur et coadunarentur: ita quod una pars unius esset iuxta partem alterius et sic singule. Et hic modus dicendi de compositione colorum mediorum: et per iuxta positionem fuit antiquorum ut ibi ponit philosophus. Sed alio modo hac contingit secundum philosophum. scilicet non per solem iuxta positionem sed etiam per mutua alterationem et continuationem / ac mixturem talium corporum minorum habentium proprios colores diuersos ab inuicem secundum speciem: sicut contingit in coloribus medijs quos componunt pictores ex corporibus inuicem bene miscibilibus. Ad duo modi conueniunt et differunt: conueniunt quidem quia tam primo quam etiam secundo quodammodo: scilicet est tamen

T. c. 14. T. c. 32.

modo mixto: et illa miscibilia retinet proprios colores: non est aliquis color medius secundum speciem unum in re ueritate: sed semper sunt uere plures: quibus appareat unum medius. Differunt autem quoniam in secundo modo dicitur quod est maior ueritas talium colorum diuersorum quam in primo: quia secundum modum: non solum talia corpora sunt iuxta se posita: sed etiam ad inuicem continuata et mixta: et propter eorum mutuam remissionem magis propinqua uel minus distantia: facta sunt a natura colorum medij cuius apparerent faciunt. Et si dicitur quod philosophus uult ibi ostendere quomodo generantur colores medij ex extremis secundum ueritatem: et non solum secundum apparentiam ut dicebant antiqui: et per consequens secundum eum est dare colores medios secundum ueritatem mixtos ex extremis. Dicendum quod mixtio talium colorum potest dupliciter accipi: sicut etiam de mixture corporum supra tactum est. Uno modo secundum quod corpora miscibilia habentia proprios colores remanent incorrupta substantialiter: quibus sunt alterata et retinentur prius colores proprios quibus remissiones: et sic dico quod color medius apparens non est unum color secundum speciem: sed plures secundum ueritatem: quibus sunt unum secundum continuitatem sive unum continuum: nec sic miscetur huiusmodi colorum quod fiat ex pluribus existentibus in eodem subiecto primo: sicut aliqui putant: nec hoc intendit philosophus ibi: quod patet: quia non dicitur nisi quod in mixtis corporibus necesse est colores commisceri. constat autem quod corpora non sic commiscentur secundum eum quod sunt in eodem loco primo cum apud ipsum non sit possibilis corporum penetratio: ergo nec sic colores quod sunt in eodem primo subiecto: sed sicut corpus mixtum tunc includit plura corpora diuersarum rationum situ distinctorum: sic color mixtus includit plures colores diuersarum rationum subiectis distinctorum. Si uero color gregatum ex talibus coloribus quis uocet colorem uere mixtum: et hoc uelit uocare illum colorem medij secundum ueritatem et non secundum apparentiam tantum: non contendo de nomine. Hoc tamen fateatur sicut ueritas erigit ipsius fateri: quod talis color non est unum distinctus ab utroque extremo coniunctum et diuisum: et cuius quilibet particula parua uel magna sit toti et cuiuslibet alteri particule unigena: sicut est color medius secundum ueritatem: qualis est uiriditas plantarum et rubedo quorundam fructuum et similes colores naturaliter generati: et in multis corporibus: quos medios colores uocamus: nec etiam tale mixtum apparens color medius: uerbi gratia uiriditas est uere uiriditas: sicut ille color plantarum est uere uiriditas: sed est albedo et nigredo que appareret esse uiriditas. Alio modo potest accipi mixtio colorum predictorum secundum quod predictam mixturem consecuta est substantialis corruptio corporum illorum: et generatio noue substantie: et sic mixtur corruptio propriorum colorum: et generatio noui coloris alterius speciei: et qui est unum secundum speciem: et in omnibus suis partibus unigenus ut supra dicebatur: et tunc dico quod iste color est medius et secundum apparentiam et secundum ueritatem: sed tunc ipse est uere simplex in se non compositus essentialiter ab aliquibus coloribus diuersarum rationum: qui ideo etiam uocatur mixtus ex extremis: et compositus: quia ex mixture et compositione diuersorum colorum extremorum per se sequitur eius generatio: quibus ipse sit in se uere simplex: et hoc ut puto est uere intellectus philosophi. Et per hoc patet quod qualitercumque sumat color medius: nunquam concludit duo contraria esse in eodem primo subiecto. Nam si sumat color medius secundum speciem et secundum ueritatem: ille non includit in se contrarios colores. Si uero sumatur color medius qui non est medius secundum speciem ideo alterius speciei medie inter extrema secundum ueritatem: sed secundum apparentiam solum: quibus ille includat in se colores contrarios: illi tamen contrarij non sunt in eodem primo subiecto,

per predicta patet quid dicendum ad omnes auctoritates que uidentur innuere in colore medio contineri extremos. Ad auctoritatem etiam inductam Commento. dicitur in 1. phys. quod quid dicendum. Nam si accipiat color medius secundum apparentiam utroque modo predictorum intelligat. per quod non est contra predicta. Si uero accipiat color medius secundum ueritatem exponendum est. d. quod in medio est utroque extremum in actu: sed non in ultima perfectione. id est medius est quidem actus qui est quodammodo utroque extremum non simpliciter: sicut supra dicebat: quod ipse intelligat per hec uerba non in ultima perfectione: subiectum autem est utroque extremum in potentia pura. id est in potentia pura susceptua utriusque extremi: ideo non est medius: quod est actus medius: sed quod est potentia media. Si autem accipiat color medius secundum apparentiam tamen: clarus esset intellectus auctoritatis: et satis esset probabile eum sic accepisse: cum sue opinionis fuerit ut patebit in secundo. quod miscibilium forme non totaliter corrumpantur: et eodem modo fuerit opinatus de mixture colorum. Siue tamen hec opinio sit uera / siue non: non sequitur quod contraria sint in eodem subiecto primo: ut prius dictum est. Ad duas primas auctoritates adductas in principio quod dicendum quod per mixturem contrarij potest intelligi et compositio cum contrarij: et accessus / seu approximatatio ad contrarij: primo modo non sunt intelligendi philosophus et Commento. sed secundo modo: ut sensus prime auctoritatis sit: quod contrarij sunt impermixta. id est minus prima et accidentia ad contraria sunt magis talia: ut albus quod est nigro impermixtus. id est quod minus accedit ad nigrum / seu minus est partem / seu magis distans a nigro: eodem modo sensus alterius. album non sit minus album: nisi ex mixture contrarij. id est nisi accedendo ad contrarij et diminutum in omni genere est diminutum per mixturem contrarij. id est per accessum et approximationem ad contrarij. Philosophus tamen per ly contrarij intelligi non contrarium positum et proprie dictum: sed priuatio: et tunc esset sensus quod album sit minus album per mixturem contrarij. id est priuationis albedinis: non totale tamen. In omni partem albedinis: sed aliquarum. Nam minus album priuatum est pluribus partibus albedinis quam magis album: et ex hoc dicitur magis mixtum cum priuatione albedinis. et eodem modo ad alias auctoritates. Et utraque responsio satis est sufficiens. Ad aliam auctoritatem Commento. ex. 2. de generatione dicendum quod Commento. loquitur ibi de compositis generis ex mixturem primorum elementorum. et postquam probauit illa esse mixta et terra et aqua: infert quod reliqua duo elementa. scilicet aer et ignis etiam concurrunt ad mixturem: alioquin tale compositum esset frigidum in summo: ut autem supra dicebatur: mixtum potest dupliciter accipi. id est ante corruptionem substantialem miscibilium: et tunc constat quod in mixto sunt substantialiter contraria elementa remissa ad inuicem: alioquin si tamen elementa frigida essent in mixto: mixtum esset frigidum in fine sicut ipsa elementa. Alio modo potest accipi mixtum ex elementis quando elementa sunt substantialiter corrupta et genita et noua substantia: que utroque etiam dicitur mixta non quia substantialiter et formaliter elementa contineantur in ea: sicut in mixto. primo modo sumpto: sed quia ipsius generatio priorum mixturem presupponit: et sequitur: ut quia eius forma est media per conuenientiam: ut supra tactum est aliquantulum et amplius declarabitur in secundo. Et in hac sententia dicit Commento. quod non est tantum frigidum: sed etiam calidum: quia scilicet ad priorum mixturem non tantum interuenit elementum frigidum: sed etiam calidum: alioquin ipsa esset frigida in fine. Nam frigidum non fuisse remissum ex quo ipsa genita est: et sic debet intelligi Commentator: non autem quod omne frigidum purum sit frigidum in fine / nec quod in remissa frigido contineatur formaliter calor.

L. 35.

T. c. 49.

L. 34.

L. 32.

Distinctio. xvij. Questio. iij.



Quarto queritur utrum forma corporalis... distinctio. xvij. Questio. iij. Quarto queritur utrum forma corporalis...

L. c. 79.

L. c. 84.

L. c. 16.

L. c. 31.

L. c. 48.

L. c. 4.

Ad oppositum... distinctio. xvij. Questio. iij. Ad oppositum...

Quaestio... distinctio. xvij. Questio. iij. Quaestio...

ue partis forme videndum utrum pars prior remaneat...

Quantum ad primum articulum est opinio vna... distinctio. xvij. Questio. iij. Quantum...

Dis. Egi

L. c. 10.

L. c. 2.

Egidius quol. 5. q. 3.

Egi. quol. 11. q. 14.

specificum et esse simpliciter: tale autem esse non potest varia... distinctio. xvij. Questio. iij. specificum...

Intererea. Eodem quolibeto. q. 14. a. pposito iprobata... distinctio. xvij. Questio. iij. Intererea...

pcise formā in se nō auctā vel intensam. subm̄ nūc sit magis tale q̄ prius: et similiter vni subiectū sit magis tale q̄ aliud: nō obstat q̄ forma p̄ quā est tale nō sit p̄ se maior intensiue q̄ sit illa p̄ quā aliud subm̄ est tale: et hoc pp̄ maiorē vel minorē dispositionē subiecti ad formā illā: q̄ vis aut̄ iste modus dīcēdi sit multo subtilior: p̄mo: tñ nec ipse cōtinet veritatē. ¶ Q̄ p̄mo p̄mo sic: q̄ si hoc esset verū sequeret q̄ omne subm̄ habēs formā & magis dispositū ad illā q̄ aliud subm̄ habēs simlīc formā & dispositū ad illā: esset magis tale per suā. hęc p̄sequētia patet fm̄ dicta eorū: q̄ si nō esset magis tale. ergo ip̄m nō esset magis dispositū ad talē formā. ¶ Itā fm̄ ip̄os omne subiectū magis dispositū ad formā habens formā magis perficitur per illam: et est magis tale per illā: sed illud repugnat antecēdēti: quare p̄na tenet: sed p̄ns est falsum. patet ad sensum. ¶ Itā posito q̄ aer sit multo magis dispositus ad lumen q̄ aqua vel nubes: et candela parua causet lumen in aere. Sol autē in aqua vel in nube: constat q̄ aqua erit multo luminosior: q̄ aer: et similiter nubes erit magis lucida q̄ aer ipse. Nec valet dicere q̄ sol est maioris virtutis in illuminando q̄ candela: quia esto q̄ ita sit adhuc nisi ipse causet maius lumen intensiue q̄ sit lumen candele: aut subiectū illuminatū ab ipso sit magis dispositū ad lumē q̄ aer nō erit illud magis luminosum: sicut esto q̄ deus sit multo maioris virtutis in causando lumen q̄ sol ipse: si tñ causet minus lumen in subiecto eque disposito q̄ sol illud erit minus lucidus: quod a solo deo illuminabitur effectiue: q̄ quod a sole illuminatus erit. ¶ Itē sequeret q̄ si aer sit summe dispositus ad lumen et illuminetur a candela nō fiet magis lucidus propter maiorē approximationē candele ad ip̄m. ¶ Itē duo causatiua luminis: quoz̄ vni sit multo virtuosius alio. (verbi gratia parua candela et magnus ignis) eque approximata subiectis illuminabilibus et summe dispositis ad lumen: faceret illa subiecta eque lucida: nec agens maioris virtutis faceret suum passum magis tale q̄ agens minoris virtutis: passio vtriusq̄ eque disposito ad actionē suscipiendā: q̄ est contra sensum et p̄ncipia philosophica: & vtraz̄ p̄na patet fm̄ eos: q̄ si sit eq̄ualis dispositio in subiectis erit equalis inherētia forme vt dicunt: & subiecta per consequens eque talia. ¶ Et patet q̄ iste rationes eque procedunt etiā contra p̄mum modū dīcēdi: qm̄ fm̄ eas equalitatē dispositionis subiectoz̄ sequitur equalitas inherētie accidētis ad subiectū: et per p̄ns equalitas illius esse quod dant forme: q̄ nō est aliud fm̄ ip̄os q̄ suus in eē: et illr equalitas participationis forme et terminationis per formā et modi existendi sub forma et ceteroz̄ que dicunt in proposito. ¶ Sed forte dicitur q̄ aliquid aliter loquēdū est de formis que in esse et in fieri depēdent a suis agentibus: cuiusmodi est lumen: et aliter de formis que tñ in fieri depēdent ab ip̄is: vt calor et albedo et similes qualitates. Itā sicut forme p̄mi modi dependent in suo esse ab agentibus: et subiecta nō sunt talia nisi agētibus debite p̄sentibus: sic etiā ad suus intensus et perfectius esse dependent ab eis dē et conditionibus eoz̄: sic q̄ scdm̄ q̄ sua agētia sunt magis vel minus propinqua vel maioris aut minoris virtutis: ita subiecta taliuz̄ formaz̄ sunt magis vel minus talia p̄ suas formas ab illis agentibus causatas non obstante q̄ ille forme inter se scdm̄ suas essentias non mutuo se excedāt. vnde quod in alijs formis faciūt dispositiones subiectoz̄: hoc in istis faciunt dispositiones et proportionēs agentiuuz̄: q̄ vis etiā et iste aliter et aliter perficiant subiecta scdm̄ alias et alias subiectoz̄ rum dispositiones. ¶ Hęc respōsio nulla est: qm̄ propter h̄mōi conditiones agentiuuz̄ nūq̄ subiecta essent magis vel minus talia p̄ formas ab agētibus illis causatas nisi

ab agētibus sic cōditionatis p̄fectio: vel ip̄fectio: forma causaretur. Vnde si de p̄seruaret in aere lumen causatus a candela distāte: et nō coageret ip̄si cādele ad causandū de cetero lumen: aut suspēderet eius actionē quoquo alio modo: et ipsa cādele fieret propinqua aeri illuminato illo lumine p̄ius ab ea causato: et nūc a solo deo conseruato: certū est q̄ ille aer nō ex hoc fieret luminosior. Similiter si essent mille cādele eidē parti acris app̄ proximate: et deus omnū actiones suspēderet p̄ter q̄ vniuz̄: non intensus lumen faceret oēs ille simul q̄ illa sola: eodē modo si sint agētia inegalit virtutis: et deus non impediret actionē debilioris agētis: impediret autē actionem fortioris: non vt oīno nō ageret: sed ne plus ageret q̄ agens debilior: constat q̄ aer nō fieret magis lucidus ab agēte fortiori q̄ a debiliori. ¶ Cōfirmat: qm̄ posito q̄ deus conseruet immediatē totū lumen causatū a cādele: et similiter conseruet totū lumē causatū ab igne magno: sic q̄ neutrum lumen vltterius depēdeat a candela vel ab igne: aut etiam posito q̄ deus in diuersis partibus aeris eque ad lumen dispositis causet lumen vni equale lumini causato a candela: et lumen equale lumini causato ab igne: certū est q̄ vna pars aeris erit lucidior alia: & tamen idem erit agens et idē conseruans et eque proximum. Ergo subiectū vnum sit magis tale per formā q̄ aliud aut ip̄sum vno tēpore q̄ alio: fm̄ q̄ agens est vigorosius aut propinquius: hoc est: quia perfectiorē et maiorē intensiue formā inducit: sicut vna anima est magis deo grata q̄ alia: esto q̄ ex se sint eque dispositę: et agēs sit idē: quia maiorē gratiā deus causat in vna q̄ in alia: immo si vna esset magis disposita q̄ alia et in minus disposita causa: ret gratiā maiorē: illa esset magis grata. ¶ Et similiter est de corporalibus formis q̄ subiectū est magis tale: q̄ forma per quā est tale est maior intensiue: et hoc solo posito erit magis tale: & eo solo remoto nō erit magis tale. ¶ Secūdo arguitur sic. q̄cūq̄ aliquod subiectū sit magis tale per aliquā formā ipsūm transmūtatur fm̄ illam formā. hoc patet: qm̄ alias ipsūm se haberet fm̄ ipsam eodē modo quo prius: et per consequens nō fieret magis tale per ipsam q̄ esset prius. ergo q̄cūq̄ aliquod sit magis tale per aliquā formā: vel transmūtatur ab illa vel ad illā. ¶ Et hoc patet. quia nō potest aliter fm̄ illam transmūtari: constat autem q̄ homo transmūtatur ab illa: quia si nō fieret magis tale per ipsam: sed minus tale. ergo transmūtatur ad illā. ergo in nullo instanti ante finem t̄pis mēsuratis illam intensiōē ipsūm et quilibet pars eius habet totum idē de forma quod immediate post habebit: alioquin aliquid transmūtaretur ad id ad quod est iam transmūtātū: et quod actu habet: et in quo vel sub quo quiescit: que omnia sunt impossibilia. vt patet. 6. phy. Similiter sequitur q̄ in quolibet instanti dicti temporis ip̄m qd̄ transmūtatur aut aliqua pars eius habet aliquid quod immediate prius nō habuit propter rationem eandem. ¶ Respondebitur q̄ subiectū illud transmūtatur ad formā quā prius habuit et actu habet ad quā est iam transmūtātū: non tñ est transmūtātū ad ipsam: nec eam actu habet taliter vel tali modo qualiter ad ipsam habendā transmūtatur. nā habet eā imperfecte & imperfecte participat illam: post transmūtationē autem habet illam perfecte: & ideo transmūtatur ad ipsam perfecte habendā. ¶ Et posset dari exemplum de celo quod totū cathogoreumatice capiēdo mouetur localiter de loco ad locum: vt patet per philosophū. 6. physicorū in soluendo vnam rationem senonit: et per Lōmmentā. ibidem: et tamen eulum semper habet eundem locum totum cathogoreumatice fm̄ rem et substantiā: q̄ vis sit alius et alius fm̄ rationem et formam: quāuis quilibet pars mutet locum scdm̄ substantiam et fm̄ formā: vt ibi dicunt philosophus et Lōmment.

Et c. 1.

Respōsio

Et c. 3.

Et c. 5.

et quilibet diuisio est quedam actus completus hoc secūdo modo. et nulla via diuisio est actus completus primo modo: ideo qualibet diuisio posita in actu: possibilis est diuisio alia: sic in infinitum nisi ponatur quod continuū possit esse totaliter actu diuisus. Ad tertium cum dicitur: quod quantūcumque charitatem deus potest facere concedo: et cum additur. ponatur ergo in esse et cetera. dico: quod non sequitur sic possit poni in esse: ratio est: quod ad illā concessam non sequitur quod illa de inesse sit possibilis: sicut non sequitur: quācūque animā deus potest creare. deus potest causare ergo hec est possibilis: quācūque animā deus creat prima enim est vera: hec secūda est impossibilis: quod non potest deus aliquas vel tot animas causare quin propter illas possit alias causare: ideo illa non potest poni in esse: nec est necessarium quod quilibet propositio vera de possibili possit per illū modum poni in esse: nisi quando est vera in sensu composito. Ad quartum dico: quod deus videt omne charitatem causabilem: ultra dico quod concedo quod non videat aliquā infinitā causabilem: non sequitur quod non in infinitū possit facere maiorem: species non sequitur nullū numerū infinitū factibilem videt deus ergo non in infinitū maiorem numerū potest deus facere. et ecce dens enim est verū: quia omnis numerus est multitudo finita: et tamen cōsequens finem omnes est falsus: sic quibus nulla charitas infinita esset causabilis adhuc in infinitū posset maior finita causari. Ad quintum cum dicitur: quācūque charitas potest fieri a deo successiue tanta potest a deo fieri multā: aliqui negant hanc: sed vti mihi videtur irrationabiliter. Hanc quilibet singularis eius est vera: demonstrata enim aliquid latitudine charitatis successiue factibilis verum est dicere quod illa potest simul fieri a deo: et sic de qualibet. et ideo concedo maiorem. Et quicquid sit de minore: dico quod ea concessa potest concedi etiam cōclusio: que est quod nulla infinita charitas potest fieri a deo successiue: sed ex hoc non sequitur quod intendunt: stant enim simul quod nulla infinita charitas possit fieri successiue: et quod infinitū successiue possit fieri maior charitas finita: sic quod semper quilibet facta erit finita: exemplum. nullus numerus infinitus potest fieri successiue et tamen infinitum potest fieri successiue maior numerus finitus. Ad sextum concedo consequens: et dico quod non est impossibile motū aliquem rectum esse continuū et in infinitum inter duos terminos habito vno intellectu huius dicti quod dicitur motus esse inter terminos duos. vide dico: quod deus potest continue augere aliquam magnitudinem: et mouere corpus aliquod continue super eam: et ille motus esset continuus in infinitum: et eodem modo dicitur de intensioe charitatis: supposito quod charitas in infinitum possit augeri in subiecto: alias argumentum non haberet locum: quia talis intensio charitatis non esset motus. amplius: quibus argumentis hoc non requiratur. ex superabundanti tamen et probabiliter dici potest quod etiam supposito quod esset dare maximam charitatem possibilem: adhuc aliqua minor charitas posset continue intendi in infinitum: et nunquam perueniret ad maximam: quod patet. Hanc data charitate minore que sit subdupla ad maximam: poterit deus causare latitudinem charitatis que sit equalis medietati date in aliquo tempore continue verbi gratia in vna hora: et in hora immediate sequente causare latitudinem equalē medietati latitudinis causate in hora secunda: et sic semper proportionabiliter tardando medietatē charitatis: quo casu posito tot erunt partes equalēs in tempore mensurante continuam intensioem illam quot partes proportionales sunt in illa charitate per cōsequens in infinitum: ac per hoc sequitur quod illa intensio durabit per tempus infinitū: eodem modo potest dici: quod cuiuslibet forme remissibilis possit esse remissio cōtinua in infinitū potest fieri a deo. Ad septimum dico primo: quod talis motus non esset a natura: sed a deo effectiue: non repugnaret tamen

nature rei que sic partibiliter fieret. Et cum dicitur: quod esset aliquis motus sine termino ad quem: dico quod huius propositionis duplex potest esse sensus: vnus quod esset aliquis motus quod non esset in aliquo: sive quod aliquid moueretur et non moueretur ad aliquid: et per quod non valet: alius sensus est: quod esset aliquis motus: et per quem non cōplete acquireretur id ad quod motus mouetur: sic quod eo sic acquisito terminaretur et finiretur motus: seu motū desineret moueri: et in hoc sensu dico quod non esse impossibile: non enim est de ratione motus quod isto secundo modo habent terminū ad quem: sed primo modo tamen. Ad octauam nego quod non enim sequitur: quod si in infinitū charitas possit augeri quod sit possibilis aliqua charitas infinita. Et est: quod esset aliqua talis charitas causata in finita: adhuc non esset infinita perfectio eo modo quo deus. Et si dicatur contra primum dictū quod talis species charitatis importabit infinitos gradus possibiles charitati: quod quilibet est perfectio quedam possibilis. dico quod istud non est incōueniens: quoniam species aie humane importat etiam infinitas possibiles aias: et vniuersaliter quilibet species in qua possunt esse plura individua importat infinita individua possibilia: sive hoc sit proprie dictum: sive non: et quodlibet individuum aliqua perfectio est. Ad nonā nego aīas: et vltimū dico quod talis processus in infinitum intensioe actus non est processus ad esse dei. Hanc talis poterit esse huiusmodi processus quod illū nunquam erit aut esse poterit actus infinitus: sed semper finitus: sicut etiam procedendo in infinitū in causatione aīas sicut possibile est. Et ipsi sic arguētes etiam cōcedunt. non veniunt aliqui ad multitudinem aliquā infinitam aīas causatam: nec per talem processum in numeris veniunt ad numerū aliquē infinitum. Item dato quod iste actus dilectionis diuine fieret aliqui infinitus: adhuc non sequitur quod esset deus: vti patebit in dist. 4. Ad decimū cum dicitur: deus non est tamen diligibilis a nobis quātum est diligibilis a se: dico quod si ly tantū et quātum notant quātitatē obiecti diligibilis: vti sit sensus: quod plus de deo diligibile est ab eo: quod a nobis: falsa est propositio: nihil enim est in deo quod non sit a nobis diligibile. Si vero notent quātitatē dilectionis: vti sit sensus quod non tanta. i. eque perfecta dilectione diligibilis est a nobis quod perfecta dilectione diligibilis est a se. concedo propositionem. Et cum dicitur: quod non est diligibilis a se plus quod in infinitum. i. plus quod in infinite perfecta dilectione: concedo. Et vltimū concedo: quod deus non est a nobis diligibilis eque perfecta dilectione: sed ex hoc non sequitur: quod sit diligibilis a nobis in infinitū perfectiori dilectione: quia ex hoc non dabitur: nec sequitur quod possit dari aliqua dilectio infinita in nobis: sed quilibet erit finita: vti frequenter dictum est. Et preterea si daretur aliqua infinita: adhuc non esset eque perfecta cum dilectione dei: quia ipse diligit se: vti patebit infra. Ad vndecimam dicendum: quod non est ad propositum: eo quod non pono talem processum intensioe esse possibilem per potentiam creature: sed dei. Ad duodecimā supposito charitatem Christi esse finitam: dicitur per aliquem quod non est impossibile simpliciter respectu potentie absolute dei causari perfectiorem charitatem: et tunc ad magistrum dicitur: quod intellexit de potentia dei ordinata: non autem de absoluta: vel potest dici finem eisdem quod illud dictum est: non quoniam maior charitas a deo sit factibilis: sed quia anima illa non est maioris charitatis capax: sicut si cyathus esset plenus optimo vino: non posset sibi plus: seu maior quantitas vini infundi: et tamen maior quantitas vini posset a deo causari: sic anima Christi fuit: et est tam plena gratia et charitate: vti maiorem capere non possit. Et responsum haberet veritatem: si capacitas anime non posset augeri: aut saltem non in infinitum: tunc enim diceretur quod charitas illius anime fuit maxima possibilis: prima solutio minus dubia est. Ad

ad. 75.

ph. r. r. c. 67.

ph. r. r. c. 60.

de aia. c. 4.

cap. 2.

id quod addit: quod ipse meruisset augmentū sue charitatis: nego cōsequentiā: et hoc ideo: quod est quod sua charitas non esset infinita: nec maxima possibilis: adhuc non sequitur quod potuerit mereri augmentū sue charitatis. Ratio est: quod nunquam finem animā fuit viator: sed ab instanti sue creationis vidit deum facie ad faciem: et nunquam ex parte: vti dicit Augustinus. q. 2. per cōsequens nunquam fuit in statu merendi sue charitatis augmentum: sicut nec beati angeli nunc merentur augmentū sue charitatis. Ad primum argumentū principale cum dicitur: magnitudo non potest fieri maior in infinitū. hec neganda est: vti patet ex dictis. Et cum probatur: quod sequeret quod posset esse magnitudo actu infinita: potest dupliciter responderi vno modo cōcedendo cōsequens: sed de hoc infra. dist. 4. v. videbitur. Alio modo negando cōsequentiā. Et ad probationē cōsequentiē: que est ex dicto philosophi dicitur quod quātā cūq; magnitudinē cōtingit esse in potentia tantā cōtingit esse in actu: potest concedi propositio ista in sensu diuisio nis. sed tūc non infertur propositū. Si autem sumatur in sensu composito: vti intelligatur hanc esse possibilem. quantācūq; magnitudo potest esse: tāta est: hec propositio neganda est ab illis qui tenent non esse possibilem magnitudinē infinitam actu philosophus tamē habet illā ponere finem principia sua: et ratio est: quia augmentū magnitudinis dicitur fieri per appositionē magnitudinis ad magnitudinē non finem finem tēpus per appositionē noue magnitudinis: sed magnitudinis preexistētis: cui nulla magnitudo finem ipsum possit fieri de nouo: et intelligi per magnitudinē materiā quantā: quia siue quātitas sit res distincta a materia siue non: nunquam tamē finem ipsum magnitudo magnitudini additur: quin addatur materia quā materia autē nulla noua fieri potest finem ipsum. Ex quo sequitur finem opinionē eius quod omnes magnitudines possibiles addi alicui magnitudini: actualiter existunt: et per cōsequens: rauta magnitudo ex omnibus resultat quantā est possibilis: nec est scienda vis vtrū resultat vna numero vel non: vtrū vna cōtinua vel non: quia posito quod ex omnibus fieret vniū occupatū numero cōtinua: illud non esset maius: nec plus occuparet quod omnes nunc simul: sed in intētio philosophi est quod non sit possibilis maior magnitudo quod est magnitudo celi id est totius mundi. vnde tantū dē ad hoc dedit: si magnitudo posset in infinitū augeri: posset esse aliquod maius celo: sed quia istud principū est in se falsum: et hoc cōsequens non est impossibile. ideo illud dictum a theologis cōcedendum non est: nec per cōsequens illa cōsequentiā approbāda. Ad probationē Lominen. non oportet respondere: quoniam magis est quedā rhetorica persuasio quod cogens probatio. Ad illud quoque quod de charitate in simili forma arguitur patet quid dicendum est ex dictis. Ad secundū cum dicitur: quod omnium natura cōstantius et cetera. dicendum illā propositionē non esse verā per respectū ad potentiam dei id est intelligendo: quod habeant quilibet natura: lia gradū vltra quem per dei potentiam non possunt augeri. Ad tertium dicendum: quod Augustinus loquitur de magnitudine charitatis finem: sed in cōparatione ad effectū charitatis extrinsecū: vti illa dicatur maior charitas a qua procedit effectus exterior: signū maioris charitatis interioris: et quia i vita ab homine maior charitatis effectus non potest procedere quod animā suā ponere pro amicis: siue ab dilectis. ideo causata charitate a qua hoc procedit: nulla potest maior esse in cōparatione ad effectū: cum hoc tū fiat quod duarū charitatum a quarū vtraque prouenit: vel proueniret si opus esset expositio aie pro amicis vna sit alia intensior: et maior essentialiter: et eius etiam actus interior elicitus sit intensior: quod extrinsecus sit equalis: sicut patet de charitate patris: que finem habitū et essentiam vtriusque maior fuit quod charitas patris: vti ipse pro amicis paratus esset ponere animā: ipse dicitur secūda ad corin. Ego libentissimē impēdā et superimpēdā pro vobis: et hoc effectus null

lus potest esse maior extrinsecus charitatis effectus. Iuxta illud Saluatoris Johā. maiorē hanc dilectionē habet ne mo et cetera. vbi dicitur glofa. ponere animā pro fratribus non est dilectio: sed dilectionis effectus. Et quod ista sit intētio Augustini patet. Hanc nullo iterposito subdit verbis allegatis maiorē autē charitatem nemo habet vti animā suam ponat quis pro amicis suis. ergo illa charitate finem eū maior non potest esse per quā quis animā ponit pro amicis: quod de magnitudine intrinseca non potest intelligi: vti probatū est. Hoc etiam cōfirmatur ex alio. Hanc charitas patrie maior est charitate vie in eodē: quod probatur finem dictū allegatū Augustini. In via minuitur cupiditas charitate crescit. vbi ergo nulla cupiditas ibi maior charitas: in patria autē nulla cupiditas erit. in via autem semper cum charitate est in quolibet homine cupiditas: sicut patet per eundē primo retract. vbi ait. Ardo: quippe charitatis sequēdo deo factus idoneus: et tam magnus vti vitia cuncta cōsumat in hac vita nasci et crescere potest: pericere vero propter quod nascitur: vti nullū in finem homini vitium non cōsequer hoc potest: illa vero charitas per quā quis ponit aīas pro amicis in hac vita: et per consequens cum vitio seu cupiditate potest haberi. Ex quo sequitur: quod tanta charitate quāta non potest esse maior finem sensum Augustini in loco allegato potest esse aliqua finem essentiam maior. Hoc quoque patet per eandē in capitulo eodē. vbi allegatur in arguēdo. d. in ench. Hanc postquam dixit. maiorē charitatem nemo habet et cetera. immediate eā cōparat ad charitatem patrie di. ibi autē scilicet in patria quis explicet quāta erit charitas. vbi cupiditas quāz coercēdo super nulla erit: quoniam summa sanitas erit quādo contentio mortis nulla erit: vbi manifeste innuit quod illa charitas que sine cupiditate erit: maior erit quod ista quāz dixit esse tante magnitudinis quā maior esse non possit. Vel breuius potest dici: quod cum charitas dicitur tribus gradibus scilicet incipientium perfectiōrum et perfectorum: charitas perfectorum maxima est. Nam ex ea prouenit vti animā suam ponat quis pro amicis: sic tamen accepta habet latitudinem diuersorum graduum: cum non omnes tales sint in equali charitate: et tamen quālibet vocat maximā Augustinus: propter quod patet: quod non accipit maximam sicut in questione.

cap. 7.

ca. penul.

Distinctio. ix. r. r. Questio.

Quia distinctionem. ix. r. r. simul quero. Circa vtriusque persone diuine sint equalēs magnitudinē et potentia. Et videtur primo quod non sunt equalēs magnitudinē: quia in personis diuinis nulla est magnitudo. ergo ipse non sunt equalēs magnitudinē: consequentiā patet: antecedens probatur: quia magnitudo continua est in deo. Secundo videtur quod non sint equalēs potentia sic: pater est omnipotens: filius autem non est omnipotens: ergo filius non est equalis potestati cū patre. consequentiā patet. et similiter patris pars antecedentis: iuxta illud symboli. Credo in deū patrem omnipotentē. Sed secunda probatur: quia si filius esset omnipotens filius posset generare filium sibi equalē: consequens falsum est: et consequentiā probatur per consequentiā Augustini contra Maximum: per quam probat patrem genuisse filium sibi equalē: vti ponitur in littera. 2. o. d. ait enim. si pater filium minorem: aut non potuit: aut non voluit signere equalē. Si autem dicitur quod non voluit: cum inuidium esse dixisti. Si autem non potuit. vbi est omnipotentia patris: et infra. si non potuit infirmus fuit et cetera. Si autem hec consequentiā bona est. illa etiam bona est: cum procedat ex opposito consequentiā in oppositum antecedentis.





**C**irca distinctionem . 24. in qua magister inquit quomodo termini numerales. vt vnus duo tres dicatur de deo et personis diuinis . . .

**Comē. 11.** si de continuo: sicut patet per Commen. 5. metaphys. vbi ait. Et debes scire: qd illud qd est huiusmodi est indiuisibile in quantitate tñ. si non habet solum est principii numerorū: si habet est pñctus: et illud qd est tale in vnoquoq; generum est simplex in illo genere. . .

**Ad oppositum** arguitur per illud Deut. 6. Audi israel dñs deus vester deus vnus est. et. 12. meta. ait philosophus. vnus ergo princeps: per quem non nisi deum intellexit. **In hac questione** duo erunt articuli. . .

illorum: et per oppositū illud ens dicitur indiuisum in se quod nō est aliqua sic adiuicē diuisa. Vel in alijs verbis et redit in idē. illud est diuisum in se cuius est intrinsece aliquod qd nō est ipsum. . .

cap. 15.

T. c. 2.

T. c. 11.

T. c. 21.

T. c. 11.

T. c. 17.

T. c. 17.

T. c. 17.

T. c. 3.

Comē. 3.

sis natura. sicut anima et corpus non vtiq; vnus. Quid enim tā diuersum nisi addatur aut subintelligatur quid vnus. i. vnus homo aut vnus animal. Secundo idem probatur per argumentationem August. qui. 2. de libe. arbi. probat nullum corpus esse vnus ex hoc qd quodlibet corpus habet partes. . .

est vnus: et omne vnus est ens et hoc ipsum cōmunitur ab omnibus cōceditur: sed istud esset falsum: si nullū cōpositū esset vnū: cū ipsum sit vere ens. . .

*2m ego vni. et. 12. meta. singularit et simpliciter sine additu. nō dicitur in se re indiuisibile. nō vnus sit vnus totū in qd sit indiuisibile in se. nō qd sit vnus pñctus ab alijs de) n. m. creatur pñcti vni. et. 12. meta. n. tñ diuisibile. apudlib. alio sit multa qd opponit vni nō vnus totū in diuisione in se nō in diuisione ab alijs aut diuisione nē ff.*

funt in triplici differentia. Nam quorundam sunt partes que constitunt unum hoc aliquid sic fm se naturaliter cōtinuum cuius motus est indivisibilis fm modum loquēdi philosophi. 5. metaphys. ca. de vno. i. cuius non potest vna pars localiter moveri alia quiescere: et talia sunt corpora que proprie dicimus continua. Quorundam vero partes constitunt unum hoc aliquid fm se: non quidem per naturam: sed artificialiter continuum modo pōtō: sicut paries compactus ex cemento et lapidibus: et si cur domus et navis et huiusmodi talia. Quorundam vero partes neutro modo cōstitunt unum hoc aliquid per se continuum: sed quilibet partium est fm se unum hoc aliquid pōtō: et distinctum ab alia parte nulla actione noviter facta: et ipsam moveri localiter possibile est alia quiescente: quomodo se habent partes exercitus et acervi. quocirca istorum modorum aliquid habeat partes ipsum est vere multa. non tamen eodem modo. Nam qd̄ habet partes quarto modo est multa hęc aliqua: siue quorum quodlibet est fm se hoc aliquid: et omnia simul nō sunt unū hoc aliqd̄. Ad vero habet partes tertio modo est multa que non sunt plura hęc aliqua: sed unum: quōis non per naturam. Ad vero habet partes primo vel secūdo modo est multa que sunt tm̄ unum hoc aliquid per naturam: et per consequens nullum talium est unum simpliciter. Cum ergo philosophus dicit: q̄ homo et quilibet res cuius est definitio vna: est unum: et non multa: nō intelligit: q̄ sit unum simpliciter: sed q̄ est unum hoc aliqd̄ per se. et non per artificium: et nō est multa quorum quodlibet sit hoc aliquid fm se sicut acervus: aut omnia sint unum hoc aliqd̄ per ligamentum solūmodo vel artificium. Et quōis simpliciter proferat q̄ est unum: nō tamen est simpliciter dictum illud intelligēdum: sicut etiā 5. metaphys. inter ea que sunt unum per se ponit ea que sunt continua per ligamentum: et simpliciter enuntiat illa esse unum: cum tamen constat ea esse vere multa. Hęc etiam ratione conceditur a recte intelligentibus: q̄ quilibet singularis homo et quilibet ignis est ens: et unum ens et vna res. Ideo videlicet quia est unum: hoc aliquid: vt dictum est: qd̄ nō conceditur de populo vel acervo: quia neutrum est unum hoc aliqd̄: quia tamen illa predicata ens res: vna res cū predicantur de huiusmodi subiectis: vere supponit pro pluribus entitatibus: sicut et ea de quibus predicantur: ideo simpliciter et magis pprie de quolibet illorum dicitur q̄ est entitas et entia: sicut etiam quōis simpliciter concedatur q̄ vna domus est vna res: verius tamen dicitur simpliciter loquendo q̄ est entitates plures: et res plures: et ideo cū illa simpliciter proferuntur: non sunt simpliciter: sed cum adiuncto intelligenda. Quantum ad aliud qd̄ sequitur dicendum: q̄ philosophus et Commen. partes quarto modo dictas: et aliquando tertio modo vocant partes in actu et existētes in actu et distinctas actu: et congregata ex eis dicit non esse unum in actu: aut non nisi per ligamentum: et hoc ideo: quia nō sunt unum hoc aliqd̄ fm se per naturam. Partes vero primo modo dictas que dicunt partes essentielles: scilicet materia et forma: et secūdo modo que vocantur partes quantitativę vocant ipsi partes in potētia et que existunt in potentia: et distinctas in potētia: nō quidē quia huiusmodi partes non accidentaliter actualitate presentie sint: sed solum possint esse in rerum natura. hoc enim penit̄ falsum est: sicut patet ad sensum: etiā nec congregata ex eis essent actualiter: nec et quia vna non sit actualiter diversa et distincta ab alia. Nam absurdum esset dicere q̄ palmus corporis celi existens in oriente non sit distinctus et diversus a palmo celi in occidente: et q̄ anima non sit distincta a corpore: loquendo de diviſione et distinctione fm modum supra dictā. hęc enim

actualiter vera est. palmus orientalis non est palmus occidentalis: et simpliciter hęc est actualiter vera: anima nō est corpus. Sed ideo sic vocat eas: q̄ nulla fm se est unū hoc aliqd̄ pōtō: et distinctum ab alia: vt partes de quibus est dictum: sed omne simul sunt unus hoc aliqd̄: et propter hoc addunt q̄ congregantur ex talibus: non est plura in actu: sed unum. Quod autem iste sit intellectus eorū patet. Primo quidem de partibus essentialibus. tertio celi per Commen. vbi loquens de materia dicit. Hęc est subiectum positum non est in potentia nisi in quantum nō est in actu. in quantum est non in actu est pars alicuius quod est in actu. Et infra subdit: si ergo inveniatur per se et singulariter non fm q̄ est pars alicuius non est ens in potentia: sed in actu: ens enim in potentia non inveniatur nisi in ente in actu: et si separaretur esset ens supple actu. Ex his patet: q̄ ideo dicit materiam esse ens in potētia: quia est pars eius quod est in actu. i. alicuius quod est unum hoc aliqd̄ fm se. vnde vt ait si separaretur et esset per se singulariter esset ens actu: quia scilicet esset fm se unum hoc aliqd̄ pōtō: et distinctum: non constituens cum aliquo alio unū hęc aliqd̄. Et sic intelligere vbiq̄ declarat per illud quod subdit dicens: Et hoc intendimus cum dicimus in hoc loco de prima materia q̄ est nō ens in actu: et ens in actu non distinctum ab eo: et hęc est intentio mei sermonis: q̄ est in eo in potentia. De partibus vero q̄ titatiuis in continuo q̄ eundem habeant intellectum: patet per eundem secūdo de generatione super illo capitulo. De elementis autem ex quibus corpora cōstituta sunt. vbi ait q̄ partes in continuo sunt in potentia partes quousq̄ dividantur et fiant partes in actu. Cōstat autem q̄ per solas diviſiones nulla entitas sit que prius non esset: sed tantūmodo quod non erat fm se unum hoc aliqd̄ sit unum hoc aliqd̄: et illa que erant unū hoc aliqd̄ sunt plura hęc aliqua. Et ideo cum dicitur: q̄ continuus est multa in potentia tm̄ et non in actu. duplex sensus potest hic distinguī. Unus fm q̄ ly in potentia: et in actu. possunt determinare cōpositionē seu verbus: et tunc equivalet dictū illud huic. continuus potest esse multa: et non est multa: et sic est falsum. Alius sensus potest esse fm q̄ ly in potentia: et in actu. possunt determinare predicatum fm se: et tunc equivalet huic: continuus est multa possibilia: et non multa accidentalia sine actu existētia: et hoc est verū accipiēdo esse potētiā et actuā siue ens actu fm intellectu datū supra immediate. Et eodem modo dicendum: q̄ partes continui sunt distincte in potentia: et non in actu id est sunt distincte partes potētiāles et non actuales. Cum vero ultimo additur q̄ homo non verius diceretur vnus q̄ acervus. patet esse falsum. Nam acervus non est unum hoc aliqd̄ sicut homo vt dictum est. Ad aliud dico: q̄ aliquid esse unum numero potest intelligi dupliciter. Uno modo q̄ sit unū et non plura. Alio modo q̄ sit fm se unum hoc aliqd̄: et hęc multum differunt. Nam primo modo anima intellectiva cōiuncta corpori vt forma est vna entitas numero: non autem secūdo modo. Homo vero est vna entitas secūdo modo et nō primo modo. Tunc ad argumentum dico: q̄ primo modo nullum lignum est unum lignum numero: sed quodlibet est plura ligna. Et prima probatio que adducitur cōtra: non procedit accipiēdo unum numero primo modo: sed secūdo modo. Ad aliam probationem que inducitur concedo consequens. Et vterius dico. q̄ non est impossibile esse aliquam multitudinem que nec sit vnitas: nec cōstituta ex vnitatibus simpliciter: sicut de vnitatē et de vno simpliciter supra locutus sum: quātinimo omnis multitudo partium continui est huiusmodi. Si vero accipiatur unum numero secūdo modo. Tunc dico: q̄ aliquid lignum est vnus numero: sed cum hoc stat q̄ sit etiam mul-

Com. 29.

Com. 29.

Com. 46.

Com. 46.

Cap. 6.

ta ligna: licet non multa quorū quodlibet sit unū numero isto secūdo modo: sicut homo est unū numero secūdo modo: et nō primo modo: cū sint plures entitates. Est tamen differentia quia aliquid est quod est homo est vnus numero primo modo. s. anima intellectiva: sed nullum eorū que est lignū est unū numero primo modo. Tertia cōclusio duas partes habet. vna est q̄ vnū non significat aliquam entitatē superadditā entitati que est vna simpliciter: seu p̄ qua supponit illud de quo ipsum simpliciter predicatur. Hęc autē p̄bō p̄mo sic: sumo aliquā entitatē simpliciter vna. verbi gratia. substantiam angeli Michaelis: et arguo sic. Si hęc substantia esset sine aliqua entitate superaddita sibi ipsa esset vna. ergo ipsa non est vna per aliquam entitatē sibi superadditam. Consequentia est evidens. Quia enim substantia nūc est alba per entitatē sibi superadditam. ideo si ipsa esset sine aliqua entitate sibi superaddita ipsa non esset alba. Patet etiam ratio: ne quia per nullā rem aliquid est tale: quia remota et nullo alio ipsius vice posito ipsum nihilominus est tale. Antecedens probatur: quoniam si hęc substantia esset illo casu posito: ipsa tunc esset hęc substantia: que ipsa nunc est. ergo tunc nō haberet aliquam entitatē intrinsecam: quā nunc non habet. Nam sicut nulla substantia includēs aliquid entitatē quā hęc non includit: est hęc substantia. ita si esset aliqua que includeret aliquam quā hęc non includit: non esset hęc: quōis posset hęc includere vt eius partem. Patet etiam hęc consequentia ex alio: quia ppter nullam entitatē sibi superadditam aliqua substantia vel entitas caret aliqua entitate intrinseca: quā includeret si ipsa esset sine aliqua entitate superaddita sibi: et per consequens non includeret aliquā huiusmodi entitatē per precisam remotionem omnis entitatis sibi superaddite. Si autem non includeret tunc aliqua entitatē quā nūc non includit. ergo ipsa tunc non esset aliqua entitas: quārum vna non esset alia: et alia que non esset ipsa: ac per hoc ipsa esset in se indivisa et vna. Assumptū probat: q̄ si ipsa tunc esset alique tales entitates: sint ille entitates. b. c. et ipsa sit. a. cum ergo possum sit q̄ tunc. a. non haberet aliquam intrinsecam entitatē: quā modo non habet. ergo nunc non habet. b. et c. Aut ergo nunc entitas que est. b. est entitas que est. c. Et similiter est entitas que est. a. aut non. si non. ergo. a. nunc nō est unum simpliciter vt supponitur. Si sic. ergo et tunc entitas que est. b. esset tunc entitas que est. c. et esset etiam entitas que est. a. sicut entitas que est. b. esset tunc entitas que est. b. et entitas que est. c. et entitas que est. c. et per consequens. a. non esset alique entitates quarum vna non esset alia et c. Hęc obstat si dicitur q̄ impossibile est huiusmodi substantiam esse sine aliqua entitate superaddita. Primo quidem quia esto q̄ illud esset impossibile: nihilominus sequitur propositum: quia si ista substantia esset vna non se ipsa: sed per aliquam entitatē superadditam. Si etiam per impossibile poneretur ipsam esse sine entitate superaddita. ipsa tūc nō esset vna: sicut quia ignis est calidus caliditate sibi superaddita: si poneret q̄ ignis esset sine caliditate: ipse non esset calidus: esto q̄ impossibile esset ipsum sic poni: sicut dicerent philosophi. ergo per oppositū: si posito illo impossibile adhuc substantia esset vna: sequitur necessario q̄ ipsa non est vna per aliquam entitatē superadditā. Simili modo probat Aug. 15. de trinit. q̄ pater non ideo est ingentus: quia filium genuit. quia si filium non genuisset nihil prohiberet eum dici ingentum: et tamen supposito est penitus impossibile. Secūdo quia falsum est illud esse impossibile: non enim aliqua cōtradictio implicatur: si ponatur illa substantia esse et nulla entitas sibi superaddita esse. Patet etiam. Nō minus possibile est esse

substantiam sine aliqua entitate superaddita / q̄ esse accidens aliquod sine subiecto: quod tamen cōstat per fidē esse possibile. Posset autem virtus premisse rationis evidētius deduci. ponendo. f. q̄ deus causaret aliquam substantiam angelicam sine entitate superaddita: et post lapsum temporis causaret in ipsa: alias entitates quales sunt in alijs substantijs angelicis. quo facto stat q̄ ista substantia ita esset vna sicut substantia alterius angeli. Tunc arguitur sic demonstrando ipsam: hęc substantia est vna et fuit vna: dū fuit sine superaddita entitate. ergo hęc substantia nō est vna per entitatē superadditā. consequentia patet ex dictis et prima pars antecedentis. secūdo vero probatur: quia dum illa fuit sine superaddita entitate si nō fuit vna. ergo fuit alique entitates in se diuise. i. quarum vna non erat alia: et si sic: ergo et nunc ipsa est alique entitates inuicē diuise: et per consequens illa non est vna. consequentia patet: quia constat fm casum q̄ ille entitates que ipsa fuit. verbi gratia. b. c. eadem ipse sunt nūc: ita q̄ illa eadem entitas. b. que tunc fuit est nunc: et ipsa eadem entitas. c. que tunc fuit: etiam est nunc: et per consequens neutra est in alterā / vel aliam aliquā conuersā / vel transmutata. ergo et nunc vna non est alia: et cum ytraq̄ sit: sequitur q̄ vna a reliqua sit diuisa. Confirmatur. q̄ ideo precise tunc hęc entitas. b. non erat illa entitas. c. q̄ hęc erat hęc. et illa erat illa. Unde sicut omnis entitas se ipsa formaliter est ipsa: sic se ipsa est diuisa a non ipsa / seu non est alia: et per consequens: q̄ diu ipsa est ipsa: ipsa est diuisa ab alia: sed cōstat q̄ quādiu ipsa est: ipsa est ipsa. Non est putandum: q̄ sicut possibile est aliquam eandem rem prius fuisse non tantam / vel talem: et postea esse tantam et talem: sic sit possibile eandem entitatē prius fuisse non hanc vel illam entitatē: et postea esse illā. Hęc enim posito illa non esset eadem entitas sed alia: sed nunc est entitas. b. que fuit. ergo nunc ipsa non est entitas. c. sed ab illa diuisa: ex quo vterius sequitur: q̄ hęc substantia angeli nunc est vna. Secundo ad conclusionem sic: nulla entitas simplex est simplex per aliquā entitatē superadditam sibi. ergo nulla entitas simplex est simpliciter vna per aliquā entitatē. Antecedens est notum: quia non est intelligibile q̄ aliquid sit simplex: quia in ipso est aliquid qd̄ non est ipsum: sed potius quia nihil est in ipso quod nō sit ipsum: et quidem si nihil sit in ipso intrinsece quod non sit ipsum: sit autem in ipso extrinsece. i. non tanq̄ intrinseca pars eius aliquid quod non sit ipsum: tunc illud est simplex intrinsece / siue simplicitate opposita cōpositioni ex his: sed non simplex simplicitate opposita cōpositioni huic fm cōmune modum loquēdi. Si vero neutro modo aliquid sit in ipso quod non sit ipsum: illud est vtroq̄ modo simplex et magis simplex / q̄ illud quod primo modo tantum est simplex. Unde ex hoc concludit Aug. 6. de trinita. q̄ solus deus est simpliciter simplex. omnis autem creatura est multiplex. Ex hoc apparet manifeste: q̄ nulla res simplex est simplex intrinsece: de qua simplicitate sum semper supra locutus in hac questione: per aliquā entitatē sibi superadditam. Consequentia patet: quoniam omnis entitas simplex intrinsece: ideo est sic simplex: quia est simpliciter vna et in se ipsa iudiciata. Unde si ipsa esset in se simpliciter vna per aliquā entitatē superadditam. sequitur q̄ illa per illam superadditam entitatē esset simplex. Tertio adhuc posset argui per rationem Commen. contra Aug. 4. et. 10. meta. vide eam. Com. 3. Secunda pars conclusionis illius est q̄ unum predicatum cum adiuncto expresso / vel subintellecto non significat aliquā entitatē fm se distinctam ab ea: quam significat terminus: cui adiungitur superadditam entitati. pro qua supponit illa de quo predicatur. verbi gratia. cum dicitur. sol. est vnus homo: ly vnus. non significat aliquam

Com. 3.

Com. 3.

et. 10.

entitatem fm se distinctam ab ea quam significat homo: et superadditam entitati pro qua supponit for. sic q for. per aliam entitatem sic homo et per aliam sit vnus homo. ¶ Probatur aut hoc. primo: quia si for. esset sine omni entitate extrinseca sibi superaddita: for. esset vnus homo. ergo for. non est vnus homo per entitatem aliquam extrinsecam sibi additam: consequentia patet vt consequentia prime rationis pro prima parte huius conclusionis: et antecedens etiam simili modo probatur vt illud. Nam si for. esset for. esset for. et per consequens esset homo: et non esset plures homines. ergo esset vnus homo. ¶ Secundo sumat aliquis vnus asinus singularis. si iste est vnus asinus per aliquam entitatem talem superadditam. vel illa est quata dimensio vel non. Si non. aut ipsa est substantia: aut accidens. non substantia: quia non substantia imaterialis: cum nulla talis sit in asino: nec materialis: quia omnis talis siue sit materia siue forma seu compositum est quata. Nec accidens. tum quia non esset signare in asino aliquam determinatam partem in qua illud accidens esset: non enim apparet cur potius sit in capite q in cauda: tum quia est q ipsum esset in aliqua parte. verbi gratia. in capite: non propter illud pars materie existens in cauda esset vnus cum alia prima pars materie: nec cum parte forme qua informas: nec etiam pars forme eadem cum alia parte sibi proxima. Si vero huiusmodi entitas sit quata dimensio. ergo est multa: tunc queratur per quid illa multa sunt vni: quia vel seipsis: et tunc eadem ratione vna pars forme asini cum alia simili: et similiter cum materia seipsis possunt esse vni: cum non minus iste partes sint ex se hanc facere vnus inter se: et similiter partes materie cum partibus forme q partes illius entitatis addite inter se. vel illa multa sunt vni per aliquam aliam entitatem. et tunc de illa queratur: et sic in infinitum. Similiter hec ratio et fortiter euidentius quo ad aliquod posset formari de aliqua aqua vna et alijs compositibus homogeneis. ¶ Tertio. si alicui aque iungatur ex diuersis partibus due alie aque: et ex eis fiat vna aqua totalis que sit. a. aut. a. est vna aqua per vna aliquam entitatem superadditam: aut non. Si non habetur propositum. si sic. vel illa esset aliqua entitas existens in tota aqua vt aliqua existens in coniunctione illarum aquarum partialium. non potest dici primum. quia vel esset entitas absoluta et hoc non. tum quia ex tali coniunctione precesse non apparet q possit aliqua entitas absoluta generari per totum. Abiturum enim est dicere q si cyphus aque addatur mari ex vna parte: q ex hoc per totum mare generetur aliqua entitas absoluta. Et iterum: quia si alius cyphus secundo adderetur: iterum causaretur per totum mare simul entitas: et sic quodcumq cyphi adderetur. Et tunc esset questio per quam illarum totum esset vna aqua: nec posset dari aliqua. Tum quia de partibus illius entitatis esset querendum: vtrum seipsis vel per additum essent vnus vt supra: vel illa entitas esset respectus ille: et istud etiam non potest dici: quia non apparet ad quem terminum esset respectus ille. Tum quia tot causarentur respectus per totam aquam quot cyphi successiue adderentur: et non posset dici p quid esset tota aqua vna aqua. Tum quia est q talis respectus causaretur nihil ad propositum: quia nullus respectus est entitas fm se distincta ab absolutis: vt infra probabitur. Nec potest dici: q illa entitas sit causata in coniunctione tñ: vt aliqui forte dicerent: quia aliqua superficies esset nouiter causata continuans illas aquas: vel aliqui respectus vnionis siue qd est vnio illarum adinuicem: et per talem superficiem vel respectum aque illa tunc esset vna aqua. Hoc in qua esse non potest. Tum q neutra huiusmodi entitas noua causatur: cum nec respectus sit entitas fm se ab illis distin-

ta: nec etiam ipsa superficies vt alias probabitur. Tum quia oportet eadem ratione dicere per quid partes superfici tali: (si poneretur) sunt vnus: et sic vel tadem deueniretur ad punctum: et non esset dare q punctum esset illud per quod superficies illa esset vna: vel oportet dicere q seipsis: et eadem ratione partes aque seipsis sunt vnus. Eodem modo potest argui de respectu vnionis: esto q poneretur res distincta. Nam vel esset extensus: et tunc querendum esset per quid eius partes sunt vnus: vel esset indiuisibilis: et tunc non posset dari in qua parte aque esset subiectiue: immo etiam nec in qua illarum aquarum: cum non sit maior ratio de vna q de alia: tum quia siue ponatur talis superficies siue respectus. diuisio est maior ratio q respectus vel superficies causata in coniunctione aque coniuncte priori aque ex vna parte: sit illud per quod tota aqua sit vna: q superficies vel respectus causatus in coniunctione alterius aque ex alia parte coniuncte: immo nec q alie superficies continuantes alias partes illarum aquarum vel respectus vnionis illarum adinuicem. ¶ Quarto. sicut aliqui arguunt: quado vnus corpus continuum diuiditur per segregationem partium adinuicem: quilibet partium discretarum est vna numero hoc aliquid fm se igitur prius erat corpus totale non diuisum: et tamen nulla entitas est de nouo generata in aliqua partiu per precipiam segregationem earu. ¶ Pro hac conclusione sunt expresse philosophus et Commen. 4. et. 10. metaphys. ¶ Sed contra eam potest argui. Nam separatis abinuicem partibus alicuius totius quod est per se vnus hoc aliquid: et remanentibus illis omnibus in esse. ille partes non sunt vnus vt prius: ergo quando sunt vnus scilicet ante separationem earum non sunt seipsis vnus: sed per aliquid additum eis. Ex quo vterius sequitur: q homo per entitatem sibi additam sit vnus homo: et vnus lignum numero per entitatem superadditam sit vni lignum numero: et sic de alijs: cuius oppositum dictu est. Antecedens patet in toto essentiali. Nam separata anima hominis a corpore: et vtroq remanente: illa anima et corpus non sunt vnus homo. Similiter secto vno ligno in partibus remanentibus: ille non sunt vnus lignu. ¶ Rñ. dicitur vno modo q concessio q partes hominis non sunt seipsis: sed per entitatem additam vnus homo. Adhuc non sequitur: q per aliam entitatem homo sit vnus ab his quibus est homo: nec vnus sic predicatum de ipso significat aliquam entitatem distinctam ab ea vel eis quam vel quas significat homo superadditam ei: pro quo supponit illud de quo predicatur. Nam si cut partes hominis separate non sunt vnus homo: sic etiam non sunt homo. Si autem essent homo: et non vnus homo: argumentum procederet eodem modo. partes ligni secte sicut non sunt vnus lignum sic non sunt lignum: sed ligna. ¶ Secundo respondeo negando consequentiam primam. Nam quibus sole entitates partium sunt totum vt partes hominis homo: non tamen qualitercumq se habentes ille entitates sunt homo: sed coniuncte et semutecim perfectentes: licet autem non semper sic sint coniuncte: quando tamen non sunt: non sunt per aliquam aliam entitatem: sed seipsis coniuncte: non enim vnio earum est aliqua entitas superaddita illis. Similiter de partibus quantitatis dico: q seipsis sunt vni hoc aliquid: et non per aliquam entitatem: et quando sic sunt: sunt vnus lignum vel vnus aliquid aliud: quando vero non sunt vnus hoc aliquid sed multa hec aliqua: sicut quando sunt discōtinua et discreta: tunc non sunt vni lignu vt prius erant. ¶ Quarta conclusio. scilicet q vnus vere et simpliciter predicat de deo: et q deus est vere vnus. probatur: quia omnis res simplex est vere et simpliciter vna: vt dicit prima conclusio: sed deus est simplex: immo maxime inter

2. c. 68.  
2. c. 68.  
9. a. 10.

Henricus  
Thomas  
Ladius.

Cap. 15.

2. c. 4.

Com. 4.

omnia. ergo et. ¶ Contra. deus est aliqua plura quoru vnus non est aliud. ergo est in se diuisus: et per consequens non est simpliciter vnus. consequentia patet ex dictis: vt videtur et antecedens est certum per fidem. Nam est tres persone quarum vna non est alia. ¶ Respondeo negando consequentiam. Nam ad hoc q aliquid sit in se diuisum non sufficit q sit plura quoru vnus non sit aliud: sed vltra hoc vt supra factum est requiritur q aliquid illoru plurium non sit ipsum. Tunc enim aliquid ita est ipsum q non est ipsum et ipsum: et tunc vere est in se diuisum. Hunc autem quibus vna persona non sit alia: quilibet tamen est deus: nec alius deus est vna q alia: et per consequens ille non est in se diuisus. ¶ ad secundum articulum: videlicet. **Quantum.** Vtrum vnus quod est principium numeri dicatur vere de deo: dicitur a multis q non: eo q tale vnus non dicitur fm ipsos nisi de rebus quantia et continuis: nisi autem videtur horum fundamentum falsum esse: et ideo pro isto articulo pono quatuor conclusiones. Prima conclusio: q vnus principium numeri non dicitur simpliciter nisi de rebus simplicibus siue de terminis pro rebus simplicibus supponentibus. Secunda conclusio. q cum adiuncto dicitur: vel potest dici de his terminis qui supponunt pro habentibus partem et partem. Tertia conclusio est: q vnus principium numeri non significat aliquam entitatem superadditam ei pro qua supponit illud de quo predicatur. Quarta conclusio. q vnus tale dicitur vere de deo. ¶ Prima conclusio habet duas partes: quarum vna est q de nulla re non simpliciter dicitur simpliciter vnus qd est principium numeri. Secunda vero est q de re simplici simpliciter dicitur: et loquitur de simplici simplicitate opposita compositioni ex his sicut supra. ¶ Primam partem proba pmo ex intentione beati Augu. 2. de libe. arbi. vbi volens probare numeros non esse nobis per sensus corporis nota assumit pro fundamento q quilibet numerus tot vocatur: quotiens habet vnus. verbi gratia. si bis habuerit vnus vocatur duo: si ter tria: si decies decem: et quilibet omnino numerus vt ait quotiens habet vnus hinc illi nomen est: et tot appellatur: vnus vero quilibet verissime cogitatur profecto inuenit corporis sensibus: non etiam posse sentiri. Quicquid enim sensu attingitur: iam non vnus sed multa esse conuincitur et. vt supra in secunda conclusione pmi articuli est allegatum. ¶ Ex istis patet. q Aug. loquitur de vno qd est principium numeri: etiam q tale vnus non dicitur simpliciter de aliquo corpore vel habente partes. ac per hoc nec de aliquo non simplici. ¶ Secundo idem proba ex intentione philosophi. 10. metaphys. vbi loquens de vno qd est metrum et principium numeri qd in numeris est metrum certissimu: vnitatem enim ponunt omnino indiuisibilem: et satis cito post dicit: q quibus metrum semp sit indiuisibile: non simpliciter tamen omne metrum est indiuisibile: vt pes et vnitatis: sed hoc quidem omnino illud vero indiuisibile ad sensum voluit sicut dictum est iam. Nam forsitan omne continuum est diuisibile: vbi Commen. exponens ait: et non omnes vnitates que accipiuntur ad mensurandum sunt indiuisibiles eodem modo: sed quedam sunt indiuisibiles simpliciter: vt vnus numero: et quedam per institutionem vt pes et palmus. ¶ Ex his patet: q fm intentionem philosophi vnus qd est principium numeri est omnino indiuisibile: et per consequens de nullo non simplici huiusmodi vnus simpliciter verificatur. ¶ Tertio idem probatur ratione. Nam quodlibet eorum que numeramus dicendo: vnus duo tria et. fm hoc precise numeratur fm q est in se indiuisum et non multa: et per consequens quodlibet quod est vnus principium vel integras cum alijs numerum: ideo

precise est sic vnus: quia est in se indiuisum: ex quo vltra sequitur. q si est vnus simpliciter: est in se indiuisum simpliciter: et si est vnus fm quid: est indiuisum fm quid: cum ergo nullum habens partes sic sit simpliciter indiuisum: quinimo quodlibet sic diuisus est multa: vt patet ex precedenti arti. sequitur q nullum tale sit simpliciter vnus: et q de nullo supponente pro aliquo talium posset simpliciter vere dici vnus numerale de quo agitur. Assumptu declaratur deducendo in singulis. Si enim numerentur exercitus vel populi et dicantur verbi gratia duo vel tria quilibet sic ideo precise dicitur vnus: qd est in se in plures exercitus indiuisus. Nam si esset plures exercitus: sicut est plures homines: sicut illi non dicuntur nec sunt duo homines: sic etiam non essent duo exercitus. Et sicut neutri exercitus est vnus homo: sic neutri esset vnus exercitus. Similiter si sint due domus quilibet ideo precise est vna: et sic connumeratur alteri: qd est indiuisa in plures domos quibus sit diuisa in plures parietes et lapides et ligna: eodem modo duo homines dicuntur duo fm q vterq fm se est indiuisus in multos homines quibus sit diuisus in plures partes essentialiales et integrales: et ita generaliter reperiri in omnibus. ¶ Quicquid concordat dictu philosophi. 3. physico: qui probans q in numeris est deuenire ad minimum: dicit q causa est: q vni est indiuisibile quodcumq vni sit vt homo vnus homo et non infiniti. Numerus autem est vno plura et quilibet quedam: quare necesse est stare ad indiuisibile: et constat q ipse loquitur de vno quod est principium numeri. et Commen. exponens ait omne vni est indiuisibile: vt vnus homo. vnus equus. est enim indiuisibilis in illa specie: ideo vnus simplex. numerale est indiuisibile et q numerus est coaceruus vnitati numerus erit compositus ex indiuisibilibus et. ¶ Preterea si vni principium numeri diceretur simpliciter de aliquo non simplici: sequitur q aliquis numerus simpliciter sumptus esset plura q quotiens continet vni: et non precise tot: consequens est falsu vt supra patet per Augu. consequentia patet: q vni quod ille numerus contineret esset plura: et non vnus tñ: et sic numerus continens tale vnus decies precise vel tali vna decem esset plura q decem. ¶ Secunda pars conclusionis probatur sic. aliqua res simplex est simpliciter vna et alteri connumerabilis. ergo vnus quod est principium numeri simpliciter dicitur de aliqua re simplici. antecedens est notu. Nam anima vna intellectiua est simpliciter vna: et est connumerabilis alteri anime intellectiue. dicendo vna due: et vnus et duo neutraliter: sic enim vere anima for. et anima pla. sunt due anime sicut for. et pla. sunt duo homines. consequentia vero patet. ¶ Secunda conclusio probatur: quia de terminis supponentibus pro habentibus partem et partem vere predicatur vnus cum certo adiuncto: vt patet ex precedenti articulo. et huiusmodi talia sunt inuicem cum eodem adiuncto connumerabilia. verbi gratia vnus homo duo homines: et vltra: ergo de talibus seu supponentibus pro eis vere dicitur vnus quod est principium numeri cum determinato adiuncto. ¶ Confirmatur. quia de pluribus talium simul vere dicitur q sunt tot vel tot: hec vel illa. verbi gratia. decem homines vel decem equi. ergo de quolibet talium vere dicitur vnus hoc vel illud principium numeri. Unde sicut vnus simpliciter est principium numeri simpliciter: sic vni hoc vel illud: quod potest dici vnus fm quid est principium numeri fm quid id est numeri qui non est simpliciter tot vel tot: sed tot hec vel tot illa. ¶ Tertia conclusio probatur. primo sic: vnus conuertibilis enti non significat aliquam entitatem superadditam entitati que est vna. ergo nec vnus principium numeri. Antecedens patet ex precedenti articulo. consequentia probatur: quia siue vni numerale dicatur de quolibet de quo dicitur vnus numerale

2. c. 68.

Com. 68.

q. iij.

ergo nulla persona divina per aliquod in suo esse constituitur: antecedens est determinatum ex fide. probatur consequentia: quia si aliqua constitueretur per aliquid: sumatur illud precise fm se: et queratur de ipso: an ipsum sic precise acceptum est ipsa persona constituta per ipsum/aut non: sed est aliquid eius. Non potest dici primum. Cum quia nulla persona constituit seipsam (omne enim constituens causa est aliquo modo constituti per ipsum). Cum q. si illud constituens est persona: et constat q. constituens non constituitur per aliquid. ergo nec persona/aut si persona. ergo et ipsum etiam constituitur per aliud: et sic in infinitum. Si autem illud constituens non est ipsa persona constituta: sed aliquid eius/aut illud hys esse per operationem anime tm: et tunc constat q. non constituit personam eternam que summa res est: aut est aliquid extra animam: et quicquid ipsum sit: siue res: siue formalitas/vel modalitas/aut quovis alio nomine appellare velis: ex quo ipsum non est persona: sed aliquid eius: et non possit intelligi q. sit eius extrinsece: sicut forma materie: sed intrinsece: sicut pars est aliquid totius: sequitur q. persona non sit oino simplex. Secundo non minus est simplex persona divina. q. est essentia divina/aut aliqua pprietas personalis quecuq. sit illa si qua sit: ergo non magis ipsa constituitur ex aliquibus/vel per aliqua q. ipsa essentia/vel pprietas: sed nec essentia/nec pprietas constituitur per aliqua: vt omnes concedunt: et per consequens: nec per aliquid: quia impossibile est esse vnum solum constitutum eiusdem rei intrinsecum. Nam de tali est sermo: no de extrinseco: sicut producens potest dici constitutur in esse ipsum productum. ergo nec ipsa persona per aliquid constituitur. Tertio et sequitur ex eo q. iam tactum est: si persona constitueretur per proprietatem aliquam: constitutur etiam per essentiam: et essentia constitueret personam verbi gratia. patrem: et per consequens essentia non esset pater: q. est contra determinationem ecclesie in cap. Damianus. Quarto sequeretur q. pater esset aliquo modo causatus et principiat. Nam quodlibet constitutum est quodammodo causa et principium sui constituti. Sed consequens est falsum. Sic enim pater non esset prima causa et sine principio et sine causa: cuius oppositum expr. esse ponit Dam. lib. 1. Et ideo sicut etiam supra dist. 11. dicebat. nullatenus estimandum est esse in deo aliquid realiter constitutum per aliquod formale/vel materiale constitutum: sed omne quod ibi est seipso formaliter et non per aliquid sui transitivum loquendo est omne quod est: q. vbi sit vere producens et qui producit: et productus a producente habet esse: propter quod huiusmodi vocabula constitutum constitutio et constitutum et similia in sensu premissis non convenienter (vt videtur) assumuntur ad divina: et melius esset non vti eis in materia ista: et pro certo nullibi inuenio Augusti. aut alium aliquem illius temporis sanctorum: vbi locuti sunt de distinctione divinarum personarum: talibus vsum fuisse vocabulis. Secundam conclusionem probo et primo auctoritate Hieronymi in expositione fidei catholice: et allegat a magistro vi supra. loquens siquidem de patre et filio/et spiritu scdo ait: itaq. substantia vnu sunt: sed psonis/ac noibus distinguuntur: quoz. p. tute p. boz. etia magister infra di. 33. dicit q. p. ne seipsis differunt. Item Augustinus in sermone de fide et symbolo qui incipit. Credimus in vnum deum veru. ait credimus hac trinitatem personis distinctam substantia vnitam et. Et infra in symbolo si quid docetur ac discitur et vnitatis est trinitatis: et trinitas distincta personis et opulenta creatoris: trinitas autem non nisi tres psonis: trinitas vero est distincta personis: ac hoc ipse psonis sunt distincte personis: et non alius patet. ergo seipsis. Ratione quoq. probatur ista conclusio. quonia psonis sunt summe

Cap. 11.

Th. pte 1. q. 1. ar. 2. sic. 2.

Sco. li. 1. dist. 25.

cap. 6.

De h. li. 1. dist. 25. q. 1.

Th. vbi supra.

et oino simplices: ita q. nec essentia simplicior est personis nec aliqua pperas et cogitabilis i psona simplicior q. ipsa psona: et p. coequens nulla aliquo modo inter se distincta includit ipsa psona. ergo quilibet psona a quocunq. distinguitur seipso: et non aliquo sui primo: transitivum loquendo distinguitur. Contra ista conclusionem qua et antiqui doctores posuerunt ac etiam nuc aliqui moderni de re: dunt: multipliciter est argutum. Primo quidem aliqui sic sicut querentibus quomodo pater et filius et spiritus sanctus sunt vnum: respondemus q. essentia vel divinitate sunt vnum. Ita querentibus quomodo distinguuntur oportet respondere per aliqua nomina abstracta quibus proprietates in abstracto designantur. vt paternitas vel filiatio. Secundo sic. pater non eadem relatione referatur ad filium et spiritum sanctum: sed alia et alia. ergo no eadem relatione distinguitur ab vtroq. sed aliqua relatione ab vno et alia ab alio: cum sola relatio multiplicet trinitatem fm Boetium. Antecedens probatur: quia si dicitur q. eadem relatione. ergo filius et spiritus sanctus etiam vna et eadem relatione referuntur ad patrem: quia impossibile est q. duabus relationibus fm speciem correspondeat ex opposito vna tm speciem relatio: sed conueniens est falsum. Nam spiritus sanctus non referatur per filiationem: alioquin esset filius: nec filius per spirationem referatur ad patrem: quia sic esset donu. Tertio sic arguitur per alios quecuq. non sunt primo diuersa aliquo sui distinguuntur (si enim non sunt primo diuersa: sed aliquid idem entia: tunc no eo distinguuntur quo sunt idem: sed aliquo sui quo non sunt idem) persone autem diuine non sunt primo diuersa: quia sunt eiusdem essentie. ergo aliquid sui primo distinguuntur. Quarto in patre sunt plures pprietas: sicut innascibilitas et generatio actio: et hic distinguuntur fm Augustinus. v. de trinit. vbi vult q. si pater non esset ingenuus posset tamen esse pater: et conueniret fo. ergo si per impossibile vna no distingueret patrem ab alio: posset alia distinguere. ergo est querere quomodo pater distinguitur a filio. Quinto per alios sic. quando aliquis sic se habent q. aliquid omnino indistinctum est in vtroq. et tamen aliquid est in vno qd non est in alio: illa no seipsis distinguuntur: sed in patre et filio est essentia diuina que est omnino indistincta: et paternitas est in patre q. non est in filio: ergo pater et filius non seipsis primo distinguuntur. maior probatur: quia quando aliqua seipsis primo distinguuntur: non est aliquid in vno quo non distinguatur ab alio: sicut nihil est in forte quo non distinguatur a p. sed quado est aliquid omnino idem in vtroq. tunc neutrum illorum illo omnino eodem in vtroq. distinguitur ab altero. Ex hoc (vt dicit) patet solutio ad rationem factam pro ista conclusione secunda. quia simplex non constitutum ex aliquo communis sibi et alij: et aliquo proprio sibi seipso distinguitur a quocunq. distinguitur: sed non sic est de personis diuinis vt dictu est. Ad primam dico. q. taliter querentibus optime potest responderi fm via hac qua sequor. Et docuit nos r. d. Hieronymus. di. vi supra allegatum est q. substantia vnum sunt et personis distinguuntur. Et sic etia conformiter docuit Augustinus. di. sententia liter q. sunt vna substantia et distincte persone: sed sicut seipsis et no aliquo sui transitivum sunt vna substantia: sic seipsis: et non aliquo sui sunt distincte persone. Quod aut additur de abstractione illorum nominum paternitas et filiatio. Dico q. tripliciter potest quis vti talibus abstractis: cum de distinctione loquitur personarum. Uno modo ad significandum q. persona nullo alio q. seipsa precise et primo distinguitur ab alia: et illud magis expr. esse significatur per abstractum nominis sui: et tunc dicitur pater distinguitur paternitate: h. paternitate sup-

ponit pro hypostasi patris. Alio modo ad denotandum persone proprietatem tertio modo sumptam que prohibet vnam personam esse aliam: et tunc est sensus. pater distinguitur a filio paternitate: id est quia ipse genuit filium: et tunc paternitate equiualeat in significando illi coplato: nec pro aliquo supponit sicut nec coplato illud. Tertio modo potest fieri talis abstractio ad designandum aliquod intrinsecum per se quo ab alia distinguitur et pro quo supponit illud abstractum in propositione affirmante persona m ab alia distingui: et tunc dico q. talis abstractio inconueniens est et ficticia: nec sic ea vtuntur qui recte intelligunt: sed alterum duorum primorum modorum. Ad secundum dico q. pater referatur ad filium et spiritum sanctum vna relatione tm fm rem que tamen est in pluribus speciebus relationis seu cui conueniunt rationes plurium specierum relationis: quapropter optime potest correspondere distinctis specie cooppositis. exemplum for. eade relatione est similis Platoni albo et dissimilis Ciceroni nigro. Nam eade albedo Sor. est similitudo ad Platonem et dissimilitudo ad Ciceronem: cum nec similitudo nec dissimilitudo sit res superaddita qualitati: sicut infra probabitur: et sic etiam sic arguentes opinantur: et hec vna relatio fm rem correspondet similitudini et dissimilitudini oppositis q. sunt in Platone et Cicerone. Sic in pposito eadem entitas simplicissima que est pater est spiratio et paternitas correspondet filiationi in filio et spirationi coopposite in spiritu sancto. Ad tertium si ly aliquo sui capiatur fm transitivam constructionem vt accipit arguens. maior est falsa: et habet instantiam de duobus angelis et de duabus animabus supposito q. sint essentie simplices: sic enim nec angelus nec anima distinguuntur aliquo sui: quia nec aliquid est sui in hoc sensu et non sunt duo angeli primo diuersi cum sint eiusdem generis et forte eiusdem speciei: nec etiam due anime sunt primo diuersa cum sint eiusdem speciei. Et per consequens ad intellectum philosophi dicuntur aliquid idem entes: aut quia aliquid idem de eis essentialiter predicatur: vt aliqui exponunt verbu philosophi. 5. metaphysi. vel. 15. scriptum: aut accipiendo actum exercitum pro actu signato: quia de eis verificatur q. sunt aliquo modo idem. specie: et similiter de his de quibus verificatur est idem numero aut genere vel proportionem ibi dicit philosophus. Ad probationem dico q. eodem modo aliquid est idem alicui vno modo: et distinguitur ab eodem alio modo: sicut vna anima seipsa est eadem specie alteri anime et distincta numeraliter ab eade. Ad quartum dico q. aliquid potest dici esse alicuius vel in aliquo dupliciter. vno modo proprie vt constructio sit transitiva: et omne qd sic est alicuius vel in aliquo est distinctum ab eo: isto modo dicitur equus esse for. et anima dicitur esse hominis et in homine: et forma in materia: et locatum in loco: et sic de alijs modis quibus aliquid proprie dicitur esse in aliquo. Alio modo improprie vt constructio sit intransitiva: et illud consuevit ab aliquibus vocari esse in aliquo per idem: quia. s. q. sic dicitur esse alicuius vel in aliquo non distinguitur ab illo sed est ipsum: isto modo loquimur cu dicimus essentia angeli vel essentia dei. i. que est angelus et essentia que est deus: et eodemo. Nunc ad rationem si innascibilitas supponat pro aliqua entitate et generatio actiua sumatur pro relatione patris ad filium: sicut oportet si argumentum debeat procedere contra conclusionem positam: dico q. sunt in patre intransitive loquendo: et eodem modo dicuntur proprietates patris. i. que sunt pater: non autem vere dicuntur esse patris vel in patre transitivum: nec etiam ad invicem distinguuntur: nec probatio ex dicto Augustini valet. Non enim sequitur: si pater non esset ingenuus posset esse pater: et

Ec. 15. vel. 15.

go inatuitas et paternitas in patre distinguitur. Sic ut non sequitur: si deus non esset dominus adhuc posset esse deus. ergo deus et dominium dei distinguuntur. Et sic cut non sequitur: si sol non esset similis adhuc posset esse albus. ergo eius albedo et similitudo distinguuntur.

Ad quintum dico qd si esse in sumatur intransitive. maior est falsa: et similiter probatio eius in eodem sensu nec per illud exemplum sufficienter probatur assumpti: quoniam licet nihil sit sol. qd no distinguatur a platone: aliquid tamen est pater qd non distinguitur a filio: scilicet essentia diuina. Si autem esse in sumatur transitive sic maior est vera et minor falsa quantum ad vtrq; partem: quantum ad primam quidem: quoniam essentia diuina proprie loquendo et in hoc sensu non est in patre et filio: sed pater et filius sunt ipsa essentia: et ppter ea Dam. lib. 1. cum dixisset: cum resperimus ad ea in quibus est diuinitas loquens de personis: immediate ostendens hoc esse improprie dictum addit: vel qd deinde certius dicamus que sunt diuinitas hoc est ad tres hypostasas etc. vbi dat nobis doctrinam vt vbiq; in sacris scripturis inuenimus dictum qd diuinitas est in personis: illud sit intelligendum fm intransitivam constructionem. I. qd diuinitas est persone: vel qd persone sunt deitas: eodem modo in eodem sensu falsa est reliqua pars minoris: scilicet qd paternitas est in patre: sed paternitas est pater: et pater est paternitas. Sed ex dictis istius doctoris potest contra sic argui. pr aliquo sui no distinguatur a filio. et aliquo sui distiguit a filio. ergo no seipso pmo distiguit a filio. co sequentia pater. Antecedens probatur: quoniam pater diuinitate non distinguitur a filio: et paternitate distinguitur ab eo. R. si patrem a filio distiguit aut aliquid ab aliquo seipso pmo potest intelligi duplr. vno modo seipso primo. i. quolibet sui. Alio modo. i. nullo alio seu qd non est ipsum: et tunc ista: pater distinguitur a filio: et per nihil qd non est pater: pater distinguitur a filio: et in hoc sensu dixi supra: qd persone seipsis distinguuntur. Primo quia scilicet distinguitur vtrq; et non per aliqua que non sunt ipse: sed sunt ipsarum sicut aliqui imaginantur et multo magis nec per aliqua que non sunt ipse nec ipsarum. Tunc ad rationem factam dico: qd si ly sui in antecedente teneatur transitive: antecedens est falsum: nec probatio valet: quia supponit qd deitas sit aliquid patris et non pater: et similiter de paternitate: quorum vtrq; falsum est. Si vero teneatur intransitive: nego consequentiam: non enim sequitur. pater aliquo qd est ipse non distinguitur a filio: et aliquo qd est ipse distinguitur a filio. ergo pater aliquo qd non est ipse distinguitur a filio: et per consequens etiam non sequitur. ergo pater non seipso primo distinguitur a filio fm sensum datum.

Ad vero idem doctor addit soluendo rationem pro illa conclusionem: quia simplex non constitutum etc. nihil valet: quoniam omne simplex est huiusmodi: et nullum constitutum ex communi et proprio est simplex. Tertia conclusio probatur. ex eo qd non est dare aliquas tales entitates: pprias personarum: qd apparet: quia vel tales entitates si que foret essent extrinsece ipsis personis vel intrinsece incluse in eis. Non potest dici primum: quoniam vel ipse essent per se subsistentes: et per consequens essent persone: ex quo vltra sequitur qd in diuinis essent ad minus sex persone: scilicet pater et filius et spiritus sanctus: et tres alie earum proprietates qd est erroneum: vel essent personis inherentes vel insistentes: sicut forme materijs qd etiam est impossibile in deo: qui nulli subsistere potest: vt dicit Augu. 7. de trim. Sed nec potest dici qd sint tales alique entitates intrinsece incluse in personis fm quem modum imaginari videntur: quicq; tales proprietates ponunt

cap. 11.

cap. 5.

in personis: hoc autem esse impossibile potest pbari multiplicitate. Primo quidem per expressam determinationem ecclesie extra de summa trinitate et fide catho. capi. dānamus. sic dicentis. pater ab eterno filium generando suam substantias ei dedit. iuxta quod ipse testatur: pater quod dedit mihi maius est omnibus. at dici non potest qd partem substantie illi dederit et partes ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indiuisibilis sit. vtpote simplex omnino: sed nec dici potest qd pater in filium transulerit suam substantiam generando quasi sic dederit eam filio: qd non retinuerit ipsam sibi: alioquin desinisset esse substantia.

Patet ergo qd sine vlla diminutione filius habendo substantiam patris accepit: et ita pater et filius habent eandem substantiam et sic eadem res est pater et filius necnon spiritus sanctus ab vtroq; procedens: cum ergo vt profertur ecclesia. filius totam substantiam patris sine diminutione acceperit. Manifeste patet qd nullam entitatem in se habet sibi propriam pater quas filio generando non dederit. Nec potest dici qd quis tota sine diminutione patris substantiam filius generando acceperit: non tamen accepit omnem entitatem patris: quoniam non illam propriam quam vltra communem essentiam pater includit: tum quia non minus est indiuisibilis et omnino simplex persona patris qd sit essentia illa communis: et per consequens iuxta argumentationem ecclesie impossibile est qd partes sui scilicet communem essentiam filio dederit et partem aliam sibi retinuerit. ergo sine diminutione filius totam entitatem patris accepit. nulla ergo entitas est in patre que non sit in filio: tu quia stultissimum est imaginari qd in patre sit aliqua entitas que non sit substantia vel de substantia eius: sic esse esset accidentalit vel ei extranea. ergo si totas patris substantiam accepit filius: omnem entitatem patris habet filius.

Secundo si essent in personis tales proprie entitates: tunc non eadem res esset pater et filius et spiritus sanctus vt dicit ecclesia. consequentia pater. quoniam illoposito non solum essentia communis est pater: sed ipsa simul cum illa propria entitate patris que non est in filio: et p co sequens non eadem res que est pater est filius.

Tertio sequitur qd essentia diuina non est pater nec e conuerso. cuius oppositum etiam tradit ecclesia: vbi supra di. qd vna quedam summa res est. incomprehensibilis quidem et ineffabilis que veraciter est pater et filius et spiritus sanctus. scilicet tres simul persone ac sigillatim quelibet eardem de ideo solummodo est trinitas non quaternitas: sed quilibet trium personarum est illa res. videlicet substantia essentia seu natura diuina. consequentia probatur ex hoc qd nullum includens plura est aliquid illorum: et similiter nullum illorum est ipsum: sed ipsius est transitive loquendo: et illud includens est ex eo: sicut anima non est homo: sed hominis: nec homo est anima sed ex anima. Simili modo probari potest qd essentia non esset filius vel spiritus sanctus nec e conuerso.

Quarto si quelibet persona habet aliquam propriam entitatem preter communem entitatem que est deitas sequitur qd quelibet persona preter diuinitatem communem habet etiam propriam diuinitatem: et sic in trinitate erunt quatuor diuinitates: vna communis et tres proprie et vna persona erit alius deus ab alia propter illam propriam entitatem scilicet diuinitatem quas sola includit. Nec autem omnia sunt erronea. consequentia probatur. ex eo qd impossibile est esse in deo aliquam entitatem que non sit deus: alioquin sequitur qd persona non esset deus: sed eius pars esset deus.

Item omnis entitas que no est deus vtrq; est creatura iuxta illud Augu. primo de tri. Omnis substantia que deus no est: creatura est: et que creatura non est: deus est. et constat qd substantiam pro essentia vel entitate ponit: sicut dicimus qd substantia albedinis est alia a substantia nigredinis: alio-

Cap. 6.

parte 3. Cap. 27.

Cap. 15.

Cap. 14.

Cap. 16.

pte. 3. c. 3. 3. tertiam p. con. 2.

quin non sufficienter probaret intentum: scilicet qd filius est deus. Idoc etiam modo idem August. super illud ps. Insuper sum in limo profundi et non est substantia. pro entitate substantiam accipit. Unde ait. omnia enim substantie sunt eo ipso qd sunt. Nam que nulla sunt in substantia omnino nihil sunt. Si ergo aliqua entitas esset in pso na que no esset deus: iam persona composita esset ex deo et creatura: qd blasphemum est dicere.

Item Hugo de sacra. lib. 1. Omne qd in deo est aliud qd deus esse non potest: sed si illa entitas propria est deitas: et per positionem non illa diuinitas communis. ergo est alia diuinitas propria: et patet consequentia. Si vero diceretur qd illa entitas propria non est entitas distincta modo aliquo a deitate communis: sed est ipsa: tunc sequitur qd nulla pluralitas entitatum est in persona: et per consequens no est in ea aliquid quo conuenit cum alia persona et aliquid aliud quo distinguitur ab ea. Item qd nulla proprietates est in persona vel est persone: transitive loquendo qua distinguitur ab alia persona: sed ipsamet psona nulla pluralitatis modo includens seipsa primo iuxta sensum supra positum distinguitur ab alia: et sic habetur propositum quantum ad vtrq; conclusionem.

Quinto. fm hac viam sequitur qd nulla persona sit summe simplex qd est erroneum. consequentia probatur: quia fm hoc quelibet persona habet in se aliquid qd ipsa non est nec e conuerso. sed est aliquid eius: simplex autem nihil qd ipsum non se habet in se sicut supra distig. declaratum est. Unde propter hanc causam Magister determinat qd proprietates persone est ipsa persona dist. 32. lib. 1. Et aduertendum est qd omnes premissas rationes procedunt contra qualibet opinionem ponentem aliquam proprietatem in persona secundo modo distinctionis supra posite: siue illam proprietatem vocent rem siue formalitatem vel quiditatem seu modalitatem aut alio quolibet nomine: dummodo aliqua pluralitas et distinctio ponatur intra personam diuinam que omnia nomine entitatis intelligi significari. Ad hac conclusionem sunt sanctorum auctoritates. ait enim Iheros. 3. de trim. prope finem. Audis: ego et pater vnum sumus: vnum sunt. scilicet is qui est nihil habens quod non sit etiam in eo a quo est. que verba alij verbis eiusdem interponit Magister. lib. 1. distig. 19. et ca. et inde est. Item idem. 7. de trim. Iudico quid sunt: scilicet pater et filius cum vnum ex vno est: quia neg vnus vni alius per generationem qd qd suum est dedit: neg vnus ab vno per natiuitatem obtinet qd qd vnus. Et est intentio eius qd nihil dedit pater filio ipsum generando quod non sit in se: neg filius aliquid accepit nascendo quod no sit et in patre. Item Iheros. de summo bono. lib. 1. ait. Ideo vnum sunt pater et filius: quia nihil habet pater quod non habeat filius. Insuper Aug. 15. de trim. loquens de verbo consubstantiali dei: et ideo verbum inquit hec veritas est: quoniam quicquid est in ea scientia de qua genitum est: etiam in ipso est. Scientia autem de qua est genitum est pater: vt ibi patet. quicquid ergo est in patre est in eius verbo. Ex quibus omnibus patet qd nihil omnino aut entitas aliqua est in patre que non sit in filio: nec e conuerso. quod etiam huiusmodi filij verba confirmant Ios. 15. dicentis. Omnia quecuq; habet pater mea sunt. et proinde cantat ecclesia in patre totus filius: et totus in verbo pater: non ergo in personis diuinis preter communem essentiam sunt alique speciales et proprie entitates excogitande: vt est ex dictis ostensum. Cui quoq; consonat dictum Hugo. lib. 1. de sacra. dicentis. tres personas nihil aliud esse qd essentiam vnam confitemur. Contra istam conclusionem potest argui per illud verbum prefationis. in personis proprietates et in essentia vnitas et in maiestate adoretur equalitas. Ex quo patet qd pro-

prietas est aliqua entitas: alioquin non esset in personis: et no est entitas que est persona: quia nihil est in seipso. ergo est entitas persone. Secundo si proprietates persone no sit aliqua entitas propria et partialis persone non esset vna proprietates: seu notio communis patris et filio: cuius oppositum dicit Magister distig. 29. lib. 1. et patet consequentia: quia nulla persona communis est patri et filio. Alie rationes possent fieri contra eandem conclusionem: sed ille adducentur in dist. 53. cum inquireretur de identitate et distinctione relationis diuine ab essentia.

Ad primam horum dico: qd illa auctoritas in sententia nullo modo est contra propositum: quod patet: quia non plus: et tali modo locutionis potest concludi qd proprietates persone no sit aliqua entitas propria et partialis persone: qd vnitas sit aliqua entitas distincta a maiestate: quod non solum in deo: sed in quolibet essentia falsum est. vt probatum est distinctione. 24. q. 1. nec etiam plus / qd equalitas sit entitas distincta a maiestate: quod etiam constat esse falsissimum. Et patet assumptum: quia sicut dicit. in personis proprietates: ita dicit. in essentia vnitas / et in maiestate equalitas. non ergo sumenda sunt verba illa in sua proprietate: sed fm impropiam significationem: sicut dixerunt aliqui venerabiles. Doc. anti qui vt per illa insinuarerit et personarum distinctione et vnitas essentie. vide ex postuerunt in personis proprietates. i. distinctio que no est aliud qd persone a se distincte: et est sensus fm ipsos. adoretur persone distincte et essentia vna. Secundo potest dici iuxta intellectum aliorum doctorum modernorum qd proprietates dicitur in personis intransitive: et tunc ponitur singularis numerus pro plurali. videlicet proprietates pro proprietates adoretur. ergo proprietates in personis. i. proprietates que sunt persone. Tertio potest dici qd proprietates accipitur: ibi tertio modo superposito in prima distig. fm quem modum erit sermo de proprietatibus in conclusione sequenti: et tunc erit sensus auctoritatis adoretur in personis proprietates. i. adoretur persone que suas habent proprietates: et quolibet istarum expositionum puto conuenientem esse auctoritati que non aliud intendit / qd nobis exprimeret pluralitatem personarum et essentie vnitatem: magis tamen placent prima et tertia.

Ad secundam dico qd consequentia non valet: quia pari modo probaretur qd essentia cum sit communis personis esset partialis entitas ipsarum: quod est falsum: vt supra est pbatum: sicut ergo essentia est pater et filius et spiritus sanctus: sic illa communis notio si ponatur est pater et filius: et non aliqua partialis entitas ipsorum: et hoc intelligo si loquamur de notione. put est aliquid incomplete significabile modo supra dicto. Si vero de comuni notione loquamur: vt est aliquid significabile complete tantum: tunc non valet consequentia: quia notio sic sumpta non est aliqua entitas existens in persona: immo nec aliqua entitas omnino.

Quarta conclusio est qd persone diuine distinguitur proprietatibus: tertio modo acceptis intelligendo qd per eas distinguantur: secundo modo: quia scilicet ex talibus proprietatibus potest cognosci et necessario concludi qd ipse persone sunt inter se distincte. Et qd ad hec duo probatur conclusio per Aug. de fi. ad Ios. vbi ait. in illa sancta trinitate vnus est pater qui solus essentialiter de seipso vnum filium genuit: et vnus filius qui de vno patre solus est essentialiter natus: et vnus spiritus sanctus qui essentialiter solus de patre filioq; procedit. hoc autem totum vna persona non posset: scilicet gignere se: nasci de se: et procedere de se. Quia ergo aliud est genuisse / qd natum esse. aliudq; procedere / qd genuisse / vel natum esse manifestum est: quoniam alius est pater / alius filius / alius spiritus sanctus. in quibus verbis pmo exprimitur proprietates coplere tarum modo: vel equaliter significabiles: sicut superius

Cap. 2.

est declaratum. Deinde additur qd ex talibus manifeste fit earum distinctio: cum ait. hoc autem totum non potest vna persona etc. Simili modo ponit proprietates personarum. *12. de trini. et allegatur in dist. 26. cum ait. Si semper patri proprium est qd pater semper pater est: necesse est filio semper proprium esse qd semper est filius. 2. de trini. et allegatur in dist. 27. dicit. proprium est patris qd semper pater est: id est proprietates patris est qua semper pater est. Semper vero pater est: quia semper genuit filium: ita et proprium filij qd filius est: id est proprietates filij est qua semper est filius. filius vero semper est: quia semper est genitus. Ergo proprietates qua pater est: est quia semper genuit. Et sequitur: et proprietates filij est: quia semper genitus est a patre: et sic easdem proprietates vt ante premisit Magister August. et *12. de trini. denotant. Cum ergo dicitur proprium est patris genuisse: non aliud intelligitur qd si dicatur: proprium est patris qd filium genuit: et proprium est filij ipsum natum esse: id est qd de patre natus est. Simili modo etiam Ansel. vt supra allegatum est. pprietates personarum coplere monstrauit. Constat autem vt ibi dicebatur qd hoc totum. pater genuit. vel filius de patre natus est. significariue sumptum p nulla entitate supponit. Et ita proprietates istae sic significare non sunt. entitates alique sicut in sequenti questione probabitur: ac per hoc non sunt persone vel in personis: nihilominus tamen verissime et eternaliter pater et solus ipse filium genuit: et ideo hoc est sibi proprium: et proprietates eius: et filius solus a patre genitus est: et spiritus sanctus ab vtroq; processit: et quo necessario sequitur qd vere fuerunt distincte persone ab eterno. Ex quo etiam vltius sequitur qd huiusmodi proprietates non sibi sunt nomina: vel relatiue appellationes: quinimmo ante omnem nomen et appellationem relatiuam eternaliter et vere ac realiter: id est sine omni operatione anime pater genuit filium: et filius a patre genitus est: et ab vtroq; spiritus sanctus processit: et ipse nunc relatiue nominibus et appellationibus significatur. *¶* Notandum autem qd quibus proprie huiusmodi proprietates non nisi coplere valeant significari: aliquando tamen inuenimus eas significatas fore in scripturis in complexis nominibus: et abstractis: sed tunc talia nomina equiualerent in significando predictis complexis et orationibus. hoc patet per *2. de trini. 2. 7. dist. vbi dicit qd proprietates patris est: quia semper genuit: et hec dicitur paternitas vel generatio: et proprietates filij est: quia semper est genitus a patre: et hec eadem dicitur filiatio vel genitura vel natiuitas vel origo vel nascibilitas: sic etiam proprietates qua spiritus sanctus est spiritus sanctus vel bonum est: quia procedit ab vtroq; et hec eadem dicitur processio. *¶* Et concludit Magister: in premisis ergo locutionibus eadem significare sunt proprietates. Eadem quoq; proprietates aliquando notiones vocantur: hoc ideo quia per eas distinctio personarum cognoscitur. Vocantur etiam relationes: et hoc quia non nisi relatiue possunt designari. *¶* Unde Ansel. in lib. de process. s. cum posuisset ea in quibus de veritate trinitatis greci nobiscum conueniunt: et inter cetera dixisset. nec putant. s. greci alium esse deum qui nascitur qd de quo nascitur: et qui procedit: quibus sibi nomina significantia: quia est de quo aliquis nascitur: et est qui de aliquo nascitur: et est qui de aliquo procedit: pluralitatem admittat: sibi quam plures et alij sunt abinuenem pater et filius et spiritus sanctus. Nam cum deus dicitur esse pater: significatur esse de quo aliquis nascitur. etiam infra scribit. hec itaq; sola causa pluralitatis est in deo: vt pater et filius et spiritus sanctus non possunt dici de inuicem: sed alij sint abinuenem: quia predictis duobus modis est deus de deo: qd totum potest di-***

ci relatio. Ex quibus patet primo qd quedam nomina predicta de deo significant: quia est de quo aliquis et quidem qui de alio etc. et sic equiualeant in significando complexis. Item patet qd talia significantia etiam vocantur relationes. hoc etiam patet per *2. de trini. vbi supra. vbi dicit qd nomina relatiua personarum quandoq; significant hypostasim: quoad qd vero relationem. et hoc scdo modo modo verificantur de essentia. Unde ait: ideoq; dicimus qd patris nomen non relationem tantummodo notat: sed etiam hypostasim et subsistentiam significat: ita et filius et spiritus sanctus: relationem vero vocabula: scilicet paternitas filiatio et processio: vel genere gigni et procedere ipsas tñ relationes non hypostasim significant: siue habere filium et habere patrem: ita qd sibi Magister paternitas non significat hypostasim et multo minus entitatem communem: et per consequens nullam entitatem pro qua possit supponere: sed significat habere filium: qd quidem habere nulla entitas est: quibus et qui habet et habetur filius vera res sit. *¶* Circa hoc tamen sciendum est qd quibus Magister dicit talia vocabula relationum non significare hypostasim non est intelligendum dictum eius quasi nullibi hypostasim significat: cu frequenter *12. de trini. 7. de trini. super illo. pater omne iudicium dedit filio: ait. natiuitas non potest aliquid habere nisi datum sit. Item infra super illo. non potest filius a se facere qd qd: ait. a se enim non potest posse natiuitas. Item infra. diuina natiuitas omne opus suu sub ministerio assumpti hominis exequitur: et post. natiuitas nãq; eam in se habet vnde subsistit. Item lib. 9. dispensatio inquit magni et pñ sacramenti natiuitatis diuine: patrem in super etiam conditionis assumpti deum fecit: dum qui in forma dei erat repertus est in forma serui: in quibus omnibus locis hoc vocabulum natiuitas pro solo filio ponitur. Et similiter in eo quod sequitur post vltima allegata. deus quidem pater natiuitas est vniuenti dei: est constructio intransitiua: vt sit sensus: est pater natiuitatis que est vniuenti deus. *¶* Intelligendum est ergo dictum Magistri: quia tunc frequentius et apud plures pro illis proprietatibus huiusmodi vocabula sumebantur: sic autem factis communiter talibus vocabulis vtuntur Docto. aliquando p hypostasibus ipsis seu personis: aliquando pro caru proprietatibus tertio modo acceptis. Unde etiam ego primo modo vsus sum in superioribus cum dixi qd pater est paternitas: filius est filiatio et generatio: ac etiam spiratio: et ideo diligenter oportet in pluribus locis attendere qualiter dicta nomina accipiuntur: qd autem persone non distinguunt huiusmodi proprietatibus sic acceptis tanq; rationibus et principijs distinctiuis: vt supra dicebatur in conclusione quarta: patet: quia ipse sibi non sunt alique entitates. Item: quia si eis taliter distinguerentur persone oporteret qd ipse essent persone vel alique entitates personis intrinsece: quous neutrum est verum: et ideo quando inuenitur a sanctis qd proprietates sunt essentie vel persone: intelligende sunt proprietates primo modo: et quando inuenitur dictum ab eisdem qd vna persona est alia ab alia per hoc qd vna est ab alia: vel simile: per quod proprietates tertio modo dicte significantur: intelligendū est dictum illud de distinctione secundo modo sumpta. *¶* Ad argumentum questionis respondeo qd decretalis accipit proprietates primo modo: scilicet pro personis et est sensus: qd hec sancta trinitas est vna essentia et distincte persone: vel et in idem redit est indiuidua sibi essentia et sibi personas vel personis distincta. Conformer dicto *2. de trini. supra in conclusione secunda adducto: possit etiam intelligi de proprietatibus tertio modo dictis: et tunc esset sensus qd trinitas: id est tres persone sunt distincte per***

Cap. 2.

Cap. 3.

proprietates: quia scilicet impossibile est illas proprietates eidem conuenire persone: vt supra dicit Augustinus. *¶* Ad illud vero quod vltius additur in argumentor: scilicet qd vnumquodq; eo constituitur quo distinguitur ab alijs. dicitur hoc non esse vniuersaliter verum: quoniam non in his que nullo constituntur quale est omne simplex: in his autem que ex aliquibus constituntur habet veritatem: quoniam sua constitutiva sunt etiam per que illud ab alijs est distinctum.

Distinctionis. xxvii.

Questio. j.



**C**irca distinctionem vigesima octaua et quatuor sequentes in quibus Magister multa loquitur de relationibus: et in generaliter et in speciali de aliquibus speciebus relationum: vt copletius hec materia pertractetur queram aliquas questiones: et est prima. *¶* Utrum aliqua relatio sit vna res existens non per operationem anime: *¶* Et arguitur primo qd non. quia omnis relatio est habitudo quedam media inter duo extrema que adinuicem coniungit: et connectit etiam quantumcumq; sint in re separata vel remota: sed nulla res existens in natura est sic media vt notum est. ergo nulla res existens in natura est relatio.

Ec. 4.

**Ad oppositum** arguitur ex intentione philosophi. 7. metaphy. qui ens reale diuidit in. 10. predicamenta: quod non esset verum nisi predicamentum relationis significaret rem aliquam extra animam.

**Respondeo** primo premittā vnam distinctionem de acceptione huius nominis relatio. Deinde iuxta membra distinctionis ponam aliquas conclusiones.

**Quantum** ad primum sciendum qd hoc nomen relatio quantum ad propositum sufficit accipitur tripliciter. *¶* Primum vno modo sumitur in eadem significatione cum his nominibus relatiuum: et ad aliquid sibi qd ad aliquid est dictio non oratio. *¶* Et sibi hoc idem est relatiuum et ad aliquid et relatio: isto modo vltur hoc nomine relatio in predicamentis philosophus: sicut patet diligenter intuenti: et maxime illam partem: inest autem contrarietas in relatione sibi expositionem *¶* Quod enim dicit *¶* Quod virtus et vitium sunt relationes. et philosophus ait qd sunt ad aliquid: et hoc quoq; modo *¶* Albertus commentator super predicamentis. ca. de ad aliquid. et multi etiam Doctores moderni: sic isto modo accipiendo illud est relatio qd est relatiuum vel ad aliquid. *¶* Alio modo accipitur relatio non pro relatiuo vel ad aliquid: sed pro eo quo ipsum relatiuum est relatiuum et ad aliquid: et istud adhuc dupliciter sibi qd id quo relatiuum est relatiuum dupliciter accipitur. *¶* Vno modo accipitur pro aliquo significabili complexu tantum vel equiualeuter: sicut superius distin. 26. dicebatur de proprietate vno modo sumpta: et hoc modo accipit relationem Ansel. de processione spiritus sancti: et aliquando Magister sicut patet lib. 1. dist. 27. hoc modo relatio patris ad filium est: quia genuit: ideo enim pater: quia genuit: et relatio agentis ad patiens est: quia aliquid causat in illud: eo enim agēs quo causat vel efficit aliquid in aliquo: et sic in alijs relatiuis possent af-

Cap. 3.

signari relationes quibus ipsa dicuntur relatiua. *¶* Alio modo accipitur illud quo aliquid est relatiuum pro aliquo incomplexe significabili: et de quo abstractum relatiui verificatur: siue etiam hoc abstractum relatiui sicut similitudo est illud quo simile est simile et illud est relatio: et similiter id quo formaliter sciens est: sciens dicitur scientia et relatio: et hoc modo etiam multi doctores vtuntur hoc vocabulo relatio.

**His premisis** pono tres conclusiones. *¶* Prima est qd aliqua relatio (accipiendo relationem primo modo) est vna res existens actualiter extra animam nec ab operatione anime dependens. *¶* Secunda qd nulla relatio secundo modo dicta est aliqua res vel entitas existens extra animam: pro eodem autem nunc accipio rem et entitatem. *¶* Tertia conclusio qd aliqua relatio tertio modo dicta est vna res actualiter extra animam existens et ab operatione anime independens. *¶* Circa primam conclusionem probabo primo sic. si nullum ad aliquid vel relatio esset actualiter extra animam et absq; eius operatione: sequitur qd nulle res essent actualiter tales et absq; operatione anime quales denotant esse vel denotari possunt per terminos relatiuos: consequens est falsum: quoniam sequitur qd nulle res essent actualiter distincte absq; operatione anime: et per consequens nulla rerum pluralitas esset extra animam: sed omnia essent vnum indistinctum: quod manifeste falsum est: consequentia patet: quoniam si aliqua sunt plura ipsa sunt distincta et diuisa: sicut si aliquid est vnum ipsum est indiuisum. vt patet per rationes vnius et multi. 10. meta. *¶* Unde Boetius in libro de trinitate dicit. qd vbi nulla diuersitas ibi nulla pluralitas: s; vniuersitas tñ. Item nulla essent similia. et per consequens nullū esset tale quale est aliud. Nam cum esse aliquid alteri simile: non aliud intelligimus qd si diceremus qd ipsum est tale quale est aliud: accipiendo tale et quale stricte sibi qualitatem: et sic nulla essent alba nulla nigra: et sic de similibus. Item nulla essent equalia: et per consequens nullum quantum esset tantum quantum est aliud: cum idē vtroq; significatur. *¶* Ex quo vltra sequitur: qd non essent duo bicubita vel tricubita. Eodem modo probaretur qd nulla essent pater et filius: causa et causatum: agens et patiens: que omnia sunt falsa manifeste. consequentia vero principalis probatur ex hoc: qd sicut ideo dicitur esse absolutus extra animam actualiter: quia aliquid est actualiter tale absq; operatione anime quale denotatur esse per terminū absolutus. *¶* Vel dicitur esse absolutum pro quo potest supponere terminus absolutus: sic suo modo est in proposito de relatiuis. *¶* Unde irrationabile apparet dictum illorum qui dicunt qd soli termini sunt ad aliquid vel relatiui seu relatio: ita qd tria nomina predicta non sunt nomina prime intentionis: sed secunde tñ que non verificantur nisi de terminis primarum intentionum: et tamen ex alia parte dicunt qd multe res: immo omnes que nec termini sunt nec signa sunt absolute: quoniam nulla ratio apparet propter quam debet concedi qd alique res sint absolute potius qd concedi debeat qd alique res sint relatiue. *¶* Et propter quas non eque posset dici qd soli termini sunt absoluti: et qd absolutum est nomen secunde intentionis tñ: sicut et relatiuum qd si quis etiam vellet dicere qd nulla res est absoluta: sed termini tantummodo non est contra ipsum disputandum eo qd institutiones vocabulorum et vsus ad placitum sunt quapropter ad placitum potest quilibet vocare vel res vel terminos absoluta vel relatiua. *¶* Sibi autem sufficit qd si cut actualiter extra animam aliquid est tale quale denotatur vel denotari potest esse per predicationem absolutam seu per terminum absolutum: sic aliquid actualiter extra animam: hoc est non per operationem anime est tale qua-

Ec. 3. 7. 9

*Est res no in deo ab ita et dicitur relatiuum ut sibi hoc et illud huiusmodi*

le denotari potest per predicationem relatiuam: siue in qua predicaretur terminus relatiuus. Et sicut aliquid extra animam est aliquid non ad aliud. uerbi gratia. homo uel equus: sic aliquid extra animam est aliquid ad aliud. puta pater uel filius. illud autem quod est aliquid ad se seu non ad aliud in quantum huiusmodi absolutum dicitur: et illud quod est aliquid ad aliud: in quantum huiusmodi dicitur esse relatiuum et ad aliquid seu relatio. **¶** Istud dictum est per intentionem August. s. de trinita. ubi de. s. s. ait ille. s. s. qui non trinitas: sed in trinitate intenditur in eo q. pprie dicitur spiritus sanctus: relatiue dicitur: cum et ad patrem et ad filium refertur. ubi patet q. non de nomine: sed de persona que per nomen intelligitur in illa trinitate dicit q. refertur: et in sequenti capitulo immediate mouet dubium quomodo dicatur relatiue spiritus patris: cum e conuerso pater non dicatur pater spiritus sancti. Et eodem modo de filio qui non dicitur filius spiritus sancti. Et respondet. in multis enim relatiuis hoc contingit ut non inueniatur uocabulum quosibi uicissim respondeant que ad se referunt. Et subdit: sed ut hec uicissim respondeant dicimus donum donatores et donatores doni: quia hic potuit inueniri uocabulum uocabulum: allic non potuit: ex quibus apparet q. cum uocabula relatiua imponantur relatiuis et his que referuntur: ut dicit Augustinus) no solum uocabula: sed res ipse uocabulis significat sunt relatiue. **¶** Quic pcorat August. rois super predicamentis. in capitulo de ad aliquid in principio. d. q. vnumquodq. relatiuum redit per conuersionem: cum accipiuntur per nomina sua signa super ipsa ambo ex eor. id est q. sunt relatiua si est eis nomen: aut cum ponitur eis nomen si non est eis ambobus nomen. **¶** Et infra. cum non fuerit inquit relatiui recte nomen significans super eam ex eo q. est recta et illud quidem ambobus relatiuis aut vni ipsorum: iam necesse est referenti ut ponat utrius aut vni ipsorum nomen: ex eo id est in quantum comparantur ambo relatiua: et multa subdit ad propositum: ecce q. relatiui et relatiuis imponuntur nomina significatia ipsa in quantum sunt relatiua. **¶** Constat autem q. talia nomina imponuntur nominibus: sed rebus que non sunt nomina. ergo relationes et relatiua vere sunt res ad extra que non sunt signa. **¶** Secundo sic. aliqua res extra animam et non per operationem anime est vere et actualiter pater. ergo aliqua res actualiter extra animam et non per eius operationem est ad aliquid seu relatio. Antecedens patet. **¶** Ita deus vere actualiter extra animam est pater: et sic eternaliter fuit nec ad hoc plus faciat anima q. ad hoc q. ipse fuerit deus. et simili modo etiam soz. est pater platonis que genuit si plato sit: et plato est filius. consequentia patet: quia esse patrem est ad aliud quodammodo se habere. hoc autem est esse relatiuum: ut patet per philosophum in predicamentis et omnis pater in quantum pater est pater ad aliud: et ideo in omnibus in quantum ipsum est ipsum est ad aliud: et talia vere sunt relatiua per philosophum ibi dicentem: q. ad aliquid sunt quecuq. hoc ipsum q. sunt aliorum sunt. **¶** Et aduertendum q. non dicit quecuq. aliorum sunt: sed quecuq. hec ipsa que sunt: sunt aliorum. **¶** Unde no ideo dominus relatiuum est: quia est alterius: sed quia est ipsum. id est dominus alterius: et pater ideo est relatiuum: quia est ipsum id est pater alterius: et sic de alijs relatiuis: ita q. semper idē terminus relatiuus poni posset vere ex parte predicati. **¶** Contra istam conclusionem et eius probationes potest argui duplici via. Una siquidem probando q. nulla res est absq. operatione anime talis qualis denotatur per predicationem relatiuam. uerbi gratia. q. nulla res est actualiter distin-

cta uel similis aut causa aut pater: et sic de alijs: nisi per operationem anime. **¶** Hac autem via procedit quidam Aureolus doctor: sumens pro fundamento: q. quodlibet quod dicitur taliter relatiue est formaliter tale per quadam habitudinem mediam inter ipsum et illud: respectu cuius dicitur esse tale. uerbi gratia. simile est simile actualiter et formaliter per similitudinem que est quedam habitudo media connectens et coniungens vnum simile alteri: et eodem modo distinctio et paternitas / aut alie relationes sunt quedam habitudines medie duorum vnus: ut fundamenti / alterius ut termini: quibus fundamenta ipsa sunt: et dicuntur formaliter talia tales autem habitudines no possunt esse extra animam actualiter: nec sunt res facte a natura: sed solum ab anima apprehendente et in ea obiectiue tantummodo existentes. **¶** Et confirmatur ista imaginatio per uerbum Commentatoris qui tertio physicoz. dicit q. relatio est vna dispositio existens inter duo que adinuicem referuntur: et q. est quoddam interuallum inter illa. **¶** Secundo ad idē arguitur: quia formalis effectus relationis non est aliud / q. vnam rem ad aliam ferri. hoc autem non facit natura: sed intellectus tantum. **¶** Tertio relatio aduenit et acquiritur alicui et sine mutatione illius: ut dicitur quinto physico. nulla autem res aduenit alicui sine illius mutatione. **¶** Quarto nullum quod non esset si anima non esset est res extra animam: sed relatio est huiusmodi: dicit enim philosophus sexto meta. q. est quoddam ens quod cu alio copulatur: et cogitatio diuidit illud: et Commentator exponit. d. et intendit predicamenta que communiter habent comparationem. est inatur enim q. illa non essent: si anima non esset. **¶** Quinto idem Commentator. 12. meta. dicit q. relatio inter omnia predicamenta est esse debiliorum: sed per eundem. 4. physico. entium quedam sunt completa in quorum esse nichil facit anima. **¶** Quedam vero sunt quorum actus completur per animam: et de talibus per eum est tempus. ergo etiam de talibus est relatio: cuius esse est inter omnia debilissimum. **¶** Deinde hoc specialiter probat de quolibet modo relatiuorum: quantum ad primum arguit sic. identitas equalitas et similitudo nichil aliud sunt: q. quedam undistinctiones et indiuisiones: indiuisio autem non est pura negatio: q. oē indiuisio est in aliquo idiuisum: et p. ois in aliquo fundatur. **¶** Indiuisio ergo que est similitudo duarum albedinum aut fundatur in natura communi: et hoc non: quia tunc similitudo esset identitas in communi natura quiditativa et essentiali: in qua non includitur aliquod relatiuum / aut in ipsis albedinibus simul prout sunt in re extra: quod etiam non potest dici cu ille sint diuise et distinctissime: tum etiam quia tunc vna negatio fundaretur in duobus subiectis distantissimis: quod est impossibile. relinquitur ergo q. fundetur super obiectiua apprehensione / seu obiectiuo iudicio ambaru: et per consequens ad eius esse requiritur operatio anime. **¶** Quantum ad secundum modum relatiuorum arguitur sic. nulla res dependet a non re: ut fundatur super non rem: sed relationes secundi modi (uerbi gratia paternitas. et filiatio) fundantur super egisse quod transit in prereritum: ipse autem manent transeunte generatione. ergo no sunt res: et ideo dicunt q. tales relationes non sunt aliud q. producere et produci concepta per modum habitus et quietis: que ut sic sunt habitudines medie connectentes producens et productum. **¶** Eodem modo probatur de tertio modo relatiuorum: quoniam tales relationes: ut scientie ad scibile et intelligibile: et vniuersaliter mensurati ad mensuram dependent ab ipsis mensuris. contingit autem q. mensura tunc non sint: quoniam non oportet scibile esse in actu scientia existente in actu / nec intelligi-

L. d. 2. a.  
L. c. 10.  
L. c. 8.  
L. d. 19.  
L. d. 8.

De ch. 11. l. d. 1. q. 1.

bile dum intelligitur. **¶** Ex his ad rationes factas pro conclusione respondet q. absq. operatione anime non est aliquid dominus uel pater relatiue propter actualem habitudinem dominij uel paternitatis que sit in rebus: dicitur tamen realiter dominus propter fundamentum dominij: propter quod est in propinqua potentia: ut intellectus statim cogatur reducere in actu dominij habitudinem: et ideo non est nisi fundamentaliter dominus et in potentia absq. operatione anime. **¶** Idem dicit de simili et distincto et alijs relatiuis: et satis conuenit cum response aliquorum dicentium q. duo alba absq. operatione anime sunt similia fundamentaliter non formaliter. **¶** Alios audiui dicentes q. sunt similia substantiue: id est entitatiue uel essentialiter: non autem relatiue. **¶** Ad id quod sic arguuntur circumscribitur omni operatione anime aliquid est realiter dominus uel pater decipiuntur: quoniam non circumscribitur omnis operatio anime: sed iam aliqua relinquitur utpote illa qua hoc enuntiat: et illa est que huiusmodi habitudinem reducit ad actum. **¶** Secunda via potest argui contra conclusionem similiter probando q. nulla res extra animam est relatio: esto q. aliqua sint talia qualia denotantur per terminos relatiuos: et hoc modo quidam alius doctor procedit: concedens quidem et bene: q. vere absq. operatione anime aliquid est simile et aliquid pater et causa: et sic de alijs. nichilominus tamen nulla res extra que non est signum est ad aliquid uel relatio. **¶** Hoc autem probatur dupliciter. **¶** Primo sic. omnis res realiter distincta ab alia re quarum neutra est pars alterius potest intelligi alia non intellecta: sed impossibile est aliquam relationem intelligi non intellectu alia relatione opposita: que tamen non est pars eius nec e conuerso. ergo nulla relatio est res maior patet: quia non magis dependet intellectus vnus rei totaliter disperate ab intellectione alterius rei disperate q. intellectio effectus ab intellectione sue cause essentialis: sed illud quod est effectus potest intelligi non intellecta sua causa. ergo et minor probatur: quia si aliquid posset intelligere sortem et similitudinem eius: non intellecta alia correspondere similitudine: tunc posset scire sortem esse similem: et tamen dubitare et ignorare an sit alicui alteri similis: et scire aliquem esse patrem et ignorare an habeat filium. **¶** Secundo sicut contradictio dicta de aliquidibus est via concludendi distinctionem. ita impossibilitas recipiendi predicationem contradictoriorum pertinentium ad esse est via concludendi identitatem: sed similitudo sortis ad platonem non potest esse sine similitudine platonis ad sortem nec e conuerso sine contradictione. ergo ista similitudo est realiter illa: sed similitudo sortis ad platonem non est subiectiue in platone. ergo nec similitudo platonis ad sortem est subiectiue in platone: et e converso: non est in sorte. ergo nullibi est subiectiue: et non est substantia (ut dicunt hi contra quos arguit) et per consequens nec substantia nec accidens. ergo nulla res potest tamen etiam simpliciter idē probari: quia similitudo sortis ad platonem non est in platone nec est plato. ergo nec similitudo platonis ad sortem est in platone nec est plato: et per consequens nulla res extra animam. **¶** Istud dicunt fuisse de intentione philosophi in predicamentis qui dicit q. ea sunt relatiua que dicuntur aliorum: aut quomodo libet aliter ad aliud: id est ut exponitur communiter sub aliqua alia habitudine casuali. **¶** Itē infra dicit q. omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam: sed casu aliquoties differunt per locutionem. **¶** Item infra dicit q. aliquoties et nomina funge necesse erit si no fuerit nomen positum ad quod conuenienter assignetur. **¶** Constat autem q. dici non competit rebus: sed terminis et signis rerum. **¶** Item

habitudinem casualis non conuenit rebus. **¶** Itē nec res ipsas fingere possumus sed nomina rerum: et ad illa que fingimus dicit philosophus alia dici. unde ait si non fuerit nomen positum ad quod supple nomen conuenienter assignetur relatiuum. multa quoq. alia dicit de relatiuis que tantum nominibus conueniunt. **¶** Ex quo patet q. eius intentio fuit q. relatiua non sunt res extra animam: sed nomina rerum. **¶** Ad ista facile est respondere. **¶** Primo quidem fundamentum primi doctoris falsum est: quoniam non est ponenda aliqua talis habitudo media que coniungat extrema relatiua. uerbi gratia. de similitudine. **¶** Nam ad hoc q. aliquid sit alteri simile sufficit q. ipsum sit tale quale est aliud per qualitatem eius: sed speciei nec aliqua alia res media inter ipsa est necessaria: ut magis patebit in sequenti questione. uerbum autem Commentatoris: nisi q. id quod refertur: refertur ad alterum. ita q. ad hoc q. ipsum referatur siue sit relatiuum requiritur quoddam aliud saltem in multis maneribus relatiuorum: sicut ad hoc q. aliquid sit simile requiritur q. sit quoddam aliud cui sit simile: et ad hoc q. aliquid sit dominus requiritur q. aliquid sit seruus: et sic de alijs multis. **¶** Unde duo requiruntur: scilicet ipsum quod refertur: et id ad quod refertur: nec semper talia duo sunt due res existentes actu: sicut patebit in sequentibus: et hoc uult significare Commenta. per illa uerba interuallum et dispositio inter duo: nec aliam rem mediam uult significare. **¶** Ad secundum dicendum q. loquendo in uero sensu de effectu formalis (quis improprie nominis sit talis modus loquendi) effectus formalis relationis est esse relatiuum (ut similitudinis esse simile: et paternitatis esse patrem): et hoc utiq. non ab intellectu est: sed absq. eius operatione aliquid est simile et aliquid uere pater: et ita de multis alijs: nec ad hoc necesse est rem aliquam ad aliam alio modo ferri uel portari. **¶** Ad tertium nego antecedens si proprie sumatur nec ipsum ponit philosophus. sed ait. contingit enim altero permutato: id est mutato uerū esse alterum nichil mutans. et uidecimo metaphysic. eandem sententiam: et ad idem propositum ponit in his uerbis. est enim altero permutato uerificari alterum nichil permutatum: et est intentio eius. l. contingit aliquid ad aliud de nouo relatiue dici uel esse relatiuum per determinatam: scilicet speciem relationis. uerbi gratia. simile uel dupli: aut aliquid tale absq. sui mutatione: sed ad hoc non est necessarium aliquid rei uel rationis acquiri uel sibi aduenire: ut patebit in questione sequenti. **¶** Ad quartam neganda est minor si sumatur uniuersaliter. **¶** Ad probationem dicendum q. ibi philosophus et Commenta. sunt ad oppositum: quod patet: quia excludendo a sua consideratione ens per accidens et ens in anima dicunt se uelle perferuari de ente uero quod est extra animam. **¶** Ex rebus autem inquit philosophus per illam translationem que sunt in rei ueritate est illud quod significat aut quid aut quale aut quantum aut qd copulatur cum alio. ubi dicit Commenta. q. per illud qd copulatur et intelligit cetera predicamenta. **¶** Volunt ergo q. cetera predicamenta significant ueras res extra animam. **¶** Et quia aliqui estimauerunt oppositum: ut ibi dicit Commenta. ideo ad eorum opinionem excludendam: specialem de illis septem fecit mentionem simul cum alijs. d. q. illa significat ex rebus que sunt in rei ueritate. **¶** Preterea. **¶** Hec probatio contradicit arguenti cum ipse uelit q. actio et passio sint res extra animam: et tamen actio et passio sunt de illis septem de quibus. d. Commenta. q. estimatur q. non essent nisi anima esset. **¶** Dico ergo q. nec a philosopho nec a Commentatore esti-

3. phy. 20.  
5. phy. 8.  
L. c. 10.  
L. c. 8.  
L. d. 8.

Comē. 19.

mantur talia non esse nisi anima esset: sed a quibusdam alijs hoc false opinantibus: sicut et quidem false opinati sunt relationes esse de secundis intentionibus: vt dicitur in Commentator. duodecimo metaphys. Ad quintum dicendum qd Commentator non dicit illud quintum aliquid relatio potentis esse: immo et potentissimi esse. cum aliqua relatio sit deus: sed quia esse ad aliquid non est esse aliquid sibi se seu aliquam entitatem: vt in sequenti questione declarabitur: quibus illud quod est ad aliquid sit etiam aliquid: non sic autem est de absolutis. Nam esse hominem est esse aliquam entitatem: et similiter esse albedinem: et sic de alijs: et hec solutio magis patebit ex his que in sequenti questione dicentur. Ad rationem qua specialiter arguitur de relationibus primi modi: respondeo qd cum dicitur qd identitatis et equalitatis et similitudo sunt indistinctiones et diuisiones in vero sensu non aliquid significatur qd si diceretur idem in quantum huiusmodi est indistinctum: et simile in quantum huiusmodi: et equale in quantum equale est indistinctum ab eo cui est idem simile vel equale: et intelligitur de indistinctione specifica sibi entitatem qualitatem quantitatem reddendo singula singulis. Et ad hoc significatur vt dicitur qui recte sentiunt talibus abstractis. Et ad hunc sensum loquendo non oportet imaginari aliquas negationes vel priuationes et eis procurare aliqua fundamenta in quibus sustententur: sed ipsemet res singulares extra existentes sunt indistincte specificiter: licet numeraliter sint diuerse. Si vero non in dato sensu intelligatur antecessens assumptum: sed concipiatur alique negationes medie: et queratur de fundamentis vel subiectis ipsarum: nego totum illud: et alia que sequuntur eidem imaginationi conformia. Ad rationem de secundo modo relatiuorum: concedo maiorem in sua propria significatione acceptam: et nego minorem: dico enim qd nec pater nec paternitas fundantur super genuisse: quibus nullus sit pater aut paternitas que non genuerit. Eodem modo dico de filiatione qd non fundatur super genitum esse: sed omnis filius vel filiatio quod pro eodem nunc accipio genuisse est. Ad rationem de tertio modo dico qd non omnis relatio dependet in esse a suo termino: quibus alique dependant vt relationes creaturarum ad deum et casualium a suis causis a quibus ipsa causata: que vtique sunt ipse relationes dependent. Contra istud arguit iste Doc. primo sic. non magis dependet res in intelligi qd in esse: quod patet: quia intellectus precindit rem a multis dependentijs que ipsam consequuntur in esse. Unde lapidem potest concipere absqz dependentia ad deum: quibus in essendo a tali dependentia lapsus absolutus non possit: sed intellectus non potest precindere relationem a termino: cum relatiua sint simul naturali intelligentia. ergo etc. Secundo. nulla res potest esse sine eo qd est de quiditate et diffinitione ipsius: sed terminus est de quiditate ratione seu diffinitione relationis. ergo nulla relatio potest esse in rerum natura: quin etiam simul existat terminus eius. Ad primum dicendum qd minor: accepta in isto sensu: qd intellectus non potest intelligere relationem non intellecto termino: sicut accipi oportet ad propositum: ipsa vtique est falsa: et similiter propositio que assumitur ad eius probationem: et licet aliquando allegetur tanqz dicta a philosopho in predicamentis: ipsam tamen non ponit philosophus: nec aliquam sibi equiualem: sed bene dicit qd videtur quedam relatiua esse simul natura: et postea dicitur: quedam etiam non esse simul natura. quod autem naturali intelligentia

sint simul: non dicit. Et si illud verbum sic exponeretur natura: id est naturali intelligentia expositio esset ad placitum exponentis et non ad mentes philosophi: vt ibi patet: et tamen hoc esset contra arguentem cuius philosophus dicat non omnia relatiua esse simul natura: et per consequens nec naturali intelligentia sibi illum modum exponendi. Dico ergo qd vnum relatiuum et vna relatio potest intelligi tam de intellectu simplici qd etiam aliqua complexa non intellecto correlatiuo: sed non potest intelligi esse relatiuum sibi aliquam speciem relatiuorum distincte et determinate non intellectu correlatiuo. verbi gratia simile vtique potest cognosci non cognito eo cui est simile: sed simile non potest cognosci esse simile nisi cognoscatur cui est simile: et hec est intentio philosophi cuius ait: qd qui diffinitio cognoscit vnum relatiuorum diffinitio cognoscit reliquum: sicut patet: ait enim. palam itaqz et hoc est. Si enim nouit hoc quidem aliquid: quia ad aliquid est et illud nouit ad quod quodammodo se habet: et post exemplificat di. vt hic. Si quis nouerit diffinitio: quia est duplicem: et cuius est duplicem mox diffinitio nouerit etc. et sic de singulis exemplificat semper dicendo qd si quis nouerit hoc. verbi gratia. lapidem hunc vel lignum: quia est vnum etc. quibus nec istud sit verum in omnibus. Nam quis possit cognoscere qd iste calor qui nunc est et prius non erat est causatus: et tamen ignorare a qua causa est causatus et sic de multis effectibus aliorum quorum causas ignoramus: et tamen scimus qd sunt effectus. Ad secundum accipiendo quiditatem pro ratione dicente quid est siue pro diffinitione sicut ipsi videntur intelligere in sua minore. primo dico qd maior non est vera nisi de diffinitione dicente. quid est res: siue qua respondetur ad questionem factam de re per nomen demonstratiuum: dicendo quid est hoc: et in qua non ponitur aliquis terminus importans aliquid extrinsecum ipsi rei. Et istud patet: quoniam si diffiniatur ignituum diffinitione dicente quid nominis. Dicitur qd est aliquid potens ignem producere. Et constat qd ignituum est et nullus ignis adhuc est: cuius est productiuus: et sic de multis posset exemplius poni. Rursum si in diffinitione aliqua ponatur extrinsecum idem pater. cum nihil prohibeat sine eo quod non est intrinsecum sibi rem esse: quibus non sine quolibet: quia non sine deo. ipse autem non ponitur in huiusmodi diffinitionibus. sic ergo patet qd illa maior non est vera nisi in sensu dato: sed in eodem sensu minor est falsa: quia de aliquo relatiuo si interrogetur dicendo quid est hoc demonstrata re ipsa relatiua. non respondetur diffinitio in qua ponitur terminus ad quem dicitur. Unde si quis querat quid est hoc demonstrato alio quo homine patre: non respondeat aliqua diffinitio in qua ponitur filius: quibus si de ipso nomine relatiuo significatiue stante queratur. dicendo quid est pater. Respondeatur diffinitio in qua ponitur filius: et ex hoc patet qd illa non est diffinitio dicens quid rei de qua dictum est. Solutiones quas dant ad rationes probantes istam conclusionem non valent. Prima quidem non: quoniam cum dicitur circumscripta operatione anime aliquis est pater vel dominus fundamentaliter vel substantiue et in potentia propinqua: aut intelligitur qd sit actualiter dominus: ita qd contingat vere enunciare de inesse: quod est dominus. Et tunc sequitur qd etiam relatiue est dominus. cum impossibile sit aliquem esse dominum aut patrem nisi sit pater filij aut dominus serui. Unde manifesta contradictio implicatur cum dicitur aliquem esse actualiter dominum et non relatiue dominum. Et tunc autem cum hoc ipse sit in potentia vt intelligatur et intellectus circa ipsos

Chap. 19.

aliquid fabricet vel non: nihil ad propositum: aut secundum intelligitur qd sit fundamentaliter pater. i. habes fundamentum quo potest fundare paternitatem: et ita est in potentia propinqua pater: quod tamen non est actu pater: ita qd de inesse contingat vere dicere ipsum esse patrem: et tunc sequitur qd hec de inesse et de preterito est falsa. de? fuit ab eterno pater: et deus fuit ab eterno personaliter distinctus a filio. Ex quo sequitur qd deus non fuit ab eterno pater: sed potuit esse pater / nec ab eterno fuit personaliter distinctus a filio: sed potuit esse distinctus: quorum vtriusqz est hereticum manifeste. Item qd res anteqz apprehenduntur ab anima non sunt / nec fuerunt distincte: quibus potuerunt esse distincte: et per consequens non fuit / nec esse potuit sine operatione anime aliqua multitudo rerum: vt supra arguebatur: quod etiam constat esse falsissimum. Secunda quoqz solutio statim refellitur: quia esto qd intellectus ille enuntians: tunc reduceret habitudinem domini / vel paternitatis ad actum: causando scilicet illud iudicium obiectiuum: quod tamen falsum est: nullo tamen modo apparet esse possibile: qd tunc per actum anime fiat qd ab eterno / vel anteqz omnia consideraret: fuerit tale iudicium obiectiuum: et per consequens relatio: nunc autem probatum est qd anteqz anima consideraret: deus fuit pater: et pater fuit distinctus a filio: et multa alia a deo et inter se: quare nullum est illius solutionis refugium. Ad dicta alterius doctoris. Ad primam respondeo conformiter ad dicta statim in vna solutione qd illa minor est falsa. Ad probationem cum dicitur: qd tunc quis posset scire sortem esse similem: et tamen dubitare et ignorare: an sit alicui similis: nego consequentiam: quia non sequitur aliquis cognoscit sortem et similitudinem eius. ergo cognoscit sortem esse similem. Exemplum constat qd quicunqz videt intuitiue / vel cognoscit. a. albedinem: videt etiam accidens quod est. a. et tamen non quicunqz videt et cognoscit. a. albedinem et. a. accidens cognoscit albedinem esse accidens. patet in rusticis et idiotis. Item si corpus duorum cubitorum videatur a longe constat qd quicunqz videt / vel cognoscit illam magnitudinem. cognoscit etiam bicubitum: et tamen non quilibet talis cognoscit illam magnitudinem esse bicubitam: immo potest imaginari eam esse cubitum tantum. Ad secundum dico. qd qualitercunqz debeat esse simile maioris: minor est falsa. Dico enim qd similitudo sortis ad platonem potest esse sine similitudine platonis ad sortem: quibus similitudo sortis ad platonem non possit esse similitudo sortis ad platonem sine similitudine platonis ad sortem: sicut creans potest esse sine creatura: et conseruans sine conseruato: quibus nec creans possit esse creans sine creatura: et conseruans possit esse conseruans sine conseruato. Similiter pater potest esse sine filio in creaturis: non tamen potest esse pater sine filio: sicut autem ex hoc non potest argui qd creans et conseruans non sit res distincta a creatura et conseruato / nec pater a filio: sic in proposito non potest argui qd vna similitudo non sit ab alia distincta. Quod autem dicitur hoc esse de intentione philosophi patet falsum esse ex dictis sui Commentatoris ibidem superius allegatum. Unde sciendum qd vna et eadem res est aliquid ad se et aliquid ad aliud: immo quolibet res sicut probabitur in sequenti questione: et ideo eadem res est aliquid modo absoluta / et aliquid modo relatiua: ad quod distincte significandum imponuntur nomina et absoluta et relatiua. Absoluta quidem vocantur illa que ipsam significant sibi qd est ad se. Relatiua vero que sibi quod est ad illud.

Et quia res ipse diuersimode sunt ad aliud: ideo diuersis habitudinibus casualibus nominum relatiuorum significatur esse ad aliud. Item quia sicut pater est pater ad filium: ita filius est filius ad patrem: ita est in omnibus que sunt ad se inuicem. Idcirco et vocabula relatiua talia oportet imponi que significatiue sumpta conuersim dicantur ad se inuicem: et ista intendit ibi philosophus: ex quibus non potest haberi qd eius intentio sit res ipsas non esse ad se inuicem et relatiuas: sed potius oppositum. Quod etiam confirmatur per Augustinum. ibidem exponentem verbi philosophi allega. post longam enim expositionem que tota fauet proposito concludendo ait. hec igitur est via discendi necessaria: vt per eam ambulet in eo quod non habet nomen ex relatione. videlicet vt ponatur et nomen significans super relatiua ex parte qua sit relatio vtique equalis: id est in quantum sunt conuersim relatiua: et eum hoc sit ita. omnia ergo relatiua cum accipiuntur sibi rectitudinem: id est ex via qua sunt relatiua: non ex via qua sunt sub alio predicamento inueniuntur habentia hanc proprietatem: et est qd vnum quodqz redit per conuersionem ad comparatum suum. Ex his apparet quid dicendum cum arguitur qd singulus relatiua: non fingimus autem res. Nam et si non fingamus res: sed nomina relatiua: fingimus tamen illa et imponimus rebus relatiuis. Unde et res et nomina dicuntur relatiua. Res quidem: quia sunt ad aliquid. nomina vero: quia significant illas: et de eis / vel aliquibus stantibus pro eis predicantur ad aliquid. Quod vero arguitur qd dici non competit rebus: sed terminis et signis. Dicendum qd verum est sicut his que de alijs enuntiantur / seu predicantur: sed vtique competit eis dici: hoc vel illud: sicut his de quibus pro eis stantibus aliquid enuntiantur. Hoc modo ait Augustinus octauo de trinitate. qd pater dicitur deus ad se: et vnus et magnus et finaliter filius et spiritus sanctus. quod non potest intelligi primo modo. cum iste terminus pater / nunqz predicetur ad se. Et similiter plures loquitur in libris illis de trinitate. Isti modo loquitur philosophus quando ait. qd ad aliquid dicuntur quecunqz hoc ipsum qd sunt aliorum dicuntur quod maxime denotatur propter illud additum aliorum. Si enim absolute proferatur de aliquo quod dicitur: videtur magis intelligi sibi primum modum: sed cum profertur: qd dicitur tale / vel tale / aut illius: aut cum aliqua tali additione videtur insinuari magis in sensu: secundo quibus et vtroqz modo probatum non inconuenienter vtroqz modo possit intelligi. Unde nec nego qd illa diffinitio de terminis ipsis relatiuis possit intelligi satis conuenienter. Secunda conclusio est qd nulla relatio secundo modo dicta: scilicet vt est aliquid tantum complexibile significabile est aliqua res / vel entitas. Hanc probabo primo sic. Omnis entitas est substantia / vel quantitas / vel qualitas / vel aliquid aliud significabile per aliquod predicamentum. nullum tamen complexibile significabile est substantia / vel quantitas etc. ergo nullum tale est entitas. maior patet sibi omnes. minor etiam patet: quia omnis substantia / vel quantitas etc. est significabilis per aliquod predicamentum / vel per terminum predicamenti. nullum autem tale est complexum. accipiendo complexum quod significat esse / vel non esse / seu quod est affirmatio / vel negatio. Unde philosophus in predicamentis. eorum inquit que sibi nullam complexionem dicuntur: singulum / aut significat substantiam / aut entitatem etc. et enumeratis omnibus predicamentis et proprijs datis

exemplis concludit: singula autem eorum que dicta sunt ipsa quidem sunt in nulla affirmatione dicuntur etc.

L.c.8.

Confirmatur per philosophum. s. meta. vbi de ente quod est verum et non est nisi compositio vel diuisio id est propositio affirmatiua vel negatiua: dicitur quod est passio mentis et non extra ens quod est extra animam quod est vel quid est id est substantia vel quantum vel quale etc.

Lom.8.

ostendit enim aliquam naturam. vbi Commenta. ait. quod illud quod est in cognitione ex hoc ente est aut compositio aut diuisio: absque eo quod sit extra animam ens quod differt ab isto quod est in re: et est illud quod significat aut quid aut quale aut quantum aut aliquid contrarium cum alio: et hec sunt cetera predicamenta. Si ergo complexum non significat aliquam entitatem ab his que significantur per predicamenta. et omnis entitas significabilis per predicamenta est incomplexe significabilis. ergo nullum tantum complexe significabile est entitas.

Secundo sumatur relatio for. ad platonem isto modo dicta qua for. est pater platonis. videlicet quod for. genuit platonem qui superest: si for. genuit platonem: significatiue sumendo totum istud. est aliqua entitas: aut illa est deitas aut creatura: aut deitas et creatura: aut aliqua entitas que nec est deitas nec creatura: nec vtraque simul. Et timus dici non potest utpote hereticum: iuxta illud quod in simbolo profitetur: factorem visibilium omnium et inuisibilium. omne ergo visibile et inuisibile quod non est deus et factum a deo. Nec primum potest dici: constat: quia cum deitas: et omne quod est deitas semper fuerit. ergo for. genuit pla. semper fuit: et per consequens antequam for. vel pla. fuerit: et si sic: tunc ista fuisse vera si fuisse for. genuit platonem. Nec secundum vel tertium potest dici: quod postquam for. genuit platonem vterque et omnis creatura que nunc est definit esse: adhuc si formaretur ista propositio: for. genuit platonem esset vera.

Præterea. Luy multe propositiones sint vere necessarie: sicut multe hypothetice. ac etiam cathegorice negative formate de creaturis: si sua significata totalia essent entitates aliquæ sequeretur quod essent multe entitates alie a deo que essent necessarie esse: quod est falsum. Demum quod solum sufficere debet: cuiuslibet apparet quod illa propositio qua dicitur aliqua entitas est for. genuit platonem est penitus inintelligibilis si hoc totum predicatum. for. genuit platonem supponatur personaliter et significatiue sicut oportet in proposito. Ex hac conclusione patet quod for. genuit platonem vel fuisse genitorem platonis: aut etiam fortem esse patrem platonis non est aliqua entitas: nisi huiusmodi dicta sumerentur materialiter vel simpliciter: et eodem modo: nec fortes esse animal: nec deum esse deum: nec aliquid eiusmodi significabile complexe tantum: est entitas aliqua: ut per predicta probatur.

cap. 2.

Contra istam conclusionem potest argui. primo sic. omne verum est aliqua entitas. fortem genuit platonem est verum. ponatur sic esse. ergo fortes genuit platonem est aliqua entitas. Secundo. Augustinus de fide ad hebreos. dicit quod aliquid est genuisse quod natus esse: aliquid procedere quod genuisse: et constat quod isti infiniti sumuntur verbaliter: et per consequens complexe: ac si diceretur aliquid est aliquid genuisse quod natus esse etc. sed omne quod est aliquid ab alio est aliqua entitas secundum se. nam purum nihil non est aliquid ab ente: nec etiam a non ente. Ad primum neganda est maior capiendo verum pro enunciabili per propositionem veram: sicut accipitur in proposito. Si vero accipiat verum secundum quod consuevit dici quod veritas est rei entitas: ut cum dicimus etiam hoc est verum aurum sic verum argentum. sic maior potest concedi: sed minor est neganda. Ad secundum sicut fuit tactum in prima questione prologi. hec nomina ens res: et similia

liter aliquid aliquando accipiuntur communissime: ut quodlibet significabile complexe vel incomplexe dicitur res vel aliquid: et sic etiam quod non est aliqua entitas aliquando dicitur res et aliquid. Unde secundo de generatione in primo capitulo: quia vero fuit quedam generabilia vbi nostra translatio habet: hec quedam enim ex necessitate sunt: ut eterna. Alia translatio habet: quedam res existentes sunt necessario: et quedam non existentes necessario: et de istis statim subditur. Has vero impossibile est esse existentes. et Commenta. ibidem res inquit inueniuntur tribus modis. Quedam enim sunt semper: et quedam nunquam: et quedam in aliquo tempore sunt et in aliquo non. Simile enim dicit primo celi. Constat autem quod res non existentes et impossibiles esse non sunt aliquæ entitates. Similiter est de hoc nomine aliquid. Nam. 5. physico. dicitur quod omnis mutatio est ex quodam in quodam. Et translatio commenti habet de aliquo in aliquid. et Beugo. 2. moza. mutari inquit ex alio in aliud ire est: et tamen quinto physico. dicitur quod aliquid mutatur ex non esse in esse: et aliquid e contra. ergo etiam non esse significatur per has dictiones aliquid et aliud et quoddam: et ideo Commenta. ibidem dicit quod hoc nomen aliquid dicitur ibi simplex de esse et non esse: aut de affirmatione et negatione. Id est de eo quod significatur per affirmationem et negationem. Item Augustinus in de gen. ad litteram. imperfectionis ait. quod aliud est lux aliud tenebre: et tamen in pluribus alijs locis: et ibidem etiam contra manicheos dicitur quod tenebre non sunt aliquæ entitates: et ita frequenter aucto. sancti et philosophi vtuntur his vocabulis res aliquid aliud: etiam pro his que non sunt aliquæ entitates: et ideo dicit Anselmus de casu diaboli: quod multa dicuntur aliquid secundum formam loquendi que non sunt aliquid: quoniam sic loquimur de eis: sicut de rebus existentibus. Et idem sententia liter ponit Augustinus. Hypothesis. responsione prima in fine. sic in proposito dico quod Augustinus dicit aliud esse genuisse etc. non quia sit alia entitas: sed quia aliud significabile. aliud enim significatur cum dicimus aliquid genuisse: cum dicimus aliquid natum esse. Sic etiam septimo de trinitate. dicit quod aliud est deo esse aliud patrem vel deum esse. Et constat quod non est alia entitas deum esse: et alia dominum esse: vel patrem esse. Tertia conclusio. scilicet quod aliqua relatio tertio modo sumpta relatiue. est vna res extra animam. Hoc faciliter probatur. Nam quocumque aliquid est formaliter tale quale est aliud ipsum est similitudo et relatio: sed aliqua res extra animam actualiter existens: et ab eius operatione independens. est illud quo aliquid formaliter est tale quale est aliud. ergo etc. maior patet. Nam hoc est esse simile quod est esse tale quale est aliud. ergo quocumque est tale ipsum est similitudo: et per consequens relatio. Minor probatur: ex eo quod aliquid per qualitatem. verbi gratia. albedinem extra animam existentem actualiter: et ab eius operatione penitus independentem est tale quale est aliud. Nam est album sicut et aliud est album. Aduertendum est autem quod sicut quibus quorundam relatiuorum sunt relationes hoc modo sumpte que sunt res distincte ab eis: illisque inherentes: sicut simili similitudo: et scienti scientia: et amor amantem: et sic de pluribus: ita quod abstractum relatiui et concretum supponunt pro rebus diuersis: ut patet in premisis exemplis. Non omnium tamen talium relatiuorum sunt relationes isto modo: sicut patet de eodem et distinctio contrario creatore et creatura: patre et filio et multis alijs. In abstracta talium non supponuntur pro aliquibus rebus inheretibus his pro quibus concreta ipsa supponuntur: sicut patet in sequenti. quod ideo cum dicitur pater est pater paternitate: vel filius est filius filiatione: aut causatiuus est causatiu

L.c.5.

L.c.51.

L.c.58.

L.c.37.

L.c.7.

L.c.7.

L.c.1.

L.c.4.

causabilitate: et contrarium est contrarium contrarietate: et similiter in alijs sumenda sunt talia abstracta: ut equivalent complexis significantibus relationes secundo modo sumptas. ut sit sensus talium. pater est pater. quia genuit filius est filius: quia est genitus: causatiuus est causatiuus: quia potest ex nihilo aliquid producere. contrarium est contrarium: quia maxime distat: et non potest eisdem inesse etc. aut abstractum sumendum est sic per ipsum denotetur in tali propositione quod ex nullo alio relatiuum sit tale: ut sit sensus. pater est pater paternitate id est seipso. sicut dicitur quod deus est deus deitate id est seipso. Ad argumentum principale questionis responsum est supra.

Distinctio. cxxiij. Questio secunda.



Secundo quero vtrum aliqua relatio sit entitas ab omni ente absoluto distincta. Et arguitur quod sic. quia quilibet relatio a qualibet re absoluta distinguitur predicamentali. ergo quilibet relatio a qualibet entitate absoluta distinguitur genere: et per consequens specie: ac etiam numero. ergo est entitas ab omni entitate absoluta distincta.

Ad oppositum si aliqua est distincta entitas ergo et quilibet: et per consequens quilibet componit cum fundamento: et sic album simile esset compositius quam album tantum: quod non videtur verum.

Respondeo quia multorum hoc tempore imaginatio est: quod quemadmodum quale est quale per qualitatem sibi formaliter inherentem. ut album per albedinem: et dulce per dulcedinem: sic etiam relatiuum est relatiuum per aliquam entitatem sibi formaliter inherentem a se et qualibet entitate absoluta: ac omnibus entitatibus absolutis distincta: et que non est aliquid ad se: sed purus respectus ad aliud: ita quod secundum se precise sumpta non est nisi ut sic liceat loqui aliquid itas qua formaliter fundamentum in quo est: est ad aliud. verbi gratia paternitas est aliquid itas ad filium qua formaliter homo est pater: et sic suo modo de ceteris: que quidem imaginatio mihi non videtur rationabilis neque vera: ideo pono in proposito quinq. conclusiones. Prima est quod omnis entitas est absoluta. Secunda quod omnis entitas est relatiua. Tertia quod non quodlibet relatiuum est relatiuum formaliter per aliquam entitatem sibi inherentem. Quarta quod aliquid relatiuum est per entitatem sibi inherentem formaliter relatiuum. Quinta quod nullum relatiuum est formaliter relatiuum per aliquam entitatem sibi inherentem a qualibet vel quibuslibet entitatibus absolutis distincta. ex quibus euidenter patebit quod nulla relatio est entitas ab omni absoluta entitate et ab omnibus entitatibus absolutis distincta.

Pro probationibus autem harum conclusionum premittitur quod intelligo per entitatem absolutam et per entitatem relatiuam: et iuxta antiquiorem modum loquendi absolutum. Dico quod per entitatem absolutam: entitatem intelligo quodlibet que est seu dicitur aliquid ad se: id est non ad alterum relatiue. verbi gratia que dicitur homo vel lapis aut albedo vel dulcedo: aut aliquid aliud eorum que ad se seu non ad alterum predicantur. Per entitatem vero relatiuam intelligo quodlibet entitatem que dicitur aliquid ad al

terum relatiue. verbi gratia que dicitur pater vel filius dupliciter aut dimidiata aut aliquid aliud eorum que secundum se relatiue ad alterum predicantur. Et iuxta moderniorum modum loquendi entitas absoluta vocatur omnis de qua seu de termino supponente pro ea predicatur vel predicari potest in recto aliquis terminus absolutus. Relatiua quoque entitas est omnia illa de qua seu de termino supponente pro ea potest in recto predicari terminus per se relatiuus: quod adhuc breuius posset dici: ut tangebatur in questione precedenti. videlicet quod omnis entitas dicitur absoluta pro qua potest in propositione significatiue supponere terminus absolutus: et quilibet dicitur relatiua pro qua terminus relatiuus potest significatiue supponere. qui omnes modi explicandi quid importent termini predicti scilicet entitas absoluta et entitas relatiua sententia liter omnino conueniunt. vtar tamen pro nunc prior modo eo quod breuius et visitatio sit secundum sanctos. Hoc premisso primam conclusionem probabo sic. si non omnis entitas est entitas absoluta: aliqua entitas omne quod ipsa est: est ad aliud: seu omne quod ipsa dicitur: dicitur illud ad aliud relatiue. consequentia patet: quia si nulla omne quod ipse est: est ad aliud. ergo quilibet est aliquid ad se: et per consequens est entitas absoluta: quod repugnat antecedenti. Sed falsitatem consequentis probabo. primo auctoritate Augustini. 7. de trinitate. vbi inquirens an pater sit sapiens per sapientiam quam genuit dedit tanquam ad impossibile ad illud consequens quod pater non esset aliquid ad seipsum et non solum quod pater est: sed omnino quod est relatiue ad filium diceretur. quod sicut de patre ipse reputat hoc impossibile: et de qualibet alia re sicut ex allegandis patebit. Deinde probabo falsitatem consequentis per rationem. Et primo quidem inductiue. Si enim aliqua res relatiue dicitur dupliciter illa dicitur ad se bicubita vel tricubita seu quæta. Si aliquid sit relatiue pater ipsum est ad se homo vel deus aut animal: et sic de singulis inducendo patebit quod quilibet entitas que dicitur aliquid relatiue dicitur etiam aliquid ad se et absolute: in his vero que dicuntur ad se non oportet inducere quod patet: et per consequens nulla entitas omne quod ipsa est: est ad alterum. Nam probacionem ibidem ponit Augustinus. di. huc accedit: quia omnis essentia que relatiue dicitur est etiam aliquid excepto relatiuo id est de ea dicitur aliquid præter relatiuum quod idem est ut si diceretur non solum est aliquid ad alterum: sed etiam est aliquid ad se: quod immediate declarat subdēs: sicut homo dominus et homo seruus et equus iumentum et mulus arbor. homo et equus et mulus ad se dicuntur et substantie sunt vel essentie. dominus vero et seruus et iumentum et arbor: ad aliquid relatiue dicuntur et idem patet in singulis. Secundo idem aliter probatur ratione. Nam de qualibet entitate contingit enunciare quid vel que entitas ipsa est: et istud non contingit fieri per aliquod quod de ipsa dicitur relatiue ad alterum. ergo per aliquod quod de ipsa dicitur ad se. Ex quo sequitur quod quilibet entitas est aliquid ad se: et nulla omne quod est: est ad aliud: aut si aliqua omne quod est: est ad aliud: de illa non contingit enunciare quid vel que entitas est: et sic. Ex quo ultra sequitur: quod ipsa non est aliqua entitas: et sic aliqua entitas non est entitas: quod implicat contradictionem. consequentia omnes patentes sunt. Prima pars antecedentis etiam certa est: et secunda probatur: eo quod nullus predicatum relatiuum indicat quid est ipsum de quo predicatur: seu illud pro quo stat subiectum de quo dicitur: quapropter de nulla re interroganti ea demonstrata quid est hoc: contingit conuenienter responderi quod dupliciter vel dimidiatum: seu pater vel filius: aut aliquid aliud eorum que secundum se ad alterum predicantur. Unde sicut

cap. 1.

demonstrata re que est pater interroganti quid est hoc: non conveniēter respondet q̄ habet filium / aut q̄ genuit: sic nec convenienter respondetur q̄ est pater: cum hoc sit esse patrem quod habere filium / vel genuisse: et idem significetur cum aliquis dicitur pater s̄m q̄ pater est nomen relationis p̄cise: et cum dicitur q̄ genuit filium: et similiter cum quis dicitur dominus idem significatur q̄ cum dicitur quod habet potestatem dirigendi / r̄ coercēdi alium: et ita de singulis patet inspicienti: propter quod August. indifferēter loquitur. 7. de trinita. quod relative pronuntiat. non indicat substantiam. i. quid est illud de quo pronuntiat. ¶ Hanc quoq̄ probationem quā reputo efficacem ponit: vbi supra August. 7. de trinit. di. quomodo cum dicitur dominus non essentia indicetur: sed relatiuum quo refertur ad seruū. cum autem homo dicitur / vel aliquid tale: quod ad se non ad aliud dicitur: tunc indicatur essentia: et est sensus q̄ cum dominus dicitur de aliquo id de quo dicitur non significatur esse aliqua essentia: sed q̄ potestatem habet alium coercēdi q̄ sit complexe significatum vocat relatiuum quo refertur ad seruū. iuxta secundum modum accipiendi relatiuum vel relationē in p̄cedēti articulo positū. sed cū homo / vel aliquid absolutū p̄dicatur: tunc illud indicatur esse essentia quedam. ¶ Conformiter ad hoc loquitur idem super illud psal. Insuper sum in li. pro. r̄ non est substantia. cum ait. Quicquid est pater quod deus est hoc filius hoc est spiritus sanctus. Cum autem pater nō est illud quod est. pater enim non ad se: sed ad filium dicitur: ad se autem deus dicitur. i. cum pater dicitur esse pater: non dicitur esse illud quod est sine illa essentia qua ipse est. Ratio est: quia pater non ad se: sed ad filium dicitur: et mor̄ dicit q̄ pater non est nomen substantiē: sed refertur ad filium. non predicat substantiam / seu quid illud est de quo dicitur: sed refertur ad filium. Deus autem dicitur ad se: et ideo predicat de patre substantiam / seu illud quod ipse est: quibus ergo entitas que relative dicitur aliquid ad alterum sit aliqua essentia s̄m se: et ex aliqua predicatione relatiua possit inferri: id de quo relatiuum predicatum esse aliqua essentiam s̄m se: nunq̄ tamen predicatio relatiua s̄m se significat: id de quo dicitur predicatum esse hanc / vel illam: aut omnino esse aliqua essentiam: et hoc est quod August. di. 7. huius primi libri. vult dicere cū ait. q̄ esse patrem non est esse aliud. i. dicere aliquem esse patrem non est dicere illum esse aliquid. i. aliquam essentiam / vel entitatem: et tamen pater est aliqua essentia. ¶ Tertio ad idē sic. de qualibet entitate dicitur aliquid esse nō relative ad alterum. ergo nulla entitas dicitur ad aliud omne quod dicitur. consequentia nota est: et similiter prima pars antecedētis. Nam omnis entitas est quedam essentia. ¶ Secūda vero pars probatur: quia sumo (s̄m exempla August. p̄missa) entitatē que est dominus illa vtiq̄ est essentia. non autem dicitur essentia relative ad alterum. Si enim diceretur videretur magis q̄ ad seruū: sed constat q̄ non: quia dominus non est essentia seruū: et ita etiam nullius alterius est essentia. Et ita vniuersaliter nulla essentia est alterius essentia: essentia quibus possit esse pars alterius: sed quelibet est essentia sui met tantum. intransitiue loquendo: quia quelibet est ipsamet: et illud quod est non distinguitur ab eo cuius est. Unde communiter cum dicimus substantia / vel essentia lapidis / vel essentia dei: exponitur intransitiue. i. essentia que est lapis: et essentia que est deus. huic etiam concordat Philosophus. 7. met. vbi probat q̄ nullum ens per se est aliud a sui met substantia: et quod quicquid erat esse et vniquodq̄ idem. Si ergo nulla essentia est alterius essentia. ergo habendi entitas non dicitur relative essentia. Et

Cap. i.  
Cap. i.

T. c. 20.

eadem ratione nec pater / nec seruus / aut aliqua entitas relatiua ad alterum dicitur relative essentia. Et pari ratione nulla entitas relatiua: sed absoluta dicitur relative essentia. Et ex opposito si aliqua dicitur relative essentia aliqua entitas non est essentia: et sic essentia non est essentia. ¶ Hanc quoq̄ argumētationem breuiter ponit August. vbi supra. 7. de trinita. Nam cum deduxisset ad illud consequens q̄ pater / non solum q̄ pater dicitur: sed omnino quicquid dicitur diceretur relative ad filium: statim etiam concludit q̄ filius etiam quicquid dicitur diceretur relative ad patrem: r̄ sic filius diceretur relative essentia. ait ergo sic concludendo. Restat ergo vt etiam essentia filius relative dicatur ad patrem: ex quo conficitur inopinabilissimus sensus: vt ipsa essentia non sit essentia: vel certe cum dicitur essentia: non sit essentia: sed relatiuum iudicetur. Et paulo post repetens ait. hoc autē vnde agimus: si essentia ipsa relative dicitur essentia: essentia ipsa non est essentia. Nec valet si ad predicta diceretur q̄ procedunt de relatiuis: non autem de relationibus in abstracto. Nam vniuersaliter de qualibet entitate procedunt. Unde si tales relationes ponantur adhuc de talibus est querere: an sit aliquid ad aliud / vel non: et si non omne q̄ illa est illud: est illud ad aliud: immo nichil q̄ ipsa est ad aliud illa est: et sic magis dicenda est entitas absoluta: q̄ ipsum relatiuum. Si autem est aliquid ad aliud: adhuc procedunt rationes probantes q̄ non omne quod ipsa est ipsa est illud ad aliud. Nam de ipsa contingit dicere quid vel que essentia est: et non per aliud nomen quod predicatur relative ad alterum: vt probatum est. Item nulla est essentia ad aliud. Unde paternitas si sit aliqua entitas (qualem fingit) non est essentia ad aliud. non enim paternitas est essentia filij: nec filiatio / nec in aliqua habitudine causalit̄ predicatur essentia de paternitate relative ad filium / vel ad patrem / aut aliud aliud: cum nullius alterius paternitatis sit essentia: et ita de ceteris relationibus. ¶ Secūdam conclusionem probō primo sic. omnis entitas est ab aliqua entitate distincta. ergo omnis entitas est relatiua. consequentia tenet. ex dictis ad primam conclusionem p̄cedentem. q̄ et antecedens planum est: alioquin non essent plures entitates in vniuerso: sed vna tantum. ¶ Secundo omnis entitas est causa / vel causata: conseruans / vel conseruata. ergo omnis entitas est relatiua. Antecedens certum est s̄m omnes: et consequentia patet: vt p̄cedens. ¶ Contra Philosophus. 4. meta. dicit q̄ non omnia sunt ad aliquid: sed quedam sunt et ipsa s̄m se. ergo non omnis entitas est relatiua. ¶ Secūdo August. 7. de trinita. omnis essentia que relative dicitur: est aliquid excepto relatiuo. ergo p̄ter relatiuum est aliqua entitas non relatiua. ¶ Ad primum dicēdum q̄ non est intentio Philosophi negare omnem entitatem esse relatiuam: cum idem expresse dicat in. 10. meta. q̄ diuersum / aut idem omne dicitur quecunq̄ dicuntur: vt vnum et ens. Constat autem q̄ idem et diuersum sunt relatiua: vt patet per eundem in. 5. Item idem. 3. phys. ait. q̄ omnia aut sunt principia / aut ex principijs. i. principia ta. Et in primo eiusdem ait. q̄ principium est cuiusdem / aut quorūdam: ita q̄ relative dicitur principium ad principatum. et econuerso: sed est intentio eius q̄ non omnia sunt ad aliquid omne quod sunt: ita q̄ omne quod de eis dicitur: dicatur relative de ipsis: ideo vt dictum est in p̄cedenti conclusione nulla entitas est ad aliquid omne quod est: sed quelibet est aliquid ad se. Unde illud quod est dominus ad aliquid est homo / vel deus ad se: et sic de alijs. Qui vero omnia ponebant esse s̄m apparentiam habebant dicere q̄ nulla res esset homo / vel deus: nisi in quantum appareret homo / vel deus: et sic

Cap. i.

T. c. 4.

T. c. 7.

cap. 5.

T. c. 4.

Cap. i.

T. c. 11.

T. c. 12.

T. c. 15.

T. c. 8.

cap. vlti.

idem erat apud esse hominem et apparere hominem: r̄ sic de ceteris: propter quod sequebatur q̄ nulla res esset aliquid ad se: sed quelibet omne quod est esset ad aliud aliquid: r̄ omne quod de aliquo dicitur: diceretur de illo ad aliquid relative: ita q̄ nullum esset predicatum absolutū: quod vtiq̄ falsum est: vt iam est probatum. ¶ Ad secundum patet responsio in p̄cedenti conclusione. ¶ Tertiam conclusionem probō primo sic. non omnis predicatio relatiua significat aliquam entitatem formaliter inherere ei pro quo subiectum eius supponit. ergo non omne relatiuum est relatiuum per aliquam entitatem sibi formaliter inherentem. consequentia patet. Nam quia albū est album formaliter per albedinem sibi formaliter inherentem. ideo cum dicitur de aliquo q̄ ipsum est album significat q̄ albedo ei formaliter inest. Unde vt dicitur s. me taphi. capi. de ente. Et expressius s̄m litteram commenti non differt dicere. iste est sanus: r̄ iste est in sanitate: vel p̄ prius loquendo in isto est sanitas. Patet etiam consequentia per similem modum arguendi philosophi. 10. meta. vbi probat vnum non differre ab ente: quia predicatio vnius de ente (verbi gratia. ens est vnum vel homo est vnum) nō predicatur aliquod diuersum ab ente vel homine. Antecedens vero patet. Nam constat eus dicitur for. est distinctus a platone non denotatur q̄ aliqua entitas inheret for. sed tantummodo q̄ tam for. q̄ plato est ens: r̄ for. non est plato. Unde for. esse distinctum a platone nichil est aliud q̄ for. esse ens r̄ plato. esse ens r̄ for. esse ens r̄ plato. Et ideo sicut per istam copulatiuā for. est ens et plato est ens: r̄ for. non est plato. nō denotatur q̄ aliqua entitas inheret for: ita nec per istam categoricam equiualentē illi for. est distinctus a platone: denotatur aliquam entitatem fori formaliter inherere. Eodem modo est de ista. for. est pater: cum per hanc nichil aliud significetur q̄ istam for. habet filium: cuius nichil aliud sit esse pater q̄ habere filium: sed cum dicitur q̄ habet filium non significatur q̄ aliquam entitatem habeat sibi formaliter inherentem. ergo nec cum dicitur q̄ est pater. Unde August. 5. de trinita. ait. pater non dicitur pater nisi ex eo q̄ est et filius. Et filius non dicitur nisi ex eo q̄ habet patrem. Ita est de plurimis alijs predicatiōibus relatiuis: quod facile est cognoscere conspiciendo ad quid nominis terminorum relatiuorum. ¶ Confirmatur. quia eus dicitur: deus est distinctus a creatura: vel deus est dominus creaturarum. denotatur q̄ aliqua entitas aut quicq̄ omnino reale vel ratio nis inheret ipsi deo: alioquin propositio esset falsa. hanc rationem virtualiter ponit Boetius ad hanc etiam conclusionem in libro de trinita. ¶ Secundo sic. si omne relatiuum esset relatiuum per entitatem aliquam sibi formaliter inherentem sequitur q̄ in qualibet re sint actu infinite res: quarum quelibet alicui illarum inheret. consequens reputatur ab omnibus falsus. consequentia probatur: q̄ omnis entitas est relatiua: vt patet ex p̄cedenti conclusione. ¶ Tertio tunc deo aliqua entitas inhereret: quod est impossibile. consequentia patet: quia persone diuine sunt adinuicem relative: r̄ similiter deus relative ad creaturam dicitur dominus r̄ creator: ¶ Quarto sequitur q̄ quodocunq̄ aliquid incipit vel desinit esse relatiuum ad aliquid aliud determinate. ipsum vel aliquid eius est in se mutatum per acquisitionem alicuius entitatis quā prius immediate non habuit: vel deperditionem alicuius quas prius immediate habuit. Et patet consequentia s̄ dicta aduersariorum: sed falsitas consequentis patet tam in deo q̄ in creaturis: sicut declarat August. 5. de trinitate. Numus inquit eus dicitur precium: relative dicitur nec tamen mutatus est cum esse cepit precium: neq̄ eus dicitur pignus: r̄ si qua sunt similia. si ergo numus potest nulla sui mutatione multoties relatiui dici vt neq̄

cum incipit dici: neq̄ cum desinit aliquid in eius natura / vel forma qua numus est mutationis fiet: quanto facilius de illa incommutabili dei substantia debemus accipere: vt ita dicatur aliquid relative ad creaturam: vt quāuis tēporaliter incipiat dies: non tamen ipsi substantie dei aliquid accidisse intelligitur: sed illi creature ad quam dicitur. Item Intel. mo. Constat inquit: quia homini post annum presentem nascituro / nec maior / nec minor / nec equales / nec omnes / aut has relationes vtiq̄ cum natus fuerit sine omni mei: puta mutatione ad ipsum habere poterō: et amittere s̄m q̄ crescet / vel per qualitates diuersas mutabitur. Item Philosophus. 5. phys. cor. 10. inquit. In ad aliquid non est motus: conuenit enim altero mutante et mutato verum esse alterum nichil mutatum et. 1. r. meta. Et enim altero permutato verificari alterum nichil permutatū. Patet etiam eius falsitas ratione. Nam sequitur q̄ ad generationem cuiuscunq̄ minime entitatis in qualibet re mundi / et in qualibet parte reit noua entitas generaretur: r̄ sic ad subitam generationem imaginationis / vel cogitationis cuiuscunq̄: totus mundus r̄ quelibet eius pars mutaretur. Quod cōcedat qui vult. mihi autem omnino videtur absurdum. Et p̄t consequentia: quoniam ab entitate nouiter genita quelibet entitas alia mundi distinguitur: r̄ sic in qualibet noua distinctione generabitur. Et certe nec ipse deus ab huiusmodi mutatione erit alienus: cum verissime nulla anima ipsum considerante ille sit distinctus a qualibet re creata. Quod dico propter fugam quorūdam dicentium q̄ non refertur ad creaturā reali relatione. ¶ Preterea. Absolutum esset mirabile q̄ imaginatio mea mutaret realiter totum mundum r̄ causaret veras res extra animam. Item q̄ quodlibet agens quātūcunq̄ debile ageret in quālibet mundi res: et in quāta cumq̄ distantia: que omnia sequebantur. nec valet dicere q̄ non agit per se in quālibet: sed per accidens: quia non potest in aliquo causare per accidens: nisi in illo causet aliquid per se: omnis enim effectus per accidens coniunctus est effectui per se: sicut et causa per accidens cause per se. 2. physico. ¶ Quinto arguo in speciali de relatiuis primi modi. ¶ Et primo de eodē et arguo sic. nulla res est s̄m se numeraliter / aut cum aliqua alia specie / vel genere vna essentialiter per aliquam entitatem sibi formaliter inherentem. ergo nulla res est alicui eadem per aliquā entitatem sibi formaliter inherentem. Antecedens patet q̄tum ad primam partem supra distū. 2. 4. q. prima. Et q̄tum ad secundam etiam non est dubium. Nam sicut for. seipso est homo: sic seipso est vniū specie cum platone qui etiam est homo. consequentia vero patet statim. Nam quelibet res eo est sibi numeraliter vel alteri s̄m speciem eadem essentialiter. Unde vt dicit Philosophus. 5. meta. c. de eodem. eadem s̄m se dicitur quēadmodum r̄ vnum. Et postea subdit. palam q̄ idēitas vnitatis quedam est / aut plurium essendi r̄ c. Et rursus in cap. ad aliquid. Eadem dicitur quozum substantia vna r̄ c. Unde aliud non esse alijs eadem specie / q̄ ipsa esse vnum specie: et sic de alijs modis vnitatis et idēitatis. ¶ Secundo per nullum magis diuersum a platone / q̄ est fortes: est fortes idem plato. sed quodlibet accidens fortes est magis diuersum a platone: q̄ ipsemet fortes. ergo per nullū accidens fortes. est fortes ipse idem plato. et vltra. ergo idēitas fortis / siue illud quo fortes est idem plato. non est aliquid accidens / vel entitas inherens for. et omnes assumpte sunt euidentes: r̄ consequentia similiter. ¶ Tertio ad idem arguo: sicut arguunt plures doctores sic. si fortes est idem platoni entitate sibi inherente que vocatur ab alijs idēitas: et similiter plato. alia idēitate sibi inherente est idem fortes sit a. idēitas fortes et b. sit idēitas platoni. Constat q̄ a.

Cap. 25.

T. c. 10.

T. c. 18.

et. 37.

T. c. 15.

T. c. 20.





post diuisionem partes vnionis non sint in toto inuicem vnite vel continue & ante diuisionem sunt vnite et continue: sicut et partes aliarum formarum extensarum in illo continuo. Querendum est per quam vnionem sunt ante diuisionem vnite: & non potest dici fm illam opinionem qd scipis. quia vtrq; potest esse sine vnione sui ad reliquam: sicut patet quia possunt esse non vnite. ergo per alias vniones sunt vnite. & tunc de illis queratur in quo sunt subiective &c. sicut de alijs est questum & erit procesus in infinitum. Consequenter idem proba de distantia quam constat esse relationem: quonia in si sit quedam entitas informans rem distantem: sequitur fm istozum imaginationem qd distantia & contiguitas corporis ad corpus sunt forme incompatibiles in eodem respectu eiusdem: & possibiles sibi successiue in eodem respectu eiusdem. Nam idem corpus impossibile est esse simul contiguum & distans alteri corpori demonstrato: & potest prius esse contiguum & postea distans: & sic idem corpus potest transmutari de forma contiguitatis in formam que est distantia. Ponatur ergo sic esse: & sit illud corpus a. ergo aut a. transmutabitur a contiguitate in distantiam in tempore vel in instanti. Si in tempore ergo postq; perdidit partem contiguitatis adhuc habebit partem eius: & per consequens postq; erit localiter separatum a corpore cui est contiguum adhuc habebit partem contiguitatis: & per consequens erit contiguum illi: cum quilibet pars contiguitatis sit contiguitas: consequenter loquendo ad illa imaginationem: vel habebit contiguitatem & non erit contiguum. vtrunq; autem est impossibile. Si vero transmutatur corpus a. a contiguitate sua in distantiam in instanti: sit illud instans. c. tunc aut c. est instans in quo incepti motus. a. aut aliud. si illud: cum illud fuerit vltimu sue quietis: & per consequens in quo vltimo fuit contiguitas eius sequitur qd in eodem instanti est & non est sua contiguitas & similiter qd est tunc sua distantia. Quia omne quod transmutatur est in eo ad quod primo transmutatur est. s. phy. in primo autem instanti ponitur a. primo transmutatum ad distantiam. quare &c. Ites sequitur qd tunc non est sua distantia: quia tunc est contiguum illi: & sic etiam contradictoria sequuntur. Si vero. c. sit aliud instans: vel est in mediatum instanti in quo incepti motus: & tunc sequitur qd impossibile. s. phy. vel est mediatum: & tunc sequitur qd per totum tempus medius quo mouebatur fuit distans sine distantia: & cum hoc semper fuit contiguum corpori a quo mouebatur: que sunt impossibilia: & cum hoc etiam sequitur qd erit dare primam partem spatij acqvisitam per motum localem sicut erit dare primam instans in quo distans a corpore quiescente: cui est contiguum. quod est etiam impossibile: vt ibidem probatur. Deinde arguo de relatione primi modi fm numerum vt duplum et dimidiu & huiusmodi. Et suppono ex dictis in. 2o. d. q. 2. qd numerus non sit aliqua res addita rebus numeratis. Secundo suppono ex. 5. meta. qd vnus numerus est duplum ad alium. verbi gratia. quaternarius ad binarium. Sumatur ergo quaternarius hominum vel angelozum existentium in quattuor angulis mundi. iste vtiq; duplus est ad binarium duozum vel ex ipis: vel duozum hic paribus existentium. sed non est duplus per aliquam entitatem illi inherentem que sit duplicitas. iuxta modum loquendi alioz. Quod probatur: quia vel illa entitas si est: est simplex: & tunc oportebit qd sit tota in quolibet illozum quattuor. cum non sit ratio propter quam sit in vno potius qd in alijs. Et sic idem accidens numero fm se totum est simul in diuersis subiectis maxime distantibus: quod impossibile est per naturam. Vnde Aug. 9. de trinitate dicit. qd nullum accidens excedit subiectum in quo est. non enim color vnus corporis potest esse & alterius corporis.

L.c. 4o.  
L.c. 2o.  
L.c. 2o.  
L.c. 4o.  
L.c. 2o.  
L.c. 4o.

Preterea. Si duplicitas ista est in quolibet illoz quattuor quilibet erit duplus ad binarium datum: & sic quilibet illozum hoim / vel angeloz est quattuor hoies. vel angeli: quod absurdum est: vel illa entitas est habes partes: tunc vel partes eiusdem ronis cu suo toto. i. quorum quilibet est duplicitas: et tunc sequitur hoc inconueniens scdm sicut primo: vel partes diuersarum rationum a toto: & tunc vel ocs simul erunt in quolibet. & idem sequit sicut prius: vel vna erit in vno: & alia in alio. Constat aut qd ille partes no sunt entitates absolute fm opinionem. sunt ergo respectus et non nisi ad eundem terminum ad quem est duplicitas cuius sunt partes. vnus aut ad duo est respectu subduplicitatis. Et quo sequitur qd ipsa duplicitas non est aliud: qd subduplicitas: & sic no est fm se aliqua vna entitas: vel respectus alterius rationis a subduplicitate: quoniam cum tales subduplicitates sint inter se loco distantes / nec adinuicem continue: vel contigue: sequitur qd ipsa duplicitas: nec est aliquo modo per se vna entitas numero non plus: qd illi quattuor hoies: vel angeli: & hec oia repugnant imaginationi opinionis. Simili modo potest argui de continuo. verbi gratia. quadrupedali quod est duplum ad continuu bipedale: qm talis duplicitas: vel erit tota in quolibet parte: & sic quilibet pars erit dupla ad illud bipedale. vel pars erit in parte et sint eiusdem rationis cum toto. s. subduplicitate idem sequitur. Si vero sint alterius ronis. sequit qd duplicitas nihil aliud erit: qd equalitas & subduplicitas: & alij respectus diuersarum rationum quibus alie partes pportionaliter referuntur ad illud continuum bipedale: & cum hoc etia qd ipsa duplicitas non erit aliqua per se vna entitas. & eodem modo potest pbari qd equalitas numeri ad numeru / vel magnitudinis ad magnitudinem non est res superaddita numero: vel magnitudini. Consequenter idem pbo de dno & seruo que a multis dicuntur relatiua scdm modi: sive sit bene dictu / sive non: de quo nuncuro: qd non est vtilis concertatio. arguo aut sic. possibile est aliquid de non dno fieri dnm: et aliquid de non seruo seruu. nullo penitus quicq; in altero illozum agente. ergo possibile est aliquid esse dnm sine aliqua tali entitate sibi inherente que sit dnm: & similiter seruu sine seruitute inherente. Consequenter clara est cu sit impossibile aliqua entitate de nouo esse in aliquo & illi inherere nisi aliquid agat in illo illam entitatem: alioquin aliquid esset postq; no fuit: scz entitas illa. & nihil tñ esset efficiens ipsum. Antecedens proba. Nam possibile est qd fieri vna lex a deo: vel etia per aliquem alium qui facere potest qd quicq; iuuiste. primu vulneraret si sponte infra decennium ei no fatissaceret pro offensa: ex tunc esset seruus eius qui lesus fuisset: qua lege facta si quis sic vulneraret: & infra decennium no satisfaceret. copleto decennio nulla re mundi agente quicq; in lesu: vel ledetem: lesus esset dñs & ledens seruus. non pot assignari quicq; qd vel per se: vel per accidens aliqua entitate causaret in alterum: vel vtriq; eoz: nec etia ipsi in seipos: qd non naturaliter. Nam & ante totu decursum decennij non minus causassent: nec libere: qd tunc possent no causare: & sic hic potest no esse seruus tñ posito casu: & ille non esse dñs: quod est falsum. Simili modo posset pbari. qd nulla actione interueniente solo tempore lapsu actuali: vel etia potentiali: aliquid fieret de no possessore possessoz: & de no precio precio: & similiter de multis alijs. Preterea. Omnis entitas que no est deus realiter refertur ad dnm sicut causatum ad sua causam pducentem vel cõseruantem. ergo aliqua entitas est relatiua non per aliquam entitatem sibi inherentem. Consequenter patet: qd ex opposito consequentis sequitur qd sit actualis infinitas in relationibus creature ad deum se informantibus: qd no dicitur. vel qd erit aliqua relatio & aliqua entitas que non refertur ad dnm: vt ad causantem: nec vt ad cõseruantem:

idem iniquis effectus in im. asuaros  
ades ut relatiu atq; poster in asua  
ri manentib; fm. et tris f.

L.c. 11.  
L.c. 2o.  
L.c. 11.  
L.c. 25.

qd repugnat antecedenti. Antecedens aut patet p fidem et per Apostolum ad Rom. dicentē qd ex ipso et per ipsum & in ipso sunt omnia. Preterea. Sicut per alios arguitur omne agens in agendo pateretur: quia in se fieret entitas aliqua que non erat: et certe quicquid proteruiter posset dici nunq; realiter vitabitur: quin in deo dum nouiter causat aliqua entitas nouiter fieret: cum ipse realiter et vere absq; omni intellectus nostri actione creet et sit creator. et constat qd non ad se sed ad creaturā. Similiter fm philosophum. 5. metaphysi. calefactiuum dicitur ad calefactibile: quia potest ipsum calefacere: et pari ratione pductiuu ad pducibile: et vniuersaliter omne potens ad suu possibile: sic tot relationes erunt in quolibet pductiuo simul actu: quot sunt ab ipso pducibilia: & tot simul erunt in materia quot forme successiue sunt in ipsa generabiles. Nam & illud est simul potens producere: rebus forte non possit omnia producere simul. Et materia licet non possit omnes formas simul recipere: simul tamen est in potentia ad omnes. Et vide ne vtrobiq; sequatur actualis infinitas relationu in eodē simul existentiu: qd non placet. Preterea. Non video quin deus p sua omnipotentia possit conseruare: sicut supra tangebatur: ser. qui nunc est pater et omnē entitatem existentem in eoz simul annihilare pla. qui nunc est eius filius: et omnē entitatem ei inherente: et tunc erit ser. pater: quia tunc in eo erit paternitas sicut nunc: et nullus erit filius eius: qd implicat contradictionem: & similiter paternitatem que dicitur esse in ser. posset ponere subiectiue in platone et filiatione platonis in ser. cu vterq; sit susceptibilis talis forme fm specie: & tunc sequitur qd pla. erit pater fortis a quo fuit genitus. & ser. erit filius pla. quem tamen genuit: nec ab eo ipse fuit genitus: qd non minus implicat contradictionem. Quartā cõclusionē. videlicet qd aliquod relatiuū est formaliter relatiuū per aliquam entitatem et formaliter inherente. proba: quonia sciens est sciens formaliter sciētia & amās est amās amore & sentiens est sentiens sensatione. ergo &c. Antecedens est notu & consequentia: quonia in nobis sciētia amor & sensatio sunt qualitates formaliter scienti & amāti & sentienti inherētes: & quodlibet horū inquantū huiusmodi est relatiuū. Item patet de similitudine qd vtiq; est simile per qualitates ei formaliter inherentes. Constat aut conclusio ista & etiam precedens ex intentione Augustini. 5. de trini. vbi vult qd quedā relatiua incipiunt et desinunt esse taliter relatiua sine sui mutatione: sicut numus sit precium: vt supra allegatum est: quedā vero cu sui mutatione sicut amicus. Nam non incipit esse quis amicus: nisi cum amare ceperit: sit ergo aliqua mutatio volūtatis vt amicus dicatur: vt ibi ait. et amicum accipit communiter pro amante: sicut et philosophus. 1. ethi. cum ait. qd vnicuiq; delectabile est ad qd amicus dicitur: vt equus quidem amanti equum &c. Cum quis autem incipit amare nouā entitatem in se habet que est amor. Vnde cõcordat Ansel. monol. vbi dicit qd quedā relationes nullā faciunt mutationem accedendo vel recedendo circa ea de quib; dicuntur. Non autē dicit omnes relationes: sed quedā: inuēns qd alique faciunt mutationem in his de quibus dicuntur: hoc est: non possunt significatiue tales termini relatiui de aliquibus verificari et negari successiue sine mutatione rerum pro quibus subiecta supponunt. Vidam autem termini relationum possunt: et hoc no est ppter aliud nisi quia quedā relatiua sunt relatiua p res ei inherētes: et quedā non. Quinta cõclusio pbat ex prima sic. omnis entitas est absoluta. ergo nullum relatiuum est relatiuum formaliter per aliquam entitatem sibi inherentem ab omni & omnibus absolutis et entitatib; distinctam. Ex eadem prima cõclusionē patet qd nulla relatio est entitas

ab omni et omnibus entitatibus absolutis distincta: sed quilibet (si est entitas) est aliqua entitas absoluta. Contra predicta multipliciter arguitur et a multis: recitabatur tamen potiores argumentationes: & eas quarum solutionibus patebit solutio ceterarum. Arguitur ergo primo sic. possibile est relationem alicuius ad aliud desinere esse manente quolibet eius absoluto. ergo eius relatio est entitas distincta ab omni absoluto eiusdem. consequentia patet: quonia impossibile est aliquam entitatem desinere manente eo quod est sibi idem: alioquin eadem posset simul esse et no esse. Antecedens probatur. nam similitudo ser. ad pla. potest desinere transmutato pla. fm qualitate fm qua est sibi similis ser. manente & quolibet absoluto alius ser. Similiter dominiū potest desinere per solū defectum seruoꝝ in domio nullo absoluto desinente: et ita de pluribus relationibus: immo de omnibus quarū fundamenta possunt existere sine terminis earūdem. Secundo. relatio potest augeri dum nullū absolutū relatiui augetur. ergo relatio est alia res a quolibet eius absoluto. consequentia patet. alioquin eadē res simul augetur et non augetur. Antecedens declaratur. Nam si ser. sit albus in decem gradibus: et pla. in sex: et intendatur albedo pla. vsq; ad decimū gradus nullo absoluto relatiui intensio: intenderetur similitudo ser. ad pla. Simili modo si queretur qd idem intēderetur simul & remitteretur. Nam positus albedinibus in ser. et pla. si albedo ser. remittitur per quattuor gradus: et albedo pla. nec intendatur nec remittatur: tunc in sorte remittetur albedo & intendetur pariter similitudo. Nam cu eius albedo erit precise sex graduum maior: tunc erit similitudo inter ipsum & pla. qd di eius albedo excedebat albedinem pla. in quattuor gradibus. Tertio. impossibile est eadē rem numero realiter multiplicari: & non realiter multiplicari: sed relatio multiplicatur. verbi gratia. similitudo non multiplicatur absoluto vel fundamento. Nam non multiplicata albedine in ser. potest ser. pluribus albis esse similis: & per cõsequens in eo multiplicari similitudo. Quarto. si relatio non esset res distincta ab absolutis. sequitur qd opposita essent eadem res: qd est impossibile. consequentia patet: quia p eadē albedinem ser. albus est similis pla. albo: et dissimilis Licetoni nigro. si ergo similitudo eius non est aliqua alia entitas ab albedine: et eadē ratione nec dissimilitudo: sequitur qd similitudo & dissimilitudo sunt vna entitas numero. Quinto. sequitur qd in quocunq; esset perfectius absolutum seu fundamentum relationis esset perfectior relatio. consequens est falsum: quia non omne albus est similis. Sexto. alique relationes fundate super rebus diuersarū specierū et generum minus differunt & magis conueniunt quibusdā fundamentis super rebus eiusdē speciei specialissime. ergo relationes huiusmodi sunt entitates ab illis fundamentis distincte. consequentia patet: quia res differentes specie & genere magis differunt his que sunt eiusdē speciei. antecedens declaratur. nam similitudo fundata super qualitate. et equalitas fundata super quantitate magis conueniunt qd similitudo et relatio potentie actiue que possunt fundari super eūdem calorem numero respectu eiusdem. etiam assumptum patet: quia due prime pertinet ad primū modum relatiuozū: duarum vero aliarum vna ad primū: altera ad secundū modum pertinet relatiuozum. Septimo. sequit qd inter eadē extrema no possunt esse relationes diuerse fm specie. qd est falsum. Nam inter calorem pducentem & inter calorem pductum: fundatur relatio modo numeri. verbi gratia. similitudo et relatio modo potentie. s. pductiuū ad pductum. Octauo. sequitur qd sicut aliqua fundamenta sunt in genere substantie aliqua in predicamento quantitatē et aliqua qualitatē. sic etiam ali-

que relationes essent in predicamento substantie: et alique in predicamento qualitatibus: et alique in predicamento quantitatis: et sic per consequens predicamentum relatiuorum non esse distinctum predicamentum ab illis tribus. **¶** Nono. impossibile est eadem rem esse ad se et non esse ad se: sed absolutum est ad se. relatio autem non est ad se. ergo etc. **¶** Confirmatur. quia impossibile est quod opposite differentie conueniant eidem: sed esse ad se et esse ad aliud: sunt differentie opposite immediate diuidentes ipsum ens. quare etc. **¶** Decimo. plus distinguuntur primo diuidentia ens quod diuidentia secundo: sed ens diuiditur primo in absolutum et respectuum. et deinde absolutum diuiditur in substantiam et quantitatem et qualitatem. ergo plus differunt absolutum et respectuum quod substantia et qualitas: sed ille distinguuntur sicut due res. igitur. **¶** Undecimo. impossibile est quod de eisdem rebus precise habeantur conceptus alterius rationis: sed si nullum absolutum esset in mundo preter tres albedines. anima adhuc posset habere conceptum albedinis et conceptum similitudinis. ergo aliqua alia entitas esset ibi preter absolutas. **¶** Duodecimo. ad relationem non est per se motus. s. phys. ad fundamentum relationis est motus per se. ergo etc. **¶** Decimotertio. nulla res est fundamentum sui ipsius aut alicuius quod est sibi idem: sed absolutum est fundamentum relationis. ergo etc. **¶** Decimoquarto. si nulla relatio esset entitas distincta ab absolutis: tollitur omnis causalitas secundarum causarum. Nam quicquid causatur a diuersis causis secundis precepit in eis debitam proportionem et approximationem ad hoc quod causatur ab eis. Sed si ista proportio et approximatō nihil sit nisi absolutum. ergo illa ita sunt realiter causatiua illius effectus: quando non sunt approximatō sicut quando sunt: et si non possunt quando non sunt approximatō: ita nec quando sunt. nulla enim alia realitate posita non potest ab eis aliquid causari quod primo non potuit. **¶** Decimoquinto. **¶** In hoc tollitur separatio accidentium a subiecto in sacramento altaris. Nam si inheretia quantitatis panis nihil aliud est quam ipsa met quantitas. ergo ita post consecrationem quantitas inheret sicut ante. et eodem modo potest argui de alijs accidentibus si qua ponantur ibi sine subiecto. **¶** Decimosexto. idem probatur de compositione seu unione componentium in composito: quoniam si non sit aliqua alia entitas ad absolutis componentibus. ergo illis separatis ab invicem adhuc componerent: et si separata non componunt utique nec coniuncta. nulla enim alia realitate posita non possunt modo aliquod componere quod prius non potuerunt. **¶** Eodem modo potest argui de unione partium continui: quoniam si non sit res sit alia preter partes ipsas: sequitur quod partes discrete essent continue. Nam possibile est quod ita sint sibi proxime discrete sicut continue. verbi gratia. etiam de contiguis. ergo si alique non sunt continue et postea sunt: aliqua entitas est in eis quando sunt continue: que non est quando non sunt continue: et constat quod non entitas absoluta. etc. **¶** Decimoseptimo. specialiter de unione humane nature ad verbum in persona christi. Si enim illa non esset entitas alia ab illa humana natura: sequitur quod si verbum nunquam assumpsisset naturam humanam. Et tamen fecisset illam absolutam eadem illa eque fuisset realiter unita verbo sicut modo est: et si nunc dimitteret naturam assumptam. manente illa realiter in se adhuc esset unita verbo: et assumpta: quod est falsum. **¶** Decimo octauo. quidam alius doctor arguit sic simul de unione nature humane ad verbum: et de unione materie et forme in composito: et accidentis ad subiectum: et partium continui ad invicem sic. Impossibile est contradictoria successiue verificari de eodem: nisi propter motum localem alicuius vel propter transiitionem temporis: vel propter productionem

L. C. 10.

deham  
1. dist.  
1. q. 4.

vel destructionem alicuius entitatis. ista patent: quod etiam in sanctos. impossibile esset quod deus primo non esset creans: et postea esset creans nisi saltem creatura haberet post non esse esse. Eodem modo impossibile esset quod deus modo non esset annihilatus: et postea esset annihilatus nisi creatura post esse haberet non esse: ita est in omnibus: si possibile est naturam primo non esse unitam: et postea unitam vel everso: sine omni motu locali. ergo oportet quod ibi sit productio alicuius noui vel destructio: cum transiitione temporis non sufficiat: sed manifestum est quod nullum absolutum oportet produci vel corrumpi. ergo etc. **¶** Eodem modo posset deus facere quod una forma pens esset materie: et primo non informaret materiam: et postea informaret: sicut facit duo corpora esse in eodem loco: et per consequens forma vnus materie ita est presens materie alterius: sicut materiam proprie: et tamen tunc informat vnā: et aliam non. Eodem modo potest argui de subiecto et accidente: et similiter de partibus continui. **¶** Decimonono idem alibi ostenditur ad vnionem nature ad verbum arguit sic. **¶** Quando cum quod aliqua denominatione ponitur que nihil dicit ultra denominabilia nisi si existentiam extremam: quicquid conuenit alicui respectu vnus indiuidui: conuenit etiam sibi respectu omnium indiuiduorum eiusdem rationis: nisi aliquid conueniat vni indiuiduo: propter quod conuenit illa denominatio respectu illius et non respectu alterius. **¶** Exemplum primi. si creatura nihil dicit ultra deum creatam: et rem creatam: si deus dicitur creator respectu vnus rei: dicitur etiam creator respectu omnium eiusdem rationis. Similiter quia si similitudo nihil dicit ultra extrema absoluta denominata istis denominationibus pater et filius. Si tamen dicitur quis pater et respectu vnus hominis quod non respectu cuiuscumque. hoc est: quia aliquid conuenit patri respectu vnus indiuidui: quod non respectu alterius: hoc est sibi proprius. puta actio conuenit sibi respectu socratis: que non potest competere sibi respectu iohannis. saltem de facto non conuenit sibi: et propter illud sic proprium dicitur ille homo pater so. et non iohannis. patet ergo maior. Sed si vnio in proposito sit quedam denominatio nihil dicens ultra extrema vnita: et nulla actio vel aliquid proprius conuenit verbo respectu vnus nature et non alterius. ergo equaliter est vna natura vnita sicut alia: hoc autem est falsum: et contra fidem. **¶** Si dicas quod habuit aliquam actionem primam respectu nature assumpte quam non habuit respectu alterius: quia mediante spiritu sancto egit quod nascetur de virgine et formauit corpus sine semine. **¶** Respondetur deo omnem actionem primam quam habuit respectu nature assumpte potest non habere respectu non assumpte: potest enim facere quod alius nascatur de virgine: et tamen non vnatur sibi in vnitate persone. **¶** Vicesimo ad idem arguit idem sic: quando denominans non dicit aliquid ultra denominabilia: ipsis extremis non vnitis: nec per formam nec per locum si semel denotat semper denotat. **¶** Exemplum de similitudine duorum alborum: sed natura assumpta a verbo potest dimitti sine aliqua mutatione facta in ipsa per formam vel locum. ergo natura dimissa adhuc dicitur vnita: quod falsum est. ergo vnio nature ad verbum dicit aliquid ultra extrema vnita. **¶** Auctoritatibus quoque probatur quod relatio sit res ab absolutis distincta: et prima est i. h. p. l. 12. de trinitate. vbi loquitur de nativitate filij dei ait. nasci quod erat iam non tamen nasci est: sed seipsum demutare nascendo: et ita nasci dicit relationem nouam. **¶** Secunda est Ambrosio. primo de trinitate. Si prius inquit erat deus et postea pater: generatio nis a cessione mutatus est. Auertat deus hanc demetiam. ergo per solam accessionem relationis esset mutatio in persona diuina: quod non esset: nisi relatio esset res distincta a

L. C. 10.

L. C. 4.

L. C. 7.

L. C. 11.

L. C. 17.

L. C. 18.

fundamento: quia fundamentum preexistit. **¶** Tertio est Augustini. 5. de trinitate. In rebus creatis atque mutabilibus quod non per substantiam dicitur: restat ut per accidens dicitur. vbi expresse videtur velle quod relatio illa saltem que amitti potest: manente fundamento sit accidens in creatura. **¶** Item infra. quod relatiue pronuntiat non indicat esse substantiam. ergo relatio non est substantia: sed accidens. **¶** Item lib. 7. de ois essentia que relatiue dicitur est etiam aliquid excepto relatiue: prius immediate dicit quod si essentia illa relatiue diceretur essentia: ipsa non esset essentia. vbi expresse videtur velle quod essentia que dicitur relatiue: sit entitas distincta ab illa relatione. **¶** Ad idem est auctoritas philosophi in predicamentis. Ad aliquid sunt quecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur. Constat autem quod fundamentum non est ad aliud hoc ipsum quod est. **¶** Ad hoc etiam videtur esse Lommen. et primo quidem primo phys. vbi ex intentione probat quod potentia materie que est relatio distinguitur a substantia materie. ait enim quod accidit substantie eius. s. materie: ut sit in potentia omnis forme. non quod potentia sit in substantia eius: ita quod sit pars distinctionis: quoniam si potentia esset in substantia eius: tunc eius essentia destrueretur per ablationem potentie et presentiam forme in actu. s. forme ad quam habebat potentiam ut reciperet eam: et vniuersaliter si potentia esset in substantia eius: tunc substantia eius corrumpetur apud generationem: et esset in predicamento ad aliquid et non in predicamento substantie. vbi apparet expresse quod loquitur de potentia que est relatio: et illam dicit non esse substantiam eius. **¶** Item. 5. metaphys. dicit quod relatio accidit quantitati et ceteris predicamentis. ergo est entitas distincta ab illis. **¶** Ad primam quis absolute potest negari antecedens: eo quod in sua proprietate sit falsum. **¶** Rudioribus tamen subueniendo distinguo duplicem sensum quod potest haberi de ipso. vnus est. quod possibile est qualitate entitate absoluta alicuius. verbi gratia. sortis manente: entitate que est relatio et qua est talis. verbi gratia. similitudo eius ad platonem desinere esse: et hic est sensus quem habet antecedens per suam propriam significationem. Alius sensus est. quod possibile est qualitate entitate absoluta sortis manente: for. desinere esse similem platonis: siue hanc posse esse veram: for. non est similis platonis in primo sensu. consequentia est necessaria: sed antecedens est falsum. **¶** Ad probationem dico quod (transmutato platonis in hanc posse esse veram: for. non est similitudo non desinit esse: sed manet: verum tamen ipsa desinit esse similitudo sicut etiam ipsa desinit esse eiusdem speciei cum platonis qualitate. propterea quia nulla tunc est qualitas platonis: cui ista (esto quod sit) sit eadem speciei: sicut etiam for. desinit esse similis platonis. quia desinit esse talis qualis est platonis. et hoc non est propter destinationem alicuius entitatis in for. sed propter destinationem entitatis in platonem qua non existente: for. non est talis qualis est platonis: per consequens nec similis ei. **¶** Ex quo patet consequenter quod in isto sensu sensu. antecedens est verum. sed consequentia non valet. nec sequitur quod sit possibile eadem entitatem simul esse et non esse: cum non ponam aliquam entitatem desinere esse: sed bene sequitur: quod simul eadem entitas que non est similitudo: tunc sit: et ipsa non sit similitudo: quod nullatenus repugnat. **¶** Exemplum omnium predictorum. Constat enim quod prescientia dei de antichristo. non est entitas distincta a deitate: nec entitas que est prescientia: potest desinere esse manente diuinitate: sed bene potest desinere esse prescientia. Nam si antichristus esset aut non esset futurus: quorum vtriusque est possibile ipsa vtriusque desinere esse prescientia. cum nulla possit esse prescientia nisi futuri: nec tamen entitas que est prescientia: aut aliqua que sit in deo desinere esse.

+ boni exempli

L. C. 4.

L. C. 16.

Sic respondere nos docet Aug. de sacra. lib. 1. vbi dicit quod scientia et prescientia dicuntur ad aliquid. Scientia enim est eorum que sunt: prescientia vero futurorum. **¶** Et quod potest hoc argui quod futura possunt non esse futura. ergo prescientia potest non esse prescientia: aut id est quod dei essentia. **¶** Ad hoc respondent sic: et fuisset quidem scientia eorum que essent: prescientia autem non fuisset eorum que futura non essent: nec idcirco minus aliquid in creatore fuisset: si prescientia eorum que non essent futura non fuisset: quia ipsa que prescientia est scientia: fuisset etiam si prescientia non fuisset: quoniam futurum aliquid non fuisset. **¶** Ecce enim cum quod si nihil fuisset futurum non fuisset prescientia. **¶** Et tamen nihil minus fuisset in deo: sed quod nunc est prescientia non fuisset prescientia. eodem modo si nunc nihil esset futurum: quod fuit prescientia non esset prescientia: et desinere esse prescientia: et tamen nihil minus esset in deo: nec aliqua entitas dei desinere esse. Similiter dicendum est in proposito. Nam et simile argumentum posset formari ad probationem quod prescientia esset entitas distincta a deo. similiter quod deus et creas distinguuntur realiter: et multa alia falsa: sed ad oia patet per predicta modus respondendi. **¶** Ad secundam dicitur quod duplex sensus potest haberi ex antecedente. Vnus est. proprius est: quod entitas que est relatio vel similitudo for. potest augeri in se: quod admodum dicimus aliquas formas augeri: tunc nulla absoluta entitas for. auget illo modo: et sic alius est falsum. Alius sensus est: quod possibile est quod per similitudinem for. ipse for. denotetur magis similis: et tamen nulla entitas eius absoluta augetur illo modo: et sic est verum antecedens: quod ista iste sensus sit sibi improprie: nec ille in isto secundo sensu inferat seipsum in primo. In hoc autem secundo sensu consequentia non valet: quoniam non est inconueniens idem augeri secundo modo: et non augeri primo modo. **¶** Et vterque ostendit ad secundam casum dico. quod non est inconueniens idem remitti primo modo et augeri secundo modo. **¶** Probatio vero antecedentis non procedit: quoniam in primo casu similitudo non intendit primo modo sicut nec albedo: sed secundo modo tamen: et eodem modo etiam intendit albedo: sicut sicut albedo remittitur similitudo: et sicut intenditur vel augetur similitudo sic et albedo in secundo casu. **¶** Posset aliter responderi sic: quod si augeri et non augeri sumatur opposite. antecedens est falsum. si vero disparate antecedens est verum: sed consequentia non valet: tunc ad probationem antecedentis dico: quod cum non sit alius augeri vel intendi: ut in proposito loquimur quod fieri maius: et maius sit adiectiuum: cui addendum est substantiuum: ut propositio sit intelligibilis: cum in proposito dicitur quod similitudo augetur et non albedo: vel intelligitur quod similitudo sit maior similitudo: vel quod sit maior albedo. **¶** Si primo modo concedo. si secundo modo nego. **¶** Et eodem modo cum dicitur quod albedo non augetur: si intelligitur quod albedo non sit maior similitudo nego. Si vero intelligitur quod non sit maior albedo concedo: sed tunc non sumatur opposite augeri: et non augeri: quoniam fieri maiorem albedinem et non fieri maiorem similitudinem vel econtra. non sunt opposita: quinimmo vere compossibilia circa idem: et ex hoc patet quod non tenet consequentia. si antecedens sumatur secundo modo. **¶** Eodem modo ostenditur ad secundam casum. dico quod sicut albedo remittitur: id est fit minor albedo: sic etiam similitudo fit minor albedo: et sicut etiam similitudo fit maior similitudo: sic etiam albedo fit maior similitudo. Ideo autem dicitur fieri maior similitudo: quoniam subiectum sit per illam formaliter magis simile. et hec responsio in sententia: vel nullatenus: vel modicum differt a prima. **¶** Ad tertium nego inueniorem. **¶** Et ad probationem dico quod for. quibuscumque et quotcumque est similis per vniam albedinem: est etiam similis per vniam similitudinem. Nam eius similitudo nihil est aliud: quam eius albedo per quam est similis. **¶** Ad quartum

s ij

hego consequentiam. Ad probationem dico qd similitudo et dissimilitudo non sunt oppositae. non enim opponuntur relative cum non dicantur relative ad invicem. Non enim similitudo dicitur similitudo dissimilitudinis: nec simile dicitur dissimile simile: nec econverso. Quocirca autem opposita sunt tanquam ad aliquid id est relative ipsam qd sunt aliorum dicuntur: aut quocirca modo ad invicem. i. quocirca casuali habitudine: ut dicit philosophus in ca. de oppositis in postpredicamentis. Item non sunt opposita contrarie: quia aliquid idem numero potest esse simile et dissimile respectu diversorum: quod non contingit et si similitudo et dissimilitudo essent res contrarie: aut isti termini simile et dissimile forent contrarii: sicut pater et philosophum in predicamentis in ca. de quantitate. qui per hoc probat qd magnum et parvum non sunt contraria. Unde illud argumentum est contra arguentes: quia si similitudo et dissimilitudo sunt res ab invicem et fundamento distincte et sunt contrarie: non possunt eidem simul inesse: nec idem possent esse simile et dissimile: cuius oppositum dicunt. Adverte tamen qd quicquid dicitur sit qd omnia opposita relative dicantur ad invicem: non tamen econverso: omnia que dicuntur ad invicem sunt opposita relative: sed ea tamen que de eodem respectu eiusdem verificari non possunt. Ad quintum concedo qd in quocirca est perfectius absolutum: in eodem respectu que est eadem illi absoluto est perfectior: et cuiuscirca albedo est perfectior: eius similitudo que est albedo est perfectior: nec tamen sequitur qd omne qd est albus est similis: nec sicut sequitur albedo fore perfectior: ergo fore est albus: sic sequitur similitudo fore perfectior: ergo socrates est similis. Et est ratio quoniam sicut ad hoc qd albedo sit similitudo requiritur quedam alia qualitas eiusdem speciei. i. alia albedo: que tamen non requiritur ad hoc qd ipsa sit albedo: et similiter ad hoc qd albus sit simile requiritur aliud coalbum: quod tamen non requiritur ad hoc qd ipsum sit albus: sicut ad hoc qd ipsum sit similis non sufficit qd ipsum sit albus: sed requiritur qd eius albedo minus excedat vel excedat ab albedine alterius: et quia aliquid potest esse albus et magis excedere aliud secundum albedinem. ideo non sequitur: si aliquid est albus qd et ipsum sit similis. Ad sextum etiam responderi secundum secundam responsionem datam ad secundam rationem. vtz qd sicut albedo est perfectior albedo: sic similitudo sibi eadem est perfectior: albedo est qd non sit perfectior: similitudo: quia nec ipsa albedo est perfectior: similitudo: nunc autem non sequitur similitudo huius est perfectior: albedo: ergo hoc est similis. sequitur autem similitudo huius est perfectior: similitudo: ergo hoc est similis. Ad sextum dico qd aliud est aliqua esse diversorum generum vel specierum: et aliud est aliqua differre genere vel specie. Nam aliqua duo dicuntur differre genere: quorum neutrum est eiusdem generis cum altero et utriusque est in genere. Sed illa dicuntur esse diversorum generum que sunt in pluribus generibus: et ista multum differunt: quibus utriusque aliquando pro altero improprie accipiatur. Nam vna res potest esse in pluribus generibus: et tamen non potest a seipsa differre genere primo modo: alioquin ipsa esset in aliquo genere in quo ipsa non esset: quod implicat contradictionem. Tunc ad rationem cum dicitur qd aliquere relationes fundate super rebus diversorum generum magis conveniunt quibusdam fundatis super rebus eiusdem speciei specialissime: non faciendo pro nunc vni in eo quod dicitur relationem fundari in tali vel tali absoluto: de quo habetur argumentum sequens. dico qd si res ille dicantur diversorum generum. i. genere differentes: sicut probatio consequentiae videtur accipere. Antecedens illud est falsum. Ad probationem dico supposito qd nulla quantitas sit qualitas: quelibet equa-

litas quantitatis magis differat a qualibet similitudine qualitatis: quam similitudo caloris productivi ab acritate vel potentia eiusdem. vocetur autem acritas vel potentia relatio illa que dicitur relatio potentie: quoniam ista similitudo et ista potentia nullo modo differunt: sed sunt idem numero: et in quocirca genere vel specie est hec similitudo est ista potentia: et econverso: et vtz hic terminis significatiue. Si autem qualitas esset quantitas non esset probatio ad propositum. Si vero in antecedente dicantur res diversorum generum. i. existentes in pluribus generibus: quia antecedens est propositio indefinita potest concedi. Sed consequentia tunc non valet: nec probatio tendit ad hunc sensum. Ad septimum cum dicitur qd inter eadem extrema non possunt esse relationes diversae secundum speciem si intelligitur proprie concedo illud consequens. Ad probationem falsitatis dico: qd relatio caloris in quantum est productiva: et relatio eiusdem caloris in quantum est similitudo eius in quo est ad aliud calidum: non sunt diversae secundum speciem. quoniam in quocirca specie est similitudo est relatio illius: in quantum est productiva: et relatio illius: ut sic loquar et econverso. Si vero intelligitur consequens improprie. sic. vtz non possent esse relationes que essent in pluribus speciebus predicamenti relationis: tunc nego consequentiam. Nam idem calor numero est in pluribus speciebus relationis: est enim similitudo: et secundum hoc est in vna specie relationis: et est dissimilitudo respectu frigidi: et vtz sic est in specie aliqua alia et est potentia productiva: et vtz sic est in alia specie relationis: et est effectus dei: et sic est in alia: et sic posset ostendi qd esset in valde multis speciebus relationis secundum aliam et aliam rationem sicut etiam idem calor secundum aliam et aliam rationem est in diversis speciebus qualitatis: scilicet prima et tertia. ut patet per philosophum in predicamentis. Et advertendum qd cum in precedentibus dixi similitudinem caloris vel qualitatis vel equalitatis quantitatis: et sic de aliis intransitive locutus sum: vtz sit sensus: similitudo que est qualitas et equalitas que est quantitas: et sic eodem modo de aliis. Ad octavum concedo aliquas relationes esse in predicamento substantie et aliquas in predicamento qualitatis: et aliquas quantitatis: non tamen in quantum relationes sunt: sed ex hoc non sequitur qd predicamentum relationis / non sit distinctum predicamentum ab aliis: quoniam cum distinctione predicamentorum stat qd vna res sit in pluribus predicamentis: ut magis patebit in secundo libro. Ad nonum nego minorem. rationem illius partis. relatio non est ad se. si sumatur significatiue. Nam licet relatio non omne quod ipsa est ipsa sit ad se: quolibet tamen relatio est aliquid ad se: ut supra probatum est. Ad confirmationem dico qd esse ad se et esse ad aliud si sumatur secundum idem sunt opposita: non autem si secundum diversam. verbi gratia. esse hominem ad se et esse hominem ad aliud sunt opposita. sed esse hominem ad se et esse hominum ad aliud: non sunt opposita. et primo modo secundum intellectum concedi potest qd sunt differentie dividentes ens: et qd non possunt eidem convenire. Secundo autem modo non sunt differentie entis: et possunt eidem utriusque convenire: immo cuilibet conveniunt: ut supra probatum est. Ad decimum dico primo qd maior ad bonum intellectum non veritate habet quando divisio non est simpliciter opposita. Instantia. si dividatur ens in causam et causatum: hoc est ens vel causa sit vel causatum aliqd tamen est causa et causatum: sicut quedam causa secunda: et p consequens aliqua causa: et aliquod causatum minus distinguitur quod due cause vel duo causata inter se. Similiter bonum (ut patet primo ethicorum) dividitur in vtz delectabile et honestum: et quolibet horum potest di-

calor in diversis speciebus quibus sit. i. a. 3.

vidi: et tamen bonum honestum est delectabile ut ibidem dicitur: et per consequens aliquod honestum et aliquod delectabile minus distinguntur quod duo honesta inter se: vel duo delectabilia. Ad propositum. divisio entis in absolutum et respectivum non est per opposita: quia omne respectivum est absolutum et econverso. Secundo dico ad minorem qd licet hec propositio sit vera. omne ens est absolutum aut respectivum: proprie tamen non dividitur ens in absolutum et respectivum. Nec proprie dicitur ens aliud absolutum aliud respectivum: non plus quam si diceretur homo alius risibilis alius susceptibilis disciplinæ. Et quo patet qd minor est falsa. divisio ergo per absolutum et respectivum non est divisio rerum: sed potius predicabilium: quorum quedam sunt absoluta. i. predicantur ad se: quedam vero respectiva. i. que predicantur ad aliud: sicut est divisio predicamentum alie sunt absolute alie respectiva vel relative. i. alie sunt quibus aliqua dicuntur esse ad se: alie quibus dicuntur esse aliqd ad aliud. Ad undecimum dico qd de eisdem rebus possunt haberi plures conceptus alterius rationis: quorum aliquis vel alii non sunt quod dicitur. qualis est omnis conceptus relatiuus vel connotatiuus. potest enim quilibet res considerari secundum se: et in comparatione ad aliud: et tales considerationes sunt utriusque alterius et alterius rationis. Ad duodecimum dico qd nunquam est motus vel mutatio ad rem absolutam quin simul sit mutatio ad rem que est relatio. Unde si aliquid fiat album per sui mutationem et preexistat aliud coalbum sit etiam simile per suam mutationem: et sicut istud mutatur ad rem que est albedo: sic etiam mutatur ad rem que est similitudo. Dicitur tamen qd albedinem est per se motus: et non ad relationem: quia impossibile est qd aliquid de non albo fiat album sine sui mutatione: sed vtz qd de non simili potest aliquid fieri simile sine vlla sui mutatione: per solam mutationem factam in aliquo coalbo: quapropter per accidens est qd aliquid mutatur: cum de non relatio sit relatiuum. per se autem quod mutatur cum de non albo sit album: sic de huiusmodi: et hec est ratio quam in proposito reddit philosophus 5. phys. 2. n. metaphys. ut supra allegatum est. Ad decimum tertium posset dici ad hominem primo qd concessis premissis adhuc non sequitur qd absolutum non sit relatio: sed solum qd non est relatio cuius est fundamentum: non autem ulterius sequitur. absolutum non est relatio cuius fundamentum est. ergo absolutum non est relatio. Sed arguitur ab inferiori ad superius negative a parte predicati. Dico tamen aliter qd si volumus inniti proprietati sermonis: nulla relatio est suum fundamentum: sed quolibet que habet fundamentum distinguitur ab eo. Et isto modo albedo non est fundamentum similitudinis potius quam econverso: sed si aliquid est fundamentum similitudinis est fundamentum albedinis: nec video qd sic loquendo: aliud sit fundamentum quam subiectum. non sic autem puto intellexisse antiquos doctores dicentes: qd relatio et fundamentum sunt idem: sed pro ipsis terminis vel conceptibus relatiuus et absoluto eiusdem rei: quorum absolutus dicitur fundamentum relatiui: non quia sit eius subiectum: sed quia est prior eo et presupponitur ei respectu rei correspondentis utriusque. Et autem prior causalitate secundum quod talem prioritatem attribuitur terminis. Nam quicquid idem sit album et simile et albedo et similitudo. tamen non quia aliquid est simile alicui albo. ideo ipsum est album: sed econverso: quia ipsum est album. ideo ipsum est simile alteri albo: nec quia aliquid est similitudo ad album: ideo

est albedo: sed econverso: et ideo iste terminus album est hoc modo prior: isto termino simile: et iste terminus albedo est prior: isto termino similitudo respectu eiusdem rei pro qua supponunt. Item est prior: prioritate consequentiae. Nam sequitur consequentia simplici aliquid est simile albo. ergo ipsum est album: et non sequitur econverso. aliquid est album. ergo est simile albo. quia si ipsum solum esset album. antecedens esset verum: et consequens falsum: et propter istam prioritatem per quandam similitudinem ad fundamentum domus: quod est prima pars eius: et ceteris supponitur et ei nulla. similiter iste conceptus absolutus vocatur fundamentum relatiui: et quia isti conceptus supponunt pro eodem et verificantur pro eodem: ideo dicitur (utendo actu exercito pro significato) qd idem est. Unde cum dicitur fundamentum et relatio sunt idem. sensus est. relatio et fundamentum supponunt pro eodem. vel de relatio et fundamento verificatur esse idem: quod actus sic significatus debet exerceri: sumendo terminos absolutum et respectivum supponentes pro eodem. verbi gratia albedo et similitudo: sic albedo et similitudo sunt idem in quo actu exercito termini supponunt significatiue: quicquid cum dicitur albedo est fundamentum similitudinis: supponit materialiter vel simpliciter: et est iste modus loquendi similis ei quo dicimus. passio et subiectum sunt idem: per quod recte sentientes intelligunt hunc actum significatum de passione et subiecto verificari esse idem: qui sic exercetur. homo et risibile sunt idem: vel aliquid simile. sumendo gratia exempli. in quo actu exercito termini sunt significatiue: quicquid cum dicitur. homo est subiectum et risibile est passio: et homo et risibile sunt materialiter vel simpliciter secundum hunc sensum puto illos fuisse locutos. Et ego ipse sic intelligo si alibi vtz isto modo loquendi. Ad decimum quartum nego consequentiam: et concedo tales causas non agere nisi approximatis passis. nec tamen approximatio est aliqua entitas distincta ab absoluta entitate approximati: et cum arguitur qd tunc agerent etiam non approximata. nego. Ad probationem cum dicitur qd nulla alia entitate posita est. dico qd falsum est. quoniam eadem entitas precisa dum distat: nec est sufficienter propinqua non agit: et si fiat propinqua agit. Et si dicatur qd propinquitas non est alia res ab ipsa: non plus ipsa erit propinqua quando agit quam quando non agit. Dico qd falsum est: quia res vna non est remota ab alia per aliquam rem informantem eam que sit remotior. Sed ideo dicitur remota quia inter ipsam et aliam interiacet spacium vel distantia media: vel interiacere potest ipsis localiter non mutatis: sic non dicitur propinqua vel proxima propter aliquam talem rem: sed quia inter eam et aliam nullum interiacet spacium. Ad decimum quintum nego consequentiam: et si militer aliam consequentiam que fit ad probationem prime. Nam quicquid dum accidentia panis inheret substantie eius ipsa inherencia non sit aliud quam ipsum accidens inherens: et ipsum accidens est ipsa inherencia: quando tamen ablatum est subiectum. tunc entitas que prius fuit inherencia non est inherencia: sicut nec accidens quod prius inheret subiecto: tunc inheret subiecto: et ideo tunc non est in subiecto. Ad decimum sextum nego etiam consequentiam. Nam quicquid vno vel compositio non sit alia entitas ab unitatibus et compositionibus diuisim et continuam: non qualitercumque tamen existentia componunt: sed solum quando vni est forma et actus alterius: et aliud est potentia et materia eius ad quod nulla entitas preter illa media ligans vel coniungens requiritur: ut patet. 8. meta. 2. de anima. Ad id quod annectitur de partibus contrariis. dico qd non sufficit ad continuitatem propinquitatis secundum situm: sed requiritur qd ipse partes propinquitatis constituent vnum hoc aliquid: quod non contingit in contrariis.

L. c. 5. L. c. 7.



Contra deus refertur ad creaturam in primo et secundo modo relationum...

Respondeo propter assumptum in primo argumento et dicta aliquorum in ista materia pono ad propositum quatuor conclusiones.

Prima. qd aliquid potest referri realiter ad non ens siue ad id quod non est.

Secunda est. qd non ens potest realiter referri ad ens siue ad id quod est.

Tertia est. qd deus eternaliter referebatur realiter ad creaturam quando erat.

Quarta est. qd deus realiter refertur ad creaturam ex tempore.

Propter probationem harum conclusionum oportet premittere qd intelligo per referri realiter...

Hoc premissis probatio prima conclusionis. Probatio sic. possibile est aliquid dum non apprehenditur ab anima esse veram imaginem alicuius non existentis...

Cap. 1.

Cap. 10. 2. 11.

Cap. 11.

Cap. 21. 2. c. 20.

tempora: vt quod fecit ad factum: et facturum ad factum. Et hinc sic. aliquid est realiter productum seu perfectum...

Secundam conclusionem probatio sic. oia relatiua dicuntur ad conuertentia...

Probatio sic. oia relatiua dicuntur ad conuertentia. ergo non ens realiter refertur ad ens. Antecedens patet per Augustinum...

Tertiam conclusionem probatio sic. deo ab eterno fuit realiter causatiuus et prescius...

Probatio sic. deo ab eterno fuit realiter causatiuus et prescius. ergo ab eterno realiter referebatur ad causabile et ad prescitu...

q autem realiter etiam non est dubium: cum nulla anima ab eterno fuerit que cognouit deum. Nec valet dicere qd ab eterno deus cognouit se causatiuum...

Quartam conclusionem probatio sic. oia relatiua dicuntur ad conuertentia...

Cap. 11.

Et confirmatur. quia si solum fm rationem refertur: aut ideo hoc est...

Cap. 9.

Scotus in p. dist. 1.

Probatio sic. iuxta modum communem loquendi: quecumq; relatio consequitur extrema ex natura rei sine consideratione intellectus est realis...

fatus et seruus vel possessio sine distinctione et alijs relationibus. Probeterea. Exclusa omni consideratione anime nature humana est vnita verbo in christo...

Probeterea. Spiritus sanctus temporaliter est datus et donatus creature / nec in hoc est necessaria consideratio anime nostre...

Probeterea. Si hoc deberet negari: aut hoc esset propter auctoritatem ecclesie / vel scripture sacre; vt alicuius sancti / vel famosi philosophi...

Probeterea. Nec philosophus / nec Commenta. vnq; etiam hoc dixerunt. cum tamen dixerint deum esse principium et motorem et causam finalem aliorum...

Contra istas conclusiones arguo. et primo contra primas duas ex diffinitione relatiuorum: relatiua enim sunt quecumq; hec ipsa que sunt aliorum...

Secundo contra primam conclusionem. omne terminans realem dependentiam alicuius termini est verum ens in rerum natura existens...

Tertio entitatis ad non ens non est vllus ordo realis: nec etiam conuerso. ergo nec relatio. cum omnis relatio sit ordo quidam vnus ad alterum...

Cap. 1.

Deinde specialiter contra secundam conclusionem arguo ex intentione Augustini septimo de trinitate ubi ait. Sed si non esset homo id est aliqua substantia non esset qui relative dominus diceretur: si non esset equus quedam essentia non esset quod iumentum relative diceretur. Ita si numerus non esset aliqua substantia: nec arra posset dici relative: quapropter si et pater non est aliquid ad seipsum: non est omnino qui relative dicatur ad aliquid. hec Augustinus. Et ista autem videtur eius intentio esse: quod nihil posset dici relative ad aliquid: nisi ipsum sit aliqua essentia vel substantia: quod autem non est: non est aliqua essentia aut substantia. ergo etc.

Tho. 1. p. 9. 13. ar. 7.

Deinde contra tertiam et quartam simul arguo. Primo sic. quando cum aliqua duo non sunt eiusdem ordinis illa non realiter ad invicem referuntur. hoc patet de scientia et scibili et sensu et sensibili. Nam quia scibile et sensibile inquantum sunt res quedam in esse naturali existunt: sunt extra ordinem sensibilibus et intelligibilibus: ideo in scientia et sensu est relatio realis: sicut ordinatur ad sciendum vel sentiendum res: sed ipse res in se considerate sunt extra huiusmodi ordinem: ideo in eis non est aliqua relatio realiter ad scientiam et sensum: sed sicut rationem transquantum intellectus apprehendit eas. ut terminos relationum scientie et sensus.

Sec. 2. 0.

Deinde philosophus. 5. metaphysicorum. dicit quod non dicitur relatio. eo quod ipsa referantur: sed quia alia referuntur ad ipsa: sed deus est extra totum ordinem creature: et omnes creature ordinantur ad ipsum et non e converso. ergo non realiter referuntur ad creaturas. Secundo sic. omne realiter relatum ad aliquid est realiter ordinatum ad illud: sicut albedo que est ratio referendi ad aliam albedinem est naturaliter ordinata ad illam pro eo quod aliquas perfectiones habet ab illa in quantum in eis est natura perfectior simul quam in altera eorum: omne autem ordinatum realiter ad aliud dependet ab illo pro quanto: scilicet expectat illud ut in ipso fundetur relatio ad illud: et si dependet. ergo est mutabile. ergo imperfectum: quia carens illa perfectione ad quam mutatur: et si imperfectum. ergo limitatum. ergo de primo ad ultimum omne relatum est limitatum: et hoc est verum de relato ad aliud in natura: quia si referatur ad aliquid quod est et eadem in natura realiter: non oportet quod dependeat: quia non expectat aliquid aliud a se in natura: ut in eo fundetur relatio: sed deus non est limitatus. ergo nec relatus realiter ad creaturam que est aliud ab eo in natura. Tertio sic. deus est perfecte simplex: et summe necessarius esse. ergo non referatur realiter ad creaturam. Antecedens patet quantum ad utramque partem. consequentia probatur. Nam quia est perfecte simplex nihil est in eo quod non est ipsum sicut Augustinus. n. de civitate dei. deus inquit simplex est: quia est id quod habet perfecta etiam necessitas eius est talis quod non variabitur esse eius: quia cumque hypothesis possibilis siue impossibilis ponatur circa aliud a se: quia alia non sunt necessaria nisi secundaria. Ex his autem sequitur quod nulla est in eo realitas: que necessario coexistat aliis a se: tale enim necessarium exigens aliud a deo non esset. illo exacto non existente: et per consequens aliquid quod esset perfecte idem deo non esset alio alio: quod non est necessarium ex se non existente. relatio autem realis necessario coexistit ad suum esse terminum relationis. ergo in deo non est relatio realis ad aliud a se. Ad hoc etiam videtur esse auctoritas Augustini in 3. distinctio. qui dicit sic. appellatio qua creatura dicitur ad creatorem relatio realis est et relationem notat: que est in ipsa creatura. appellatio vero illa qua creator relative dicitur ad creaturam: relatio quedam est: sed nullam vocat relationem que sit in creatore. Ex his videtur magister innuere quod relatio signata per relationem ap-

Seco. li. 1. distinctio. 30. Cap. 10.

pellatiam creaturarum non sit realiter in deo: et per consequens ille non realiter referatur. Ultimo argui potest contra fundamentum probationis predictarum conclusionum: ex hoc enim quod deus omni anime consideratione exclusus est vere prescius et dominus: et sic de alijs que relative dicuntur de eo arguebatur quod esset realiter prescius et dominus: contra hoc quidem: quia similiter probaretur quod identitas eiusdem ad seipsum esset relatio realis. Nam exclusus consideratione anime quodlibet est seipsi idem: ut for. est idem sorti. et pla. idem platonem. ergo realiter idem: et per consequens illa identitas est realis: sed consequens est falsum: per philosophum. 5. metaphysicorum. capitulo de eodem: ubi ait sic. Phalam quia identitas unitas quedam est: aut plurimum offendit: id est eorum que sunt plura in esse: aut quando vitur pluribus vel ut quando dixerit ipsum ipsi idem. Nam ut duobus vitur eodem ex quibus innuit quod relatio talis non sit nisi quando intellectus eodem vitur quasi tanquam duobus idem sibi referendo. Ad primam dicens quod non est intentio philosophi quod de relativis predicatur in propria forma hoc totum ipsum quod est: sed intendit quod quodlibet sicut relatum est ipsum ad aliud. verbi gratia dominus est dominus ad aliud et servus est servus ad aliud: et sic quodlibet predicatur in propria forma de seipso ad aliud: ut supra in prima conclusione de relationibus magis expressum est. Cum ergo dicitur quod id quod non est. non est hoc ipsum quod est ad aliud. dico quod hoc verum est in sensu nunc excluso: sed tamen aliquid quod non est: est ipsum quod est ad aliud in vno sensu dato. verbi gratia. causabile quod vitur non est: est causabile ad aliud. Et ulterius dico quod non sequitur oppositum. Ad aliud dico ut in predicta questione dictum est frequenter: sancti et philosophi nos in quotidiano usu in multis vitur istis vocabulis aliud et aliquid. pro his que non existunt: nec sunt aliqua entia: vel entitates: et ita dico quod relatio dicitur esse aliorum generaliter et communiter. sumendo hunc terminum aliorum. ut tam de non existentibus quam de existentibus dicitur. Ad secundam dico concedendo maiorem si sumatur in sua proprietate: et nego minorem: non enim pater dependet a filio in divinis: nec certe etiam in creaturis (nec dominus a servo / nec causa que libet a causato: quibus non possit aliquid esse pater: nisi aliquid sit filius: nec e converso: nec aliquid possit esse servus: nisi sit aliquid dominus / nec aliquid causa nisi aliquid sit causatum: nec e converso: quod tamen non est proprie dependere: quia sic deus pater proprie dependeret a filio: et e converso: quod est hereticum: dependeret etiam a creatura. cum ille sit dominus et non possit esse dominus nisi illa sit serva. Si tamen sic improprie sumeretur dependetia in maiore: tunc illa esset falsa. constat enim quod deus est realiter causativus: nec potest sic esse causativus nisi aliquid sit causabile: et tunc causabile non existit in re: natura. multa etiam non existentia actualiter in rerum natura sunt a deo cognita: et ipse est realiter et actualiter illa cognoscens. Ad tertiam si ordo sumatur stricte et proprie quicquid sit de antecedente. nego consequentiam. dico quod non omnis relatio est ordo: nec omne quod refert ad aliquid proprie ordinatur ad aliud. Si vero ordo sumatur improprie et communiter pro omni habitudine et relatione unius ad aliud: nego antecedens. Ad quartum dico quod quedam relatio sumatur que non possunt verificari de aliquibus: nisi pro his que existunt: ut pater et filius dominus et servus: duplum et dividuum: et plura alia: quedam et pro his que existunt: et pro his que non existunt: sicut cognitum et representatum ex: ractum

pellatiam creaturarum non sit realiter in deo: et per consequens ille non realiter referatur. Ultimo argui potest contra fundamentum probationis predictarum conclusionum: ex hoc enim quod deus omni anime consideratione exclusus est vere prescius et dominus: et sic de alijs que relative dicuntur de eo arguebatur quod esset realiter prescius et dominus: contra hoc quidem: quia similiter probaretur quod identitas eiusdem ad seipsum esset relatio realis. Nam exclusus consideratione anime quodlibet est seipsi idem: ut for. est idem sorti. et pla. idem platonem. ergo realiter idem: et per consequens illa identitas est realis: sed consequens est falsum: per philosophum. 5. metaphysicorum. capitulo de eodem: ubi ait sic. Phalam quia identitas unitas quedam est: aut plurimum offendit: id est eorum que sunt plura in esse: aut quando vitur pluribus vel ut quando dixerit ipsum ipsi idem. Nam ut duobus vitur eodem ex quibus innuit quod relatio talis non sit nisi quando intellectus eodem vitur quasi tanquam duobus idem sibi referendo. Ad primam dicens quod non est intentio philosophi quod de relativis predicatur in propria forma hoc totum ipsum quod est: sed intendit quod quodlibet sicut relatum est ipsum ad aliud. verbi gratia dominus est dominus ad aliud et servus est servus ad aliud: et sic quodlibet predicatur in propria forma de seipso ad aliud: ut supra in prima conclusione de relationibus magis expressum est. Cum ergo dicitur quod id quod non est. non est hoc ipsum quod est ad aliud. dico quod hoc verum est in sensu nunc excluso: sed tamen aliquid quod non est: est ipsum quod est ad aliud in vno sensu dato. verbi gratia. causabile quod vitur non est: est causabile ad aliud. Et ulterius dico quod non sequitur oppositum. Ad aliud dico ut in predicta questione dictum est frequenter: sancti et philosophi nos in quotidiano usu in multis vitur istis vocabulis aliud et aliquid. pro his que non existunt: nec sunt aliqua entia: vel entitates: et ita dico quod relatio dicitur esse aliorum generaliter et communiter. sumendo hunc terminum aliorum. ut tam de non existentibus quam de existentibus dicitur. Ad secundam dico concedendo maiorem si sumatur in sua proprietate: et nego minorem: non enim pater dependet a filio in divinis: nec certe etiam in creaturis (nec dominus a servo / nec causa que libet a causato: quibus non possit aliquid esse pater: nisi aliquid sit filius: nec e converso: nec aliquid possit esse servus: nisi sit aliquid dominus / nec aliquid causa nisi aliquid sit causatum: nec e converso: quod tamen non est proprie dependere: quia sic deus pater proprie dependeret a filio: et e converso: quod est hereticum: dependeret etiam a creatura. cum ille sit dominus et non possit esse dominus nisi illa sit serva. Si tamen sic improprie sumeretur dependetia in maiore: tunc illa esset falsa. constat enim quod deus est realiter causativus: nec potest sic esse causativus nisi aliquid sit causabile: et tunc causabile non existit in re: natura. multa etiam non existentia actualiter in rerum natura sunt a deo cognita: et ipse est realiter et actualiter illa cognoscens. Ad tertiam si ordo sumatur stricte et proprie quicquid sit de antecedente. nego consequentiam. dico quod non omnis relatio est ordo: nec omne quod refert ad aliquid proprie ordinatur ad aliud. Si vero ordo sumatur improprie et communiter pro omni habitudine et relatione unius ad aliud: nego antecedens. Ad quartum dico quod quedam relatio sumatur que non possunt verificari de aliquibus: nisi pro his que existunt: ut pater et filius dominus et servus: duplum et dividuum: et plura alia: quedam et pro his que existunt: et pro his que non existunt: sicut cognitum et representatum ex: ractum

Sec. 2. 0.

5. meta. Sec. 2. 0.

Cap. 1.

et alia plura: et sicut philosophum quedam que non nisi per his que non sunt ut faciendum factibile et similia. de primis verum est: quod nihil potest sic referri vel relative dici: nisi sit aliqua essentia: et de talibus: sicut patet loquitur Augustinus et sicut dicit quod nihil esset homo aliqua substantia non esset qui relative dominus diceretur: et sic de iumento et arra: sicut cum dicit si pater non esset aliquid debet intelligi: ita non est aliquid quod relative dicitur pater ad aliquid: et hoc est verum et sufficit ad suum propositum: nec aliud intendit: sed non sequitur nihil potest esse pater vel dominus vel arra: nisi sit aliqua essentia ergo nihil potest esse cognitum vel factibile nisi sit aliqua essentia. Nam antecedens est verum et consequens falsum: quoniam antichristus est cognitum et factibile: et tamen non est aliqua essentia. Confirmatur hec solutio: quia hanc inductionem facit Augustinus ad declarandum illam universalem propositionem quam assumpsit. omnis essentia que relative dicitur est ad aliquid excepto relatio: non enim ait. omne quod relative dicitur: sed omnis essentia: per quod patet ipsum non generaliter de omnibus relativis fuisse locutum. ex hoc etiam patet vnum quod supra dicebatur: scilicet quod esse ad aliquid non est esse aliquid. Et quod predicari relative non sit id de quo dicitur esse aliquid seu esse essentia aliqua: alioquin de puro non ente non posset predicari vere aliquid relative. Ad argumenta contra tertiam et quartam conclusiones. Ad primum dico primo. quod si ratio esset bona sequitur quod nec creatura realiter ad deum referatur cum non sit eiusdem ordinis cum deo: cuius oppositum etiam dicunt. nego ergo illam maiorem. Ad probationem dico quod sicut scientia realiter refertur ad scibile et sensus ad sensibile. sic e converso scibile realiter refertur ad scientiam et sensibile ad sensum: nec philosophus dicit oppositum: nec Commentator: quoniam neuter ibidem facit mentionem de relatione rationis. Ad pro intellectu philosophi autem verbi allegati quod diversimode interpretantur. dico quod philosophus dat ibi quandam differentiam inter relata duorum primorum modorum: et relata tertij modi: et est differentia hec quod vni correlativum de relativis tertij modi dicitur ad aliud: quod aliud dicitur ad ipsum. verbi gratia. sensibile seu sensatum vitur habet translatio commensuratio dicitur de aliquo relative ad sensum seu sensationem: quia sensus dicitur ad aliud vel illud. denominatur enim aliquid sensatum a sensu per quam denominationes non significatur aliud quam quod ipsum tanquam obiecti est sensus: sicut visio dicitur esse coloris et eodem modo nihil aliud est esse intellectum quam illius esse intellectione. nec aliud significatur per aliud. et hoc est quod expresse dicit ibi philosophus declarans dictum suum. Unde ait. Nam intelligibile quia illius intellectus est: et immediate explicat quomodo ipse: quia scilicet vitur ad calorem: quod est esse illius obiective. Si ergo aliquid dicitur relative ad sensum quod dicitur sensatum: et ideo dicitur sensatum: quia sensus est illius: et per consequens: quia sensus dicitur ad illum: sequitur quod sensatum dicitur ad sensum: quia sensus dicitur ad ipsum: idem iudicium est de intellectuali et intellectione: et diligibili et dilectione: et similibus: non sic autem est de relativis primis vel secundis modi: quoniam nullum talium est denominativum alterius: sic quod eius predicatio de aliquo sit predicatio denominativa ab alio correlativum qua precise significatur aliud correlativum dicitur relative ad ipsum: ex quo sequitur quod neutrum correlativorum dicitur ad reliquum: quia reliquum dicitur ad ipsum. Contra videtur fortiter posse argui ex intentione Augustini. 3. de trinitate. dicit enim quod scientia et scientia dicuntur ad invicem relative et idem dicit in precedente immediate capitulo de amari

te et amore: sed constat quod sciens denominative est cadens a scientia: et predicatio denominativa predicatur de eodem de quo predicatur: nec per illam predicacionem aliud significatur: nisi quod scientia sit eius tanquam subiecti. Et quia scientia non aliter dicitur ad scientiam nisi ut ad subiectum videtur sequi sicut predicta quod sciens non dicitur ad scientiam: nisi quia scientia dicitur ipsum. Sed ulterius patet quod sciens et scientia non dicitur ad aliquid sicut mensura et mensurabile: et sensus et sensibile: et intellectus et intellectuale: et similia: et per consequens non est proprium relativis illiusmodi quod vnum dicitur ad aliud: quia aliud dicitur ad ipsum: quod tamen intendit philosophus. Respondet primo quantum sufficit ad argumentum quod philosophus non dicit hoc proprium esse illius: que dicitur ad invicem illo modo: ita quod nullis alijs conveniat. Sed dicit quod hoc convenit eis et non relativis primi aut secundi modi. Nam autem sciens et scientia neutro modo sunt ad aliquid. non enim dicuntur ad invicem sicut numerum: quomodo dicuntur relativis primi modi. nec sicut potentiam activam et passivam: nec ut mensura et mensurabile: et sensus et sensibile: quia sunt amans et amor: que sicut Augustinus sunt ad invicem: relata et habitus et habitatus: et affectio et affectus: que sicut philosophus in predicamentis sunt ad aliquid: et sic multa alia reperuntur relativis communiter loquendo de relativis: que proprie non pertinent ad aliquem illorum trium modorum. Secundo dico quod philosophus negat statim ubi supra. 5. metaphysicorum. scientiam dici relative ad scientiam. et Commentator: si militer. et oppositum probant ex intentione: et ideo argumentum non tollit expositionem datam esse sicut intentionem philosophi. Et si dicatur quod ex hoc sequitur quod Augustinus. et philosophus sibi mutuo contradicunt. Respondet ad relativis dupliciter possunt sumi. Uno modo communiter sine pro quibusdam que dicuntur ad aliquid sicut primas diffinitionem positam a philosopho in predicamentis: quomodo nomina aliqua substantiarum ut manus et caput et alia nomina partium substantiarum sunt relativis et similiter aliqua nomina qualitatum et per se pertinentia ad genus qualitatis sunt ad aliquid. verbi gratia. color. Nam dicitur color: colorati color: et albedo albi albedo: et sic de alijs pluribus. Alio modo sumuntur relativis stricte et proprie pro his quorum esse est ad aliud se habere: sicut que inquantum ipsa sunt ipsa ad aliud sunt iuxta correctam diffinitionem secundo datam a philosopho ubi supra: et isto modo manus et caput et similia non sunt relativis: ut ibi dicit philosophus: et similiter nec color et albedo. primo modo loquitur Augustinus. de relativis quando dicit quod sciens et scientia sunt ad invicem relativis: quod patet: quia in eodem capitulo dicit quod color dicitur relative ad coloratum: et caput ad capitatum: et tamen constat quod color non est per se relatum ad coloratum: quoniam si color esset separatus ab omni subiecto adhuc esset vere color: et tamen non esset alicuius colorati: ita etiam manus abscissa est manus: et tamen non est alicuius manus: et ideo talia non sunt per se relativis iuxta secundam diffinitionem philosophi: sed iuxta commune dictum possunt vocari relativis sicut dicitur non autem sicut esse: ut illa tantum dicuntur relativis sicut esse: quibus competit diffinitio secunda relativorum. illo modo autem scientia non est relatum ad scientem nec e converso. Quod patet. quia non omnis scientia est alicuius scientis ut subiecti: sicut nunc loquimur: nec omne sciens est sciens scientia illo modo. patet de scientia dei que nullius scientis ut subiecti est scientia. Ex quo sequitur quod nequaquam scientia inquantum scientia est scientia scientis isto modo. ac per hoc non per se dicitur ad scientem: et isto modo negat philosophus. 5. metaphysicorum. in illo modo videtur concedere in

Sec. 2. 0. Lib. 2. 0.

3. de trinitate. Cap. 3.

Sec. 2. 0.





natura rei ante omnē actus intellectus in primo signo ori-  
ginis habet rem comunicabilem vt essentia: qz aliter ea nō  
comunicaret. habet etiā ex natura rei in primo signo ori-  
ginis ante actus intellectus rem incommunicabilem scilicet  
proprietatē personalem: qz aliter non esset persona ex natu-  
ra rei: sed non est eadē realitas illa que est comunicabilis  
ex natura rei: z que est incommunicabilis ex natura rei. im-  
mo hoc includit cōtradictiones. ergo in patre nō est idem  
ex natura rei essentia que est comunicabilis de se: z pprie-  
tas que est incommunicabilis. ¶ Secūdo qz p̄ sui aliquid  
cōuenit realiter cū aliquo: z p̄ aliquid sui realiter differt  
ab illo: habet in se aliqua distincta realiter ex natura rei:  
sed pater realiter cōuenit cū filio per essentias: z realiter  
distinguitur ab eodē per proprietatē relatiuā. ergo in pa-  
tre essentia z relatio distinguuntur ex natura rei. ¶ Tertio  
beatus intuendo deū videt distincte deitatem: z propieta-  
tē: aut ergo videt illa vt distincta obiecta: ante omnē actū  
intellectus: aut videt illa vt distincta p̄ diuersos modos  
cōcipiendi idē obiectū grāmaticales vel logicales: si pri-  
mo modo. ergo sunt ibi ex natura rei: qz cognitio intuitiua  
est rei: vt existit in se ante omnē actū intellectus. Si scdo  
modo. ergo nō est maior differētia q̄ in cōcipiēdo deita-  
tē z deū: z abstractū z cōcretū: z per cōsequēs sicut pater  
est beatus in essentia: ita in paternitate z filiatione z pro-  
cessione spiritus sancti: z cū illa distinguatur formaliter  
sicut persone quas cōstituūt: sequitur qz pater erit in tri-  
bus obiectis p̄o beatus: quod est impossibile. ¶ Quarto  
ad idē alibi p̄bat per Augu. 7. de trini. Omnis inquit ef-  
fentia que relatiue dicitur: est etiā aliquid aliud ex-  
cepto relatiuo. ¶ Item ibidem si pater non est aliquid ad seip-  
sum: nō est omnino qui relatiue dicitur ad aliquid. est ergo  
in re essentia ad se z nō ad aliquid: et in re pater inq̄tū  
pater relatiue dicitur. Hō est autē formaliter eadēs entita-  
tas ad se z nō ad se. igitur. ¶ Quinto Augu. eodē lib. ait  
qz filius nō est verbū quo sapiētia: qz verbū nō ad se dicitur:  
sed tm̄ relatiue ad eū cuius est verbū: sicut filius ad  
patrē. sapiētia vero eo quo essentia. eodē modo pater non  
eodē pater est: z deus. Et ex hoc infra in eodē capitu. cō-  
cludit: quāpropter non qz pater nunc est filius. z filius non  
est pater aut ille ingenuus. ille autē genitus: ideo nō vna  
essentia: qz hīs nominibus relatiua eorū ostēduntur. vterqz  
autē simul vna sapiētia. z vna essentia. vbi hoc esse esse  
quod sapere. Est ergo fm̄ Augu. talis nō idētitas relatio-  
nis ad absolutū in diuinis. qz si vnu est quo respectu alicu-  
ius: alterum non est quo respectu eiusdem. esse autē quo  
contingit alicui fm̄ eius rationem formalem. ergo vnum  
eorum non est de ratione formalis alterius: sed extra eam:  
z per cōsequēs non est idem formaliter alteri. ¶ Et istis  
etiā concludit qz persona non est eadem formaliter cuius  
essentia. cum persona includat proprietatem: quam non  
includit essentia: nec persona est eadēs formaliter proprie-  
tati: cum includat essentiam: quam proprietates non inclu-  
dit. sicut contra naturam p̄positiui nititur arguere.  
¶ Hōis tamen non obstantibus dicunt qz persona diuina  
est summe simplex. z hoc propter infinitatem essentie. pro-  
pter quam non potest illa essentia esse cum aliqua realita-  
te in eodem: nisi illa realitas sit perfecte eadē sibi. ¶ Hōec  
opinio que est in suis verbis proprijs recitata: sicut appa-  
ret tam ex rationibus eius recitatis qz ex eius dictis eius-  
dem alibi. supra in distin. 8. cuius de attributis diuinis age-  
retur insimul relectis ponit ex natura rei distingui ef-  
fentiam a proprietate. sic qz in persona diuina sunt aliqua  
plura inter se distincta ex natura rei ante omnes operatio-  
nem intellectus creati vel increati: que plura aliquando  
vocat realitates: vbi supra aliquando entitates: vt distin.  
secunda. questione vltima. aliquando vero formalitates.  
Sed vbi constat de intellectu non est cura de nomine.

Cap. 1. Sco. li. 1. di. 2. q. vi.

7. de tri. cap. 2.

Eodē lib. distin. 34.

Scotti vbi supra

Hōc tamen pluralitate non obstante dicunt tam essentia  
qz personam esse summe simplicem propter perfectionem  
immo vt alibi dicunt perfectissimas identitatem proprie-  
tatis ad essentiam: z eorum cōclusio ista videtur mi-  
hi falsa z impossibilis istis alijs simul dictis. Unde p̄  
bo. primo qz huiusmodi distinctio vel pluralitas nō est cō-  
possibilis cum simplicitate essentie: quod ex dictis illius  
met opinantis ostendo. ¶ Primo sic. entitas comuni-  
cabilis patris scilicet essentia diuina est summe simplex  
vt dicunt. z verum est. ergo ipsa est omne quod ipsa habet  
ad quod non dicitur relatiue. ¶ Pater consequentia p̄ eos  
supra: sed vt dicunt: ipsa habet istas entitates incommu-  
nicabiles: quas vocant proprietates personales: cum om-  
nes fundet nec ad eas dicitur relatiue. ergo ipsa est quelibet  
illarum ex natura rei: z per cōsequēs non sunt distin-  
cte realitates vel entitates ex natura rei: aut si sint: essen-  
tia ipsa non est summe simplex. ¶ Confirmatur. quia sicut  
ipsum dicitur in hac distinc. 3. questio. 2. in reposit. ¶ Pa-  
risien. contra opiniones duas: quarum vna posuit inter es-  
sentiam z proprietatem distinctionem realem non simpli-  
citer: sed rei absolute z rei relatiue. alia vero distinctiones  
modalem quam pro tanto (vt isti referunt) dicebat posse  
vocari realem: quia non erat per operationem intelle-  
ctus: sic oportet saluare simplicitatem diuinam: vt ratio  
que est causa simplicitatis in persona ponat habens esse  
id quod habetur. Ex quo sequitur necessario qz si formalitas  
comunicabilis habet formalitatem vel entitates in  
comunicabilem (vt dicunt) qz ipsa sit illa vel ipsa nō est  
simplex. ¶ Secundo probō qz talis distinctio repugnet  
simplicitati persone per rationem eorum ibidem contra di-  
ctas opiniones que talis est: ex quibuscūqz qualitercūqz  
distinctis ex natura rei est aliquid vnum: alterum illorū  
est actus z alterum potentia. Si ergo (essentia et relatio  
distinguntur qualitercūqz ex natura rei: ex eis est per-  
sona) alterum erit actus z alterum potentia: z per conse-  
quēs persona ex natura rei erit composita compositione  
que destruit simpliciter eius simplicitatē: hec omnia ver-  
ba sua sunt. Deinde exquisite probant illam maiore: quas  
probationem non oportet nunc recitare hic. nulla argu-  
mentatio vel declaratio alia est oportuna ad ostenden-  
dum dictam impossibilitatem fm̄ dicta eorum: aut  
etiā falsitatem conclusionis in se: cum expresse dicant  
qz si qualitercūqz distinctio est: aut sit ex natura rei inter  
proprietatem z essentiam persona non erit simplex simplici-  
ter: sed composita compositione que destruit eius sim-  
plicitatem. cum ergo (fm̄ ipsos et fm̄ veritatem persona  
sit summe z simpliciter simplex) sequitur qz nulla omnino  
est ibi ex natura rei distinctio. ¶ Præterea. Ad idem ar-  
guo sic. pater habet in se aliquam entitatem communica-  
tam filio: z aliquam entitatem non comunicatam filio.  
ergo pater non est omnino simplex. antecedēs (licet sit fal-  
sum) est datum ab opinione in prima responsione supra fa-  
cta. Et consequentia tenet per conciliū. extra de summa  
trinitate z fide catholica. Damianus. sicut supra patet. di-  
stin. 26. conclusione. 3. illius questio. ¶ Tertio arguo cō-  
tra conclusionem in se ex dictis opinionis: z probō per ali-  
am rationem quam supra facit contra predictam opinio-  
nem que est talis de verbo ad verbum. Omnis res accipi-  
endo rem generalissime habens distinctiones ab alia re  
qualitercūqz: aut est ens informans: aut informatum: aut  
per se existens: nec informans nec informatum. Si ergo  
relatio sit res distincta ab essentia. aut ergo sic vel sic. non  
primo vel secundo modo: quia si esset actus vel potentia  
respectu essentie: et per consequēs faceret compositiones  
in persona. Si vero sit res tertio modo scilicet per se subsi-  
stens: sequitur qz proprietates per se subsistit sicut persona:  
et sic persona non includeret essentiam vt aliquid sui:

sed tantum relationem: quod est impossibile. hoc ipse. Ex  
quibus patet qz (cum accipiat rem generalissime et qua-  
litercūqz distinctam ab alia) sequitur qz proprietates non  
est realitas / vel entitas / aut formalitas / aut modalitas /  
aut quouis: alio modo nominaretur ex natura rei distin-  
cta ab essentia: saltem si argumentatio ipsorum bona sit: cū  
res generalissime accepta dicatur de qualibet entitate.  
vnde eadem argumentatio potest fieri. posito hoc termi-  
no entitas / vel hoc termino formalitas loco huius termi-  
ni communis res. ¶ Confirmatur: qz si non sic intelligat: vt  
dicatur qz non valet argumentatio in alijs terminis: simili  
facilitate diceretur: qz nec sua argumentatio contra ponē-  
tes relationem non esse pprie rem: sed modalitatem rei: cō-  
tra quos isti arguit: valet. ¶ Præterea. Ista formalitas  
relatiuis precise fm̄ se est distincta ab essentia ex natura  
rei: cum hoc (vt dicit in q. proximo allegata) est sibi ea-  
dem perfectissima identitate / ac si non distingueretur ab  
ea. ergo fm̄ argumentationem eius contra p̄positiuum  
dist. 26. ipsa non est ab essentia vt tota prout diuersa: sed  
aliquo sui conuenit cum illa: z aliquo sui distinguitur. ergo  
per secundam suam rationem nunc supra allegatam ha-  
bet in se aliqua distincta ex natura rei. et sit a. id quo ista  
aliqua formalitas est eadem essentie: z sit b. id quo distin-  
guitur ab ea: et tunc de b. precise sumptis: quero vtrum sit  
aliquo modo idem essentie ex natura rei / vel non. si non.  
ergo persona includens b. z essentiam non est simplex: qz  
fm̄ illos non saluatur simplicitas persone nisi propter per-  
fectissimam identitatē eorum que includit: z præterea de  
ipso b. queretur: an sit informatum / vel informatum / aut per  
se subsistens sicut statim ipsi arguebant. Si vero sit aliquo  
modo idem ex natura rei ipsi essentie. ergo aliquo sui est  
idem: z aliquo sui distinguitur sicut prius. z sic in istis: vt  
oportet dare aliquid i persona: quod nullo modo erit  
idem ex natura rei ipsi essentie: z per consequens persona  
non erit summe simplex: quod est erroneum z contra eos.  
¶ Plura alia ex dictis eorūdem possent adduci repugnan-  
tia istis: sed dicta sufficiāt. ¶ Ad rationes opinionis re-  
spondetur in secundo articulo sequenti.

**Respondeo** ergo nunc secūdo ad questionem sub  
quatuor conclusionibus. Prima est  
qz essentia diuina / seu diuinitas communis patri et filio et  
spiritui sancto nullo modo distinguitur ex natura rei ab  
aliquo illoz: sic qz aliquid cum ipsa aliquo modo ponant  
in numerum / seu sint due alique queuis entitates / siue il-  
le appellentur formalitates / siue modalitates / vel realita-  
tes / aut quouis aliquo nomine censentur. Secūda qz deita-  
tas nullo modo distinguitur ex natura rei a proprietate per-  
sonali: sic qz extra animam deitas et personalis pprietas  
sint alique due queuis entitates qualitercūqz ille nomi-  
nentur. Tertia qz cuiuslibet persone nomen et nomen di-  
uinitatis / vel diuine essentie de se inuicē predicantur con-  
uersim: et tamen nec a parte subiecti / nec a parte p̄dicati  
semper est vtriusqz ad reliquū bona consequentia. Quar-  
ta qz neutrius p̄dicatio de altero est formalis. ¶ Pro de-  
claratione primæ cōclusionis primo p̄mitto qz de distin-  
ctione persone a deitate possent esse duplex imaginatio. vna  
qz persona et deitas essent alique due entitates: quarum  
neutra esset pars / aut aliquid extrinsecus alterius. Alia  
imaginatio possent esse: qz vna esset intrinseca alteri: scz deita-  
tas persone: z p̄sona vltra ipsam deitatem includeret quā-  
dam aliam entitatem per quā diceretur distingui a dei-  
tate: sicut dicimus qz totū distinguitur a sua parte. Se-  
cundo contra vtrāqz imaginationem pono primam con-  
clusionem. Unde primo probō qz non sunt alique entita-  
tes distincte primo modo. ¶ Præterea sic. quelibet perso-  
na diuina est essentia diuina / seu diuinitas: et essentia di-  
uina est quelibet persona diuina. ergo nulla persona diuina

na z diuinitas sunt isto modo distincte. Antecedens quod  
ad vtrāqz partem habetur ex determinatione ecclesie in  
illo cap. Damianus. vbi dicitur qz quedam summa res  
vna veraciter pater est et filius et spiritus sanctus simul  
tres persone / ac sigillatim quelibet earūdem. et hec est se-  
cunda pars antecedentis: z sequitur: z ideo solūmodo est  
trinitas et non quaternitas: qz quelibet trium personarū  
est illa res. vcz substantia essentia / seu diuina natura: z ex  
hoc patet prima pars antecedētis. Consequētia vero pa-  
tet ex eo qz ex opposito consequentis sequitur oppositum  
antecedētis. sequitur enim generaliter in omnibus. hoc z  
hoc sunt distincte entitates. ergo hoc non est illud. ¶ Se-  
cundo si persona diuina z essentia essent distincte entita-  
tes modo predicto. in deo esset quaternitas: quam Jo-  
achim imponebat magistro Petro lombardo: et quā in  
deō esse negat in verbis p̄allegatis: concilium. p̄z con-  
sequentia. Nam ibi esset quedam res que non esset pater  
nec filius / nec spiritus sanctus. et præter illam essent tres  
personæ: hoc est quaternitas: quā Joachim imponebat  
magistro: vt patet in p̄allegato cap. Hanc autem dicit  
ecclesia non esse in deo: qz quelibet trium personarū est  
illa vna res: inuens manifeste qz si non quelibet esset illa  
res: vtiqz ibi esset quaternitas: quia si non quelibet esset il-  
la res. nulla esset illa res: cum in hoc vna sit de omnibus  
ratio: z si nulla esset illa res. ibi essent quatuor: quoz nul-  
lum esset aliquid aliorum trium. ¶ Tertio sequi qz nū-  
lla persona esset deus / vel essent quatuor dij. cōsequens est  
expresse hereticum. Consequētia patet: quia nulla per-  
sona esset illa deitas communis / nec illa essentia esset (vt di-  
citur) aliquid intrinsecū alicui persone. cum non esset for-  
ma informans aliquā personam: cum hoc repugnet dei-  
tati. cum ergo deus nō dicatur de aliquo relatiue: sed ad  
se: sequitur qz pater / vel non esset deus / vel esset deus ali-  
qua deitate alia ab illa communis. z eodem modo filius z  
spiritus ctūs esset aliqua propria deitate deus z sic eēt  
quatuor deitates: tres pprie z vna communis: z per conse-  
quēs quatuor dij. ¶ Secūdo probō qz persona non di-  
stinguitur ab essentia scdo modo: tum quia persona nō esset  
essentia / seu deitas: cum nullū includēs plura sit aliquid  
illorum: vnde z si posset dici qz in personis esset deitas: nō  
tamen vere diceretur qz persone essent deitas: hoc autem  
est falsum: vt patet per Dam. lib. 1. qui cum dixisset cum  
reperimus ad ea in quibus est diuinitas loquens de ip-  
sis personis: volens ostendere hoc non proprie dici. corri-  
gendo quasi dictum immediate: addit vel qz dictum cer-  
tius dicamus que sunt diuinitas. hoc est ad tres hypo-  
stases zc. patet etiā qz illud sit falsum per allegatā De-  
cretalem: tum quia persona non esset simplex et alia plu-  
ra inconuenientia sequerentur: sicut ostensum est distin.  
26. q. 3. ¶ Secūdam cōclusionem. videlicet qz proprie-  
tas personalis z essentia non sunt distincte ex natura rei.  
probo: quia si sic oporteret qz hoc intelligat de proprietate  
primo / vel scdo modo accepta: supra distin. 26. ¶ Quia  
tertio modo sumpta proprietates personalis non est aliqua  
entitas: et per consequens non est ab aliqua entitate di-  
stincta. Si vero accipiat primo modo. scilicet pro ipsa  
persona: patet ex precedenti conclusionē qz non est distin-  
cta ab essentia. Si autem accipiat secundo modo: scilicet  
pro aliquo intrinseco persone sibi proprio: qualecūqz  
illud imaginetur quis in persona distinctum a communi  
essentia personarum: z qualitercūqz illud vocetur. patet  
etiā qz non sit aliquid tale ex dictis in illa. 26. distinct.  
¶ Pro nunc etiā probō qz nichil tale sit in persona di-  
uina cogitandū: qz si aliquid tale esset ibi cogitandum hoc  
nō esset: nisi qz nō videt aliter qz vna persona posset distin-  
gui ab alia: supposita vnitatis eētie eaz: scz p̄pter hoc nō  
opz illud sic esse. ¶ Probo: qz si sit talis proprietates in perso-

Cap. 24.

na distincta ab essentia: siue illa proprietate dicatur formalitas siue modalitas: aut aliter quomodocumque nominetur: quero aut ipsa et essentia sint aliqua una entitas que sit sigillatim tam hec q̄ illa: aut non. si non. ergo cum hec et illa simul sint persona: et e conuerso persona sit hec et illa coniuncta. si nulla una entitas est sigillatim vtraque earum sequitur necessario q̄ persona non sit vere simplex: quod est erroneum. Consequentia patet: quia nulla entitas includens aliqua quorum nullum est ipsa: aut aliqua entitas que sit quodlibet illorum sigillatim: sed quodlibet est ipsius et omnia simul sunt: ipsa est entitas simplex. ista patet ex definitione exprimente quid significat hoc vocabulum simplex. et supra dist. 8. questione prima est declarata. Nunc autem si nulla una entitas esset sigillatim tamen essentia ipsa communis q̄ proprietate. ergo vel persona non esset aliqua una entitas: et per consequens nec aliqua entitas simplex. vel persona non esset tam hec q̄ illa sigillatim esset autem fm̄ hypothese[m] hec et illa coniunctim: et quodlibet esset aliquid eius: et ambe simul essent ipsa: et per consequens ipsa non esset entitas simplex. Si vero essentia communis et proprietate sunt aliqua una entitas que sigillatim est vtraque illarum. Quero an ab illa entitate proprietate ipsa sit aliquo modo distincta vel non: si scilicet de illa entitate et de ipsa proprietate adhuc queratur: et sic vel oportebit deuenire ad aliquam entitatem persone: que non est aliqua entitas una: que sit tam ipsa q̄ alia: a qua distinguitur sigillatim: et sic tollitur persone simplicitas. v̄l erit processus in infinitum. vel vltimo deuenietur ad aliquam que erit aliqua talis entitas: que erit ipsa: et illa a qua ipsa distinguitur sigillatim: et tamen inter ipsam et illam nulla penitus erit distinctio. Ex quo sequitur q̄ non est impossibile aliqua ab inuicem distincta esse aliquam vnam entitatem: a qua nullum ipsorum modo aliquo distinguitur: et ita in principio potuit: et poni potest q̄ persone diuine vere sint inter se distincte: et tamen hec sint una entitas et essentia vnica et simplex: a qua nulla earum ex natura rei modo aliquo distinguitur. Tertia conclusio q̄ tunc ad primam partem (videlicet q̄ nomina personarum et diuinitatis de se conuersim predicantur) patet per decretalem allegatam in prima ratione prime conclusionis. Quantum ad secundam (scilicet q̄ inter ipsam non semper sit vtriusque ad reliquum bona consequentia) probatur. primo q̄ non a parte subiecti: quoniam non sequitur. essentia est filius. ergo pater est filius: nec etiam sequitur. pater generat. ergo essentia generat. vtriusque enim antecedens est verum: et consequens falsum. Et sic patet: q̄ nec vtriusque ad reliquum: sed neutrum ad alterum sequitur a parte subiecti respectu cuiuslibet predicati. Q̄ etiam non respectu cuiuslibet subiecti vtriusque ad reliquum sit bona consequentia. patet nam non sequitur: filius est essentia. ergo filius est pater: quous e conuerso sequeret: sed antecedens esset falsum. Ratio autem quare sic sequit̄ et non e conuerso. est ppter ipsius essentie communitates: q̄ quous non sit nisi vnica singularis essentia: sicut et vnica pater: non tamen omne quod est essentia est pater: sicut omne quod est pater est essentia: et loquor de patre et essentia in diuinis precise. Quartam conclusionem videlicet q̄ neutrius predicatio de altero est formalis: et intelligo per predicationem formalem. iuxta modernum modum loquendi: eam que est in primo modo dicendi per se. Probo. et primo q̄ hec non sit formalis. pater est diuinitas: quia nullus abstracti mere absoluti de aliquo per se relatiuo predicatio in recto est formalis. ergo hec non est formalis. consequentia patet. antecedens probatur: quia nulla talis est in quale quid siue in quale essentialiter: sicut est predicatio differentie essentialis de specie: cum nullum sic quod predicatur predicetur in abstracto. Item hec predicatio non est in quid: quia

nulla predicatio: cuius subiectum aliquid significat / vel consignificat: quod non eodem modo significat / vel consignificat predicatum: est in quid. Unde nec predicatio aialis de musico / vel ribisili est in quid: nec etiam entis de vno / vel de bono: quous nihil significet per bonum et vnum: quod non significet per ens: sed q̄ bonum et vnum aliqua consignificat: q̄ non consignificat ens: q̄ ens quod significat primo significat: et nihil consignificat: ideo hmoi predicationes. omne bonum est ens: et omne vnum est ens: non sunt in quid: et q̄ ois predicatio formalis est in quid / vel in quale quid. ergo pater antecedens. Preterea. Loquendo in creaturis iste non sunt formales. pater est aial. similitudo est qualitas. ergo nec ista. in diuinis pater est diuinitas. Antecedens est notum: q̄ nec aial est distinctio / vel differentia / vel per se genus patris / nec qualitas similitudinis. consequentia probatur ex eo: quoniam nulla alia causa apparet ppter quam iste non sint formales: nisi q̄ subiecta sunt connotatiua: et non predicata: quia nullam penitus entitatem significat vel consignificat subiecta: qua non significat predicata: sicut patet ex dictis derelatiuis. Deinde proba q̄ hec non sit formalis. diuinitas est pater: quoniam ista non est in quid / nec in quale quid. ergo non est formalis. consequentia patet. et antecedens quantum ad scdam partem notum est ex summa simplicitate diuinitatis. Et quantum ad primam probatur: q̄ interroganti quid est deitas non conuenienter responderet pater: nec aliquod quod relatiue predicatur: quoniam nullum tale fm̄ Augusti. indicat substantiam. i. quid est ipsum de quo dicitur: vt probatum est cum tractarem de relationibus. q. 2. Confirmatur per Ansel. in mosi. dicentem sic. q̄ relatiuis quidem nulli dubium: quia nullum eorum substantiale est: et illi de quo relatiue dicitur: quia si quid de summa natura dicitur relatiue non est eius significatiuū substantie. Item subdit. q̄ nullum relatiuorum simpliciter demonstrat alicuius essentiam. et iuxta finem capituli dicit notum esse nullum relatiuorum designare simpliciter summe nature substantiam. Constat autem illud non esse intelligendum quasi talia relatiua de deo dicta non significant illam entitatem que est dei substantia: sed aliam sibi quandam accidentem: cum nulla talis sit ibi: sed pro quanto dicuntur non designare substantiam: quia cum predicantur non significant quid est illud de quo dicuntur: et ideo non substantiantialiter / seu in quid predicantur. Et hoc totum sumptum est ab Augusti. 5. de trinita. qui frequenter dicit q̄ nullum eorum que relatiue dicuntur dicitur fm̄ substantiam: nec tamen omne tale dicitur fm̄ accidens. Unde deus non dicitur pater fm̄ accidens: nec tamen fm̄ substantiam: vt dicit ibidem. Deinde coniunctim vtriusque partem illius conclusionis proba per eundem. 7. de trinita. dicentem q̄ aliud est deo esse / et aliud patrem esse. Et ibidem dicit. q̄ hoc est illi deum esse quod est esse: et per consequens aliud est esse deum. aliud esse patrem. Similiter Ansel. de p̄ces. spiritus sanctus. non enim est inquit idem esse deum quod est esse patrem / aut filium. Et his infero. ergo neutra horum est formalis. deitas / vel deus est pater / aut pater est deitas / siue deus: et patet consequentia: quia de quibuscumque quorum vnus de alio predicatio est formalis: vt hic accipit predicatio formalis. f. que est per se in primo modo: verum est dicere q̄ esse hoc est esse illud. verbi gratia. q̄ hec est formalis. homo est aial non vere dicitur q̄ esse hoim̄ est esse aial: et vna causa est vtriusque: quia scilicet de essentiali ratione hominis est q̄ sit animal / siue in eius definitione essentiali ponit animal: et ideo esse hominem est esse animal: et hec dicitur formalis homo est animal: et si e conuerso: hec est formalis animal est homo. esse animal esset esse hominem: et quia non sic est: ideo nec ipsa est formalis: in proposito autem nec

Cap.

Com.

Cap.

Cap.

Cap.

esse deum esse esse patrem: nec esse patrem esse esse deum: vt patet per Aug. quare neutra est formalis. Confirmatur ex eo: quia dicit philosophus. 7. metaphys. in. 10. cap. Et primo dicemus quedam de eo logice. vbi iquirit de q̄ quid erat esse. ibi enim in principio determinat q̄ omne illud: et solum: est alicui esse q̄ de ipso dicitur per se in primo modo. vnde dicit non enim est tibi esse musicum esse: quia non fm̄ te ipsum es musicus. quid ergo est tibi esse q̄ es fm̄ te ipsum. Et quia illud posset intelligi de eo q̄ es fm̄ te in secundo modo: statim hic concludit in sequenti particula: sicut ibi patet in textu. et dicit. Et ideo quia homo fm̄ q̄ homo est animal et rationale: vt ly fm̄ q̄. de notat illam predicationem esse per se primo modo. ideo homini esse: est esse animal: et esse rationale: sic in proposito. si hec esset per se in primo modo deus est pater: tunc deum esse esset esse patrem: et si hec esset in primo modo pater est deus: tunc patri esse vel esse patrem esset esse deum: et vtriusque patet est formalitate diuinitas. deitas est formaliter pater. intelligendo formaliter sicut prius. i. per se in primo modo. Respondeo. quous forte non oportet eas distinguere: eo q̄ de virtute sermonis notat sensum diuisionis: quia tamen multi tales distinguunt et pro maiori declaratione distinguo q̄ vel dicte propositiones sumantur in sensu composito: et tunc denotatur q̄ ille predicationes. pater est diuinitas: et diuinitas est pater: sunt formales: q̄ est iprobatur: et per consequens in illo sensu ille sunt falsae. Vel sumuntur in sensu diuiso: et tunc dico q̄ prima est vera. Nam in illo seipsum non denotatur q̄ sua de inesse sit formalis: sed q̄ predicatio in qua idem predicatum predicatur de pronomine demonstrante illud pro quo subiectum supponit est formalis: et hoc est verum. Nam demonstrato: eo pro quo supponit pater in prima propositione hec est formalis. hoc est deitas. non minus hec. hoc est animal: demonstrato eo pro quo supponit homo in ista. homo est animal. Confirmatur. quia demonstrato eo pro quo supponit pater. si queratur quid est hoc. bene respondetur deitas: sicut pater. Et etiam potest pbari per Ansel. in monof. et ideo hec est vera. pater est formaliter deitas: et hec que est eadem in significatione pater est per se primo modo deitas. Secunda vero etiam in illo sensu non est vera: quoniam ista non est formalis. hoc est pater. demonstrato eo pro quo in illa supponit diuinitas: et est ratio: quoniam nullum predicatum relatiuum respondetur ad questionem. factam per pronomen demonstratiuum. dicendo quid est hoc: quicquid sit illud q̄ demonstratur: vt supra patet. et ideo hec non est vera. deitas est formaliter vel in primo modo dicendi per se pater: quous ista sit verissima: diuinitas est pater: vt probatum est supra.

**Nunc tertio** mouenda sunt aliqua dubia. Et primo est. An hec essentia est eadem formaliter paternitati vel patri (q̄ pro eodem nunc accipio) sit vera an opposita eius. Secundum vtrum hec essentia formaliter distinguatur a patre vel eius opposita sit vera. Tertium de veritate istarum. essentia et pater sunt idem formaliter. essentia et pater distinguuntur formaliter. Quarto de dicto aliquo: modo satis vulgato: scilicet essentia et pater non sunt idem conuertibiliter et adaequate: vel sunt idem non conuertibiliter et inadaequate. Ad primum dico q̄ iste terminus formaliter dupliciter quantum pertinet ad propositum potest capi. Uno modo fm̄ q̄ est quidam modus verificabilis de tota propositione seu potens reddere veritatem propositionem modalem: et equiualens huic tori per se primo modo: qualiter eo usus sum in precedenti questione. Alio modo potest accipi fm̄ q̄ est casus vel casualis huius principalis forma vel formalitas: sicut hoc aduerbium realiter est casualis

huius nominis res: et eius sumptum est reale: sic in proposito principale est forma / vel formalitas: sumptum est formalis: et casus est formaliter. Si primo modo accipiat. dico q̄ ista est falsa. essentia est formaliter eadem paternitati. et est ratio: quia illud predicatum non potest predicari de essentia / nec de pronomine demonstrante illud pro quo supponit essentia predicatione formalis: eo q̄ ly eadē. sit terminus relatiuus: et propter eandem causam dico q̄ sic accipiendo formaliter hec non est vera. pater est formaliter idem essentie: quous hec sit vera in sensu diuiso pater est formaliter essentia. Si vero sumatur secundo modo est vera: quia tunc equiualeat isti. essentia est eadem formalitas cum patre / vel eadem forma: sicut ista. essentia est eadem realiter patri. equiualeat isti essentia est eadem res cum patre. Ad secundum dico. q̄ si vtriusque modo accipitur ly formaliter: propositio est falsa: quoniam nec illa predicatio in qua hoc predicatum distinguit a patre. predicatur de essentia / nec illa in q̄ predicat de pronomine demonstratiuo est formaliter: et per consequens si ly formaliter accipiat primo propositio patet est falsa. Sed contra: sequitur. essentia non est formaliter eadem patri. ergo essentia formaliter distinguitur a patre. primo quia sequitur essentia non est eadem patri. ergo essentia distinguitur a patre: supposita constantia extremorum. ergo vtriusque addito ly formaliter. erit consequentia bona: et primum antecedens est datum in solutione precedentis dubij. Respondeo negando consequentiam. Et ad probationem dico. q̄ illa regula non est vera: de quocumque addito. instantia. demonstratis duobus qualibus. scz albo et nigro: optime sequitur. hoc quale non est simile illi quali. ergo est dissimile illi: et tamen non sequitur. hoc non est per se primo modo simile illi. ergo est per se primo modo dissimile illi. Nam antecedens est verum: et consequens falsum. Similiter sequitur. hec linea non est curva. ergo est recta. et tamen non sequitur. hec linea non est per se primo modo / vel necessario curva. ergo est per se primo modo recta / vel ergo est necessario recta: et multe alie instantie dari possent. Similiter in presenti materia. sequit̄ essentia non est eadem patri. ergo distinguitur a patre: quous antecedens sit falsum: et tamen non sequitur. essentia non est contingenter eadem patri. ergo contingenter distinguitur a patre: quia antecedens est verum: et consequens falsum: sed nunquid sequitur. essentia non est formaliter eadem patri. ergo distinguitur formaliter a patre: ita q̄ ly formaliter. postponatur verbo et non preponatur: sicut in consequentia proxime facta. Respondeo q̄ si distinguitur exponatur per non esse idem: vt multi volunt: consequentia est bona: et consequens verum: quous si ly formaliter. preponatur verbo: vt in precedentibus prebnebatur esset falsum. propter causam assignatam: sed illa causa non habet hic locum: quia propter negationem inclusam in hoc verbo distinguitur: si sic exponatur: vt dictum est equiualeenter negatur iste modus formaliter: et per consequens non oportet q̄ aliqua propositio sit formalis in qua illud predicatur affirmetur de illo subiecto / aut de pronomine demonstrante illud pro quo ipsum supponit. Unde et similiter hec esset concedenda essentia distinguitur contingenter a patre: sicut et ista cui equiualeat: essentia est et pater est: et essentia non est contingenter pater: nec oportet q̄ aliqua istarum sit contingens: essentia distinguit a patre / aut hoc distinguitur a patre: demonstrato eo pro quo in prima supponit essentia. Si vero ly distinguitur. exponatur per esse non idem: vt alij magis placet. Dicendum q̄ consequentia non valet: et consequens est falsum: sicut et hec cui equiualeat fm̄ hunc modum exponendi. essentia est non eadem formaliter patri. Nam quia ista est affirmatiua: si ly formaliter intelligatur determinare compositionem: ita

quod non differat sic dicere aut dicere essentia est formaliter non idem patri: oportet aliquam esse veram et formalem in qua illud predicatum non idem predicaretur affirmative de essentia: vel de pronome demonstratio: quod est impossibile. et eodem modo hoc est falsa: essentia non est idem patri contingenter. Qualiter autem hoc verbum distingui debeat exponi primo vel secundo modo non curro pronunciarum talis concertatio non est multum utilis: et sufficit scire quid sit dicendum: utrolibet modo exponatur. Si vero ly formaliter accipitur secundo modo sic ista est falsa: essentia distinguitur formaliter a patre: et ista similiter: qua ly formaliter preponeretur verbo: quia et ista est falsa: essentia est distincta formaliter a patre: et ista essentia est distincta formaliter a patre. Et similiter ista essentia non est eadem formalitas cum patre. Ad tertium patet ex dictis quod dicitur. Nam si in prima propositioe. ista essentia et pater sunt idem formaliter. si ly formaliter accipitur primo modo: propositio est falsa. Si autem secundo modo est vera. Secunda vera propositio scilicet hec: essentia est pater distinguitur formaliter: ita quod ly formaliter postponatur verbo: si distinguitur exponitur per non esse idem: et accipitur primo modo ipsa est vera: si autem exponatur per esse non idem ipsa est falsa. Si autem ly formaliter preponatur verbo: qualitercumque verbum illud exponatur falsa est. Si autem formaliter accipitur secundo modo: siue preponatur siue postponatur falsa est: sicut et hec: essentia et pater sunt distincte formalitates: intelligendo. scilicet quod sint inter se vel ab invicem distincte: quem sensum ex communi usu accipimus ex propositione predicta. Ad quartum dicitur quod illud dictum dupliciter exponitur. Uno modo quod non sunt idem convertibiliter: quia non cuiusque essentia est eadem: est pater idem. cuiusque autem pater est idem. essentia etiam est eadem. Et quibus modis exponendi est multum communis apud illos qui videntur illo dicto. et bonum etiam intellectum possit habere: quia tamen concedimus aliquo modo quod pater est idem filio et spiritui sancto: et e contra. iuxta illud concilium. non autem aliud pater: non aliud filius aut spiritus sanctus: sed idem omnino: ut consubstantiales esse credatur: et illud quod ecclesia cantat in hymno. Hunc sancte nobis spiritus unum patri cum filio etc. et si unum patri. ergo idem patri. ad bonum intellectum: ideo videtur mihi quod aliter posset intelligi illud dictum et sine aliqua apparenti calumnia. scilicet quod ideo dicitur quod non sunt idem convertibiliter sed inconvertibiliter: quia omne quod est pater est essentia: sed non omne quod est essentia est pater: et similiter de filio et spiritu sancto. et sic intelligendo dico illud dictum esse verum et utile multum in ista materia. Hunc restat respondere ad rationes opinionis recitate. Ad primam cum dicitur quod essentia est una realiter: proprietates sunt plures realiter realitate relativa. ergo differunt. Respondeo. primo quod si argumentum sit efficax: probaret quod essentia non esset realiter proprietates: quod est hereticum et contra istummet doctorem in verbis sine medio precedentibus. ubi ait. est ergo essentia divina paternitas et quicquid alia alia proprietates: et e converso: licet non formaliter. Ad argumentum tamen dico: quod sicut essentia est una substantiandi essentia realiter: ita proprietates sunt una essentia realiter: et sicut proprietates sunt plures non quidem essentialiter: sed plures proprietates realiter: ita essentia est plures proprietates realiter: licet non sit plures essentie: et ita si suppleantur propositiones. addendo illis adiectivis sua substantiva: sicut oportet in isto argumento: et multis alijs circa istam materiam patebit quod non concludunt. Ad aliam cum dicitur quod pater habet rem communicabilem et rem incommunicabilem etc. istud argumentum etiam probaret quod non esset eadem res nec eadem essentia: quia sicut si

cui: quod non est eadem realitas que est communicabilis et que est incommunicabilis realiter: sic nec eadem res est que est communicabilis et que incommunicabilis est. Similiter nec eadem essentia: et tamen constat quod proprietates est res et essentia quedam. dico ergo ad argumentum quod antecedens est falsum: et ut apparet non bene consonum fidei propter illam partem que dicit quod pater habet aliquam rem vel realitatem vel aliquam entitatem (non curo de nomine) non communicatam filio. Nam manifeste repugnat expresse determinationi ecclesie in illo cap. Damamus. ut in tertia conclusione questionis. circa distin. 25. in prima responsione illius questionis patet evidenter. Et si arguatur contra hoc: quia si sic sequitur quod pater communicavit filio paternitatem. dico quod hoc consequens potest habere duplicem sensum. Unus est quod communicavit filio entitatem illam que est paternitas: et sic concedo illud. Alius communicavit filio paternitatem: id est communicavit filio quod filius esset pater: et iste falsus: nec sequitur ex primo qui verus est: et quem omnes habent concedere: sicut omnes concedunt: quod communicavit essentiam que est paternitas. Ad alium dicitur quod pater nullo sui transitu convenit ad distinguendum a filio: sed seipso primo convenit essentialiter cum filio: distinguitur personaliter ab eodem: sicut ibidem ad eadem rationem clarior est responsum. Ad alium dico quod assumptum fundamentum illius rationis. scilicet quod beatus intuendo deum videt distinctam deitatem a proprietate: est falsum: immo videt eam penitus indistinctam sicut est in rei veritate: et ideo argumentationi (que super hoc fundatur) non oportet ulterius respondere. Ad primam auctoritatem. omnis essentia que relative dicitur etc. dico primo quod false additur ibi ly aliud. nihilominus tamen siue sit siue non: auctoritas non est contra: quia non aliud vult Augustinus nisi quod omnis essentia que dicitur aliquod relative dicitur etiam aliud ad se: ut dictum est supra de relationibus. q. 2. et cum dicitur quod in re est essentia: que est ad se et non ad aliquid: et pater dicitur relative: sed non est formaliter eadem entitas ad se et non ad se. Dico primo quod ita potest argui: quod non eadem entitas est realiter ad se: et non ad se: sic si argumentum valeat: valebit illud ad probandum quod non sunt una res. Secundo dico quod istud contradicit auctoritati allegate que dicit. quod omnis essentia que relative dicitur est aliquid etc. et si pater non esset aliquid ad se etc. ergo essentia esset aliquid ad aliud et aliquid ad se: alioquin non omnes res que dicitur relative esset aliquid ad se: ut dicit auctoritas. Dico ergo quod auctoritas est expresse ad oppositum eius ad quod inducitur: et est pro conclusione quam teneo. Nam ex ea patet et supra distin. 3. est diffusius declaratum. quod omnis entitas de mundo que est relativa vel aliquid ad aliud est etiam absoluta: seu aliquid ad se: nulla tamen est illud ad aliud: quod ipsa est ad se: sicut in proposito dico. quod pater est pater ad aliquid seu relative: sed cum hoc est divinitas et essentia non ad aliquid sed ad se. Similiter essentia est essentia ad se et non ad aliquid: et pater ad aliquid: et non ad se. Hoc propter ista oportet ponere aliquam distinctiorem in patre: quoniam et si aliqua entitas relativa poneretur in illo: preter essentiam communem adhuc illa esset entitas quedam et essentia. Et constat: quod non diceretur entitas vel essentia relative: ut ibi supra ostensum est ex intentione Augustini. ibidem. Et notandum quod ubi sancti dicunt aliquid esse vel dici ad se. aliquid vero ad aliud. illud potest intelligi de illis terminis absoluto et relativo: et est sensus: quod ille predicatur de aliquo ad aliquid. ille autem non ad aliquid: sed ad se absolute. cum hoc autem stat quod predicatur de eodem. potest etiam intelligi de rebus pro quibus termini tales supponunt aut verificantur: et tunc cum dicitur. de aliquo quod

de tri. cap. 2.

4270

est ad aliquid debet intelligi quod est ipsum ad aliquid. verbi gratia. cum dicitur quod pater est ad aliquid: debet intelligi quod est ipsum ad se. verbi gratia. si dicatur quod homo est ad se: intelligendum est quod homo est homo ad se. Sed patet quod simul cum hoc quod homo est homo ad se: etiam est pater ad aliquid: et cum hoc quod deus est creator ad aliquid: est etiam deus et spiritus ad se: nec sequitur sicut patet ad bonum intellectum. non est deus ad aliquid. ergo non est ad aliquid. Ad aliam auctoritatem eiusdem dico: quod ly eo et quo. possunt dupliciter accipi. Uno modo fm quod sunt pronominale que possunt pro aliquibus entitatibus extra animam supponere: quo modo non accipitur argumentum: et tunc dico quod non sic accipit Augustinus. cum ait. quod filius non est eo verbum quo sapientia: quia hoc esset pro: us fallum: quoniam filius vni ca simplicissima entitas est: et ea est sapientia: et verbum et filius et omne quod est: et ideo sic acceptis illis vocabulis vere dicitur quod filius est eo verbum quo sapientia. i. ea entitas est verbum qua est sapientia: et similiter e converso ea entitas qua est verbum est sapientia: propter quod fm hanc acceptionem etiam vere dicitur quod eo est sapientia quo verbum. Alio modo ly eo et quo. possunt accipi: ut sunt conjunctiones: et hoc dupliciter. Nam aliquando sic accipitur sumuntur ut equivalent dictioni in qua nota est reduplicatio: ut inquantum fm quod: et huiusmodi: et sic reddunt propositionem reduplicatam: et fm hunc modum iste due equivalent. homo inquantum animal est sensibilis: et homo eo quo est animal est sensibilis: ita quod ly quo. ponatur ad terminum reduplicatum. Alio modo possunt accipi: ut sunt conjunctiones causales equivalentes istis: ideo: et quia: et eodem modo reddentes propositione causales: et hoc modo iste due equivalent homo eo quo est animal est sensibilis: et homo quia est animal est sensibilis. Hunc ad propositum dico quod Augustinus accipit in verbis allegatis ly eo et quo. primo modo. scilicet ut habent vim reduplicandi et idem valet ista. filius non eo est verbum quo est sapientia: quod et ista. filius non inquantum sapientia est verbum: et hec est vera: quia sua opposita est falsa. scilicet hec filius inquantum sapientia est verbum: quoniam tunc sequitur: quod pater est verbum: cum pater sit sapientia: et eodem modo accipit ly eo. et quo. cum ibidem ait: quod eo sapientia quo essentia. Nam istis vocabulis acceptis contracte ad essentiam et sapientiam dei. hec est vera. filius inquantum est essentia est sapientia. Et quia pater est essentia et ambo una essentia: ideo concludit in fine precedentis capituli per istud medium. quod pater et filius sunt una sapientia: et ne quis putaret quod sicut sunt una sapientia: ideo ait: quod filius non inquantum sapientia: est verbum. hoc expresse est intentio sua in illo capitulo sicut patet diligenter advertenti. Et quis (ut puto) iste fuerit intellectus Augustini. posset tamen intelligi et bene secundo modo. etiam ut ly eo: et quo. teneantur causaliter ut essent nota causalitatis preterite: et tunc esset sensus quod filius non preterite: quia est sapientia est verbum: et hoc est verum: quia tunc pater (cum sit sapientia) esset verbum. Sed ad hunc sensum non videtur posse intelligi quod sequitur: scilicet sapientia non plus est contra: ideo essentia: quia sapientia: et videtur: et ideo precedens modus convenientior est. Et neutro autem istorum modorum exponendi dicitur Augustinus. sequitur quod filius aliquo modo extra animam sit sapientia: et alio sit verbum: sicut concludere nititur argumentum: sicut non sequitur quod albedo aliquo alio extra animam sit ens: et alio sit albedo: quibus vtroque modo ista sit vera. albedo non inquantum ens est albedo: et similiter ista albedo non inquantum color est albedo: et tunc non per aliud a parte rei est color: et per aliud est albedo.

Ad primam rationem principalem dicendum: quod maior est falsa: vel si sumitur in sensu in quo est forma arguendi non valet: nec potest reduci in syllogismum prime figure qui sit regulatus per dici de omni: sicut est dictum. distin. 5. questio. prima in responsione ad primam rationem factam ad questio. Ad secundum etiam dicendum: sicut ibidem dictum est ad secundam rationem ibi factam. Ad tertiam quibus diversimode a diversis respondeatur. dico quod illis adiectivis: vni et idem sunt addenda substantiva: et tunc fm quod alia et alia adderentur: statim pateret quid dicendum esset: sed quia sic sine substantivis proferuntur: ratio videtur facere difficultatem solvendi: ubi tamen nulla est. Unde si suppledo propositiones arguatur sic: quecumque vni et idem essentie vel rei sunt eadem res vel essentia inter se sunt eadem res vel eadem essentia: sed pater et filius vni et idem essentie seu rei sunt eadem res vel essentia. Sequitur ergo pater et filius sunt eadem essentia. vel ergo sunt eadem res. que conclusio vera est et catholica. Si vero adderetur illis adiectivis hoc substantivum persona. sic dicendo: quecumque vni et idem persone sunt eadem illa inter se sunt eadem persona: sed pater et filius sunt huiusmodi scilicet vni et idem persone eadem persona. ergo pater et filius inter se sunt eadem persona. conclusio est falsa. non est dubium: et minor etiam similiter falsa est. nulli enim vni persone sunt eadem persona pater et filius. iuxta illud Augustini. 7. de trini. hec tria non vnam personam dicimus sicut vnam essentiam et vnum deum: et in libro 5. dicit. quod non vnius dei: sed vnius deus est et tres sunt ille non vna persona. et ratio est: quia ipsa essentia communis tribus non est fm se persona aliqua tribus communis. Si tamen in conclusione illius rationis scilicet ergo pater et filius sunt idem: ly idem esset singularis numeri: et neutri generis. ipsa esset concedenda. non autem si sit generis masculini: sicut ista conceditur. pater et filius sunt vnum. et negatur ista. pater et filius sunt vnius. Et hac autem. pater et filius sunt idem: isto modo concessa: non sequitur quod pater sit filius: nec similiter ex ista. pater et filius sunt vna res vel essentia: que prius concessa est etc. Ad quartum dico quod (si maior intelligatur sic. quod de quibuscumque etc. illa sunt distincte res inter se: ita quod res que est vni non est res que est aliud) propositio est falsa. Ad probationem cum dicitur quod alias sequitur quod de aliquibus pro eodem omnino supponentibus verificarentur huiusmodi predicata. Et quo ulterius sequitur quod contradictoria erunt simul vera. Respondeo negando primam consequentiam: quia esto quod illud pro quo supponit vni terminum non sit res distincta ab eo pro quo alter terminus supponit: sed eadem res cum illo: possibile tamen est: quod illud pro quo supponit vni sit aliquis vel aliquid: quod vel qui non est illud pro quo supponit reliquus terminus: et per consequens non est omnino idem cum illo: quia non convertibiliter et adquate: quamvis non sit ab eo illo modo distinctum. Ex quo patet quod oppositum consequentia illius consequentie prime stat cum antecedente: quod est quod illa de quibus huiusmodi predicata verificantur non sunt res distincte: ac per hoc consequentia non valet. Potest etiam dici fm viam vnius doctoris quod vni terminus non supponit pro eo pro quo supponit alter: licet supponat pro eo quod est illud pro quo supponit alter: et vtroque modo videtur contradictoria esse simul vera. Aliter posset responderi ad maiorem: et finaliter tamen redit in primam responsionem. videlicet quod illa maior est vera quando si illa de quibus verificantur predicata contradictoria non sint admittende res distincte: predicaciones huius seu propositiones sunt contradictorie vel inferentes contradictorias. Nam impossibile est aliqua contradictoria simul esse vera de quibuscunque predicatis sint vel subiectis. et circa quodcumque materiam

Cap. 6.

Cap. 2.

t. ij.

Cum autem ex tali verificatione predicatorum contradic-  
toriorum non sequitur aliquas predicationes contradi-  
ctorias esse veras. posito q illa pro quibus verificantur  
non sint res distincte ad invicem: tunc ex tali verificatio-  
ne non necessario arguitur illa esse res distinctas: nec ex  
talibus predicatis habet illa maior veritate: hoc est ra-  
tionabiliter dictum: quia etiam finalis pbatio illius re-  
solvitur ad hoc q contradictoria essent simul vera. Si er-  
go hoc non sequatur remanet illa propositio non proba-  
ta. Tunc ad minorem dico q ille propositioes in quibus  
verificatur illa predicata non sunt contradictorie: positi-  
vo q essentia et persona non sint aliquo modo res distin-  
cte ad invicem: cum earum substantia non sit eadem nec  
synonyma. s. essentia et pater. Nam essentia de aliquo po-  
test verificari: de quo non potest verificari p. Nec etiam ta-  
les propositiones inferunt contradictorias: quia non se-  
quitur. pater generat. ergo essentia generat. Et generaliter  
in quibuslibet predicatis que verificantur de persona:  
et non de essentia vel e contra discurrunt: nunquam per  
aliquam formam arguendi possunt concludi contradi-  
ctoria: sicut hoc aliquo modo et diffusius supra dist. 5. q. 1.  
ostensum est: et per consequens non potest distinctio mu-  
tua distinctio essentie et persone. Ad aliam probatio-  
nem qua dicitur q non concessa illa maiore perit omnia  
via probandi aliqua esse ad invicem distincta. dico q non  
est verum: quia per possibilitatem separationis vnius ab  
alio et corruptionis cum constantia alterius. probatur  
sufficienter mutua aliquorum distinctio. verbi gratia. si  
fortes nunc est in isto loco demonstrato. et potest non esse  
in isto loco: ipso tamen existente: optime concluditur q il-  
le sit distinctus a loco illo: quia si non sit distinctus ab eo:  
sed sit ipse quandoque fortis erit: erit in isto loco: immo  
verius quandoque erit locus: et per consequens quando non  
erit in loco illo: erit in eo: et sic simul he contradictorie es-  
sent simul vere. for. est in isto loco. for. non est in isto loco.  
Similiter si fortes sit albus et potest non esse albus se ma-  
nente: optime concluditur q albedo per qua est albus sit  
ab ipso distincta: et istis modis pcessit philosophus ad  
probandum materiam distingui a forma et locum a loca-  
to. Et si talia possent applicari ad divinitatem et perso-  
nam. vtz q deitas posset non esse: persona existente. vel  
reconverso: aut persona posset non esse: deitas posset  
divinitas: se manente: optime concluderetur vnam ab alia  
esse distincta: alioquin sequitur contradictoria esse simul  
vera: et sic patet q alia via remanet ad probandum aliqua  
mutuo distingui: que magis procedit ex possibilitate suc-  
cessive verificationis aliquorum predicatorum de eodem  
subiecto: seu contradictoriorum propositionum q ex si-  
multate verificationis contradictoriorum predicatorum  
de diversis subiectis. Ad quintum nego illam partem  
antecedentis. proprietates non est ex se necesse esse: nec for-  
maliter infinita: accipiendo proprietatem pro ipsa perso-  
na: nec faciendo vim in hoc. vtrum hec predicata: neces-  
se esse: et infinitum: predicentur in primo modo de perso-  
na vel no: dico tamen q sicut deitas est ex se necesse esse et  
formaliter infinita: sic et quelibet persona. Et cum pbat-  
tur per hoc: quia alias sequitur q in divinis essent tria  
infinita et tria necesse esse. nego consequentiam: sumendo  
consequens in sensu in quo est falsum. Non enim sequit-  
ur: sicut non sequitur q sint tres divinitates non obstante q  
quelibet persona sit fm se et formaliter deus: quis non  
quellibet sit a se deus: vt filius et spiritus sanctus. Et  
est ratio: quia quelibet persona est illa vnica et singularis  
divinitas: sicut dicit Decretalis. nec divinitas se habet  
ad personas vt species vel genus ad individua. Et  
ideo non pluraliter dicitur de illis tribus simul: sed sin-  
gulariter tantum: vt dicit Augustinus. 7. de trinitate.

Cap. 5.

Similiter filius non est aliud necesse: seu alia necessitas/  
vel infinitas: q illa que est pater et spiritus sanctus: sicut  
nec alia: sed eadem divinitas: et ideo non sunt tres neces-  
sitates / vel infinitates. Et eodem modo dicendum ad  
sextum: q quelibet persona est perfectio simpliciter et non  
alia: q ipsamet deitas: sicut nulla persona est aliqua alia  
entitas: q divinitas: et ideo sicut nulli deficit divinitas:  
sic nec aliqua pfectio simplex que sit in alia. Ad septi-  
mum fm via vni? doctoris negada foret ista consequentia.  
essentia est non filiatio. ergo essentia non est filiatio: et ad  
regulam illam philosophi dicit: q non tenet uniuersaliter:  
nisi in predicationibus denominatiuis. vnde vt dicit  
si esset vnus homo comunis qui esset for. et pla. (sicut  
forte philosophi posuerunt) hec esset vera. homo comunis  
est non plato: et hec est falsa homo comunis non est  
plato. Ita in proposito quia essentia vna est paternitas  
et filiatio / siue pater et filius substantiue: quis hoc di-  
ctum non posset forsan reprobari: bene puto tamen q  
philosophus non minus discessit illam regulam tene-  
re in alijs predicationibus non denominatiuis. Unde ita  
bene discessit sequitur fortes est non lignum. ergo fortes  
non est lignum: sicut sequitur for. est non albus. ergo for.  
non est albus: et ita uniuersaliter i terminis substantiuis et  
predicationibus identiciis: sicut in terminis adiectiuis et  
predicationibus formalibus. iuxta modum loquendi anti-  
quum / seu denominatiuis nisi aliud impediret. Et ideo  
aliter respondeo ad rationem illam: et nego illam conse-  
quentiam essentia est paternitas. ergo essentia est non fi-  
liatio: et cum probatur q omnis paternitas est non filia-  
tio: est paternitas. dicendum est q syllogismus non est re-  
gulatus per dici de omni / vel maior est falsa. sicut patet  
ad primam supra: et ideo non sequitur illa conclusio. No-  
tandum autem q cum concedo q essentia est paternitas  
sumo paternitatem synonyme ad patrem: et patrem sub-  
stantiue: sicut alias dictum est.

Distinctio. xxxv. & xxxvj. Questio. j.



**C**irca distinctionem 35. in qua  
magister incipit tra-  
ctatum de notitia qua deus ha-  
bet de creaturis: et etiam circa  
distin. 35. Quero vtrum sequens  
precise rationem naturalem ha-  
beat ponere q de? intelligat alia  
a se / vel non. Et arguo primo  
q talis habeat ponere q deus ni-  
hil aliud a se intelligat: q sequi-  
tur deus a nullo potest aliquid pati: et omne quod intelli-  
git aliud a se patitur ab illo. ergo deus non intelligit ali-  
quid aliud a se: licet quelibet volens sequi precise ratione  
naturalem habeat ponere antecedens. ergo et consequens.  
Assumptum probatur: quoniam naturaliter apparet q  
deus est actus purus: et per consequens nullius recepti-  
uus in seipso: ac per hoc nec passibilis ab aliquo. Et ite  
naturaliter apparet discurrere in nobis q semper qui in-  
telligit: aliud recipit ab illo intellectione / vel speciem / vel  
vtriusq. Constat autem q de intellectione aliorum en-  
tium non possumus naturaliter aliter iudicare: q fm ea  
que videmus in nobis: ergo uniuersaliter apparet q om-  
ne quod intelligit aliud: patitur ab illo.

**Ad oppositum** arguitur sic: q sequit. deus  
est causa omnium aliorum sal-  
tem finalis: et cognoscit se perfectissime. ergo cognoscit se  
esse causam. Et vltra. ergo cognoscit alia quoz est causa.  
consequentie sunt necessarie et euidentes: et quelibet natu-  
raliter loquens habet ponere antecedens. Unde et de facto

sancti et philosophi posuerunt. ergo et consequens natu-  
raliter est ponendum.

**Respondeo** opinio Aristo. et Comen. sui. Auer.  
fuit. q deus nihil aliud a se intelli-  
git. Unde. 12. meta. ponit philosophus circa intellectio-  
nem dei tres conclusiones. Quaru prima est q deus est  
substantia intellectualis et temp actu intelligens. Secun-  
da. q sua substantia est sua intellectio. Tertia. q deus ni-  
hil aliud intelligit preter seipsum. Primam conclusio-  
nem pbat ex eo q deus est ens omnium nobilissimum et  
dignissimum. hoc autem non esset: si non esset intelligens:  
aut non esset semper actu intelligens. Unde ait si no intel-  
ligat: quid vtiq erit insigne venerabile: sed habet quem  
admodum vt sit doctissimus: vbi Comen. necesse est inquit  
si est intelligens vt semper sit fm alterum istorum duoz  
modozum aut fm dispositionem: in qua non vtiq sciens  
scientia: aut in qua vtiq. Si ergo fuerit in dispositione  
in qua sciens non vtiq scientia sua: est quasi doctissimus:  
aut non inuenitur in eo dispositio nobilitatis: et hoc est incor-  
ueniens. Secundam conclusionem probat philoso-  
phus ex eodem: quia si ipse non est: vt ait philosophus  
sua intelligentia. i. intellectio: sed potentia non vtiq erit  
optima substantia: per intelligere enim honorabile et inest:  
vult dicere q cum ipse non sit in nobili dispositione nisi p  
intelligentia: si sua substantia non est sui intelligentia ipsa  
non erit ex se optima et perfectissima: sed perficit p aliud:  
scz per ipsam intellectioem. hoc modo est inconueniens.  
Tertiam conclusionem pbat ipse et Comen. plurib?  
rationib?. Primo quia si intelligeret aliud a se. tunc sua  
substantia non esset intellectio eiusdem: sed erit potentia  
per quam sit intellectio: qd est contra secunda conclusioem.  
Secundo. quia erit tuc aliquid nobilitatis eo: qd est fal-  
sum. consequentia pbat: quia intellectioem est perfe-  
ctio intelligentis. s. causaliter: quia causat in intelligente  
suam perfectionem que est intellectio. omne autem tale in-  
quantum huiusmodi est perfectius illo. Tertio. quia  
tunc non esset simpliciter independens et non indigens  
alio. consequens istud est falsum. consequentia probatur:  
quia intellectus dependet ab intellectu et substantia dei  
est sui intellectio: vt probatum est in secunda conclusioem.  
Quarto si sic. ergo deus patit et mouetur ab alio. con-  
sequens est falsum. probatur consequentia. quia omne qd  
intelligit aliud transmutatur in sua substantia in aliud: et  
mouetur ab alio. Quinto si sic. tunc sua intellectio no  
esset nobilissima et cu sua perfectio sit in intelligendo ipse  
non esset nobilissimus: qd est contra primam conclusioem.  
consequetia pbat: q intellectio rei vilis no est nobilis s?  
vilis: et ideo etiam apud nos melius est no meditari que-  
da q meditari: et non videre melius est q videre. Et ideo  
concludit Comen. q cum impossibile sit ipsum intelli-  
gere vilius aut nobilius: cum non sit nobilior eo et intelli-  
git. ergo se tm intelligit. Sexto. addit Comen. aliam  
rationem: quia si intelligeret alia aut in uniuersali tm: aut  
in particulari: non in uniuersali: quia intellectio talis est  
imperfecta et in potentia: nec in particulari: quia particu-  
laria sunt infinita: et infinita a nulla scientia determinan-  
tur. ergo no intelligit singularia distincte et in particulari.  
Septimo. ad eadem conclusioem arguitur sic per alios:  
impossibile est diuisione continui totaliter euacuari. aut  
enim staret diuisio in aliqua diuisibilia. et hoc no: quia  
tunc staret diuisio q continuum componitur ex indiuisibili-  
bus: aut staret diuisio in aliqua diuisibilia. Et hoc etiam  
dici non potest: quia sic non esset euacuata sed possibilis  
esset vterioz diuisio. Et quib? patet q impossibile est di-  
uisionem continui totaliter euacuari: sed sequitur si  
deus intelligeret alia a se. Nam intelligeret continuum:  
et eius diuisio euacuata esset in conceptu eius: qd proba-

12. meta.  
L. c. 51.

Comē. 5.

L. c. 51.

Comē. 5.

Aurcol?  
di. 5. q. 2.  
anti. 2.

tur: quia aut eius intuitu essent omnes partes continui di-  
uise et distincte: ita vt non relinquatur vterioz diuisio: et  
per consequens diuisio continui erit euacuata: aut alique  
partes tm in certo numero: quarum quelibet esset diuisi-  
bilis: et hoc non potest esse: quia nunc diuinus intuitus  
esset in potentia et sibi aliquid posset acquirere. s. diuidē  
do vnaquaq illarum partium: quoniam posset sic diui-  
dendo procedere in infinitum: sicut et noster intellectus: qd  
est penitus impossibile. Et quo vltimate sequitur q un-  
possibile est deū intelligere alia a se. Octauo. sequit q  
in conceptu diuino esset magnitudo quedam actualiter  
infinita. consequens falsum est: quia qua ratione infinita  
magnitudo esset in conceptu dei: eadem ratione posset pon-  
ni in effectu: qd tamen vt dicitur implicat contradictionē.  
Probatur consequetia: quia intellectus noster qualibet  
magnitudine potest concipere maiorem: et cuiuslibet con-  
cepte semper addere. ergo. multo magis hoc poterit intel-  
lectus diuinus. aut ergo sic procedet successus: quod di-  
ci non potest: ne sit ipotens et imperfectus: vt intellectus  
noster: aut stat in aliqua magnitudine infinita cui addi no  
potest: et patet propositum. Nono. sequitur q totus  
processus numerorum esset euacuatus: et positus in actu  
in conceptu diuino: qd etiam est impossibile: quia vel ef-  
set status ad numerum finitum: vel ad aliquem infinitum:  
non ad finitum: quia quilibet finitus potest esse radix nu-  
meri quadrati vel cubiti. Et per consequens vltra eum  
est processus possibilis in numeris: nec etiam ad infinitum:  
quia nullus numerus potest esse infinitus: et nihilominus  
hoc dato habetur propositum: q. s. euacuatus est pro-  
cessus numerorum. Decimo. si verum sit: q deus pot-  
est qualibet creatura creabili creare perfectioem fm  
speciem: ita q in talibus perfectionibus specificis ad su-  
pra sit processus possibilis in infinitum: vt multo opinan-  
tur: aut tota illa multitudo specierum possibilium est in  
diuino intuitu actualiter: aut non actualiter: sed sub quo-  
dam processu: aut nullo modo non potest dici finitum:  
quia tunc deus videret aliquam creaturam infinitam  
distantem a prima specie in infinitum: qd probatur: quia  
aut inuenerit quilibet distantem modo finito a specie: et  
sic non erit processus in infinitum in speciebus: aut inuenerit  
aliqua distatē in infinitum: et p consequens illa erit infini-  
te nobilis et perfecta: nec potest dari secundum: quia tunc  
intellectus diuinus esset potentialis et imperfectus. ergo  
relinquitur tertium: scz q nec intelligat illas. Nec  
sunt motiua huius partis: quibus multo fortioribus ap-  
paret probari partem oppositam. Ideo conclusioem op-  
positam teneo: quam proba primo sic. Sequens natura-  
lem rationem habet ponere deum intelligere. ergo habet  
ponere deū intelligere alia a se. Antecedens est concessum.  
etiam a tenentibus oppositam partem. et probatur ratio-  
ne: quoniam nomine dei intelligimus illud qd est entium  
omniu nobilissimu: cuius nobilitate non nisi ex his que  
nota sunt nobis possumus naturaliter inuestigare. cum  
ergo i rebus notis: omnes comuniter iudicemus eas que  
cognoscunt nobiliores esse his que naturaliter carent cog-  
nitione: et ex cognoscentibus eas que intelligunt nobi-  
liores esse ceteris: que et si cognoscunt aliquo modo. ver-  
bi gratia. per sensus corporales: non tamen intelligit: rati-  
onabiliter concludendū est q ipse deus intelligat. Con-  
sequentia quoqz quasi ex eadem radice probatur. Nam  
sicut naturaliter iudicamus cognoscentia non cognosci-  
bilibus esse digniora sic etiam virtutes per quas plura co-  
gnosimus: ex hoc q plura cognoscimus per eas: iudica-  
mus esse digniores et perfectiores. Unde etiam sicut di-  
cit philosophus in prohemio metaphys. et si nunq di-  
ceret adhuc dictum in se verū est: sensum visus pre alijs  
vilissimus. etiam preter utilitatem qua habemus ex ipso. et

t. ij



tertia negada est etiam consequentia. Ad probationem dicendum: quod non est vera de intellectu que non est causata ab intellectu: sicut est intellectio divina. Unde etiam nos multa intelligimus que non sunt a quibus tamen non dependet intellectio qua illa intelligimus. Ad quartam etiam nego consequentiam. Et ad probationem dico: quod non est vera ubi intellectio non distinguitur ab intelligente. Ad quintam etiam consequentiam nego. Ad probationem dico: quod intellectio rei vilis precise foret vilis: vel minus nobilis intellectu nobilitate rei: intellectio tamen illius rei nobilitatis et huius vilis simul non est minus nobilis. Vnde autem intellectio dei est intellectio sui et omnium aliorum. Item quavis sit vile occupare intellectum: circa vilis ubi quis impeditur ab intelligendo nobilitate: aut cum ex intellectu vilium quis inducitur ad operandum aliquid vile: ubi tamen neutrum contingeret: hoc non esset vile: etiam in nobis. Vnde sicut dicit Augustinus in de utilitate credendi. ubi distinguit intelligere et credere et opinari. intelligere semper sine vitio est. Nam intelligere magna et honesta vel etiam divina: beatissimi est: intelligere autem superflua nihil nocet: sed fortasse nocuit. cum tempus necessarium occuparet: ipsa etiam noxia non intelligere: sed facere aut pati miserum est: non enim si quis intelligit quomodo possit inimicus sine suo periculo occidi: intelligens ipsa ac non potius cupiditate reus est: que si absit quod innocens dici potest: deus autem ipse nec minus intelligit se: et neque nobilitate nec ad aliquid vile duci potest: eo quod intelligit vilis. ideo nec eorum intellectu vilescit. Ad sextum dico: quod intelligit distincte et in particulari omnia: et infinita: quod quidem non est impossibile ei cuius intellectio est infinita et immensa. Ad septimum (cum dicitur: impossibile est divisionem continui totaliter evacuare) loquendo de divisione non realis separationis vel distinctionis: sed de divisione que sit per significacionem intellectus distinguentis: qui secum copatur reale communitatem continui: ubi in quo etiam sensu procedit ratio: nego illud assumptum: quod etiam loquendo de divisione actualis distinctionis in effectu: si hoc intelligitur esse simpliciter impossibile: etiam per divinam potentiam estimetur ipsum esse falsum: sicut in quadam responsione publica dixi alias: et forte alibi a proposito in speciali discussionem: sed hoc non est necessarium ad propositum. Ad probationem (cum queritur utrum ista divisio stet ad indivisibilia vel divisibilia) dico quod potest dici dupliciter aliquid indivisibile. scilicet carens partibus quibuslibet actu divisis vel possibilibus quoquo modo dividi: vel distingui: sicut multi imaginantur esse punctum: et sicut in rei veritate quodlibet simplex est indivisibile. Alio modo potest dici aliquid indivisibile: quia si habeat in se partes: quilibet tamen est actu divisus a qualibet alia: ita quod ipsum nec est aliquo modo vel in aliquid sui divisibile: cum sit isto modo actu divisum. Et per oppositum suo modo aliquid dici potest divisibile dupliciter: uno modo quia habet partes actu vel potentia divisas. Alio modo: quia habet partes non actu divisas. Hoc premisso et loquendo de divisione de qua dictum est. dico quod ista divisio totalis continui non stat ad indivisibilia primo modo: stat autem ad indivisibilia secundo modo: non intelligo autem stare quod sit aliqua ultima divisio vel aliqua ultima divisio que in se non includat partes actu divisas: sed intelligo quod stat ad indivisibilia. id est illud est totaliter divisum in indivisibilia isto secundo modo: que tamen sunt divisibilia primo modo sumendo divisibile. Unde dico: quod quicquid partem quatuor partium sumptis illa includit partes actu divisas in conceptu divino: immo infinitas includit: nec aliquam potest sumere: quin sumas infinitas: et sicut de facto quodlibet continuū habet infinitas par-

tes potenciales: et quilibet quantūlibet parva includit infinitas: nec aliqua sumi potest indivisibilis etiam quin sumantur tales partes potenciales infinite. Sic dico: quod in conceptu dei continuū est totaliter actu divisum in partes: quarum quilibet etiam est actu totaliter divisus et includit infinitas actu divisas. Et hoc autem patet. quod non sequitur: quod continuum componitur ex indivisibilibus primo modo sicut intendit argumentum deducere. Et adverte: quod ista ratio est satis impertinens ad propositum: quoniam esto quod deus nihil intelligeret extra se: adhuc eadem difficultas potest fieri. Nam constat quod huius partes continui non sunt distincte nec actu separate. Vnde tamen non est alia: et sic sunt distincte ab invicem: et per consequens quod continuum est in rerum natura totaliter distinctum. de tali distinctione loquendo: et tunc potest queri ad quid stat ista distinctio: utrum ad divisibilia vel indivisibilia: et ultra sicut procedit argumentum. Intererea: ista ratio eque bene militat contra suum factorem. Nam quicquid sit: intuitus divinus terminetur ad res extra vel ad essentiam suam tantummodo (ut ipse vult) nihilominus non negat (sicut nec negare potest aliquis christianus) deum cognoscere distincte aliquas creaturas existentes et possibiles existere quocumque modo terminetur vel non terminetur eius intuitus ad ipsas creaturas: nec etiam negare potest quin distincte cognoscat partes continui: et tunc potest ab eo queri: sicut ipse querit ab aliis. Utrum eius cognitio sistat ad indivisibilia vel divisibilia partes continui: et ultra consequenter sicut supra allegatum seu argutum fuit: et eodem modo tres sequentes rationes ita sunt contra eum sicut sunt contra alios si inspiciantur. Ad octavum concedo deum intelligere magnitudinem infinitam: sicut etiam Augustinus concedit deum intelligere numeros infinitos. 12. de civitate dei. et concedo ulterius quod posset producere in effectu magnitudinem infinitam: nec hoc est sibi impossibile sicut infra distinctio. 44. patebit. Ad nonum si intelligitur quod processus numerorum esset evacuatus in conceptu dei id est quod omnis numerus possibilis esset actu cognitus a deo concedo consequens. Dico enim cum Augustinus ubi supra: quod omnes simul et quemlibet numerum possibilem deus intelligit: et per consequens etiam concedo quod infinitos esse certissimum est: quoniam in quocumque numero finem faciendum putaveris: idem (ipse non dico) vno addito augeri: sed quantumlibet sit magnus: et quamlibet ingentem multitudinem continens in ipsa ratione atque scientia numerorum non solum duplicari: verum etiam multiplicari potest. Ita vero suis quisque numerus proprietatibus terminatur. ut nullus eorum par esse cuius alteri possit. ergo et disparis inter se atque diversi sunt: et singuli quique finiti sunt: et omnes infiniti sunt: ita ne numeros propter infinitatem nescit deus: et versus ad quandam summam numerorum scientia dei proveniens et ceteros ignorat quis hoc vel dementissimus dicit: ideo sic subdit Augustinus: ubi dubitemus: quod ei notus sit omnis numerus: cuius intelligentie ut in psal. cantatur: non est numerus. infinitas itaque inquit numerorum huius infinitorum numerorum nullus sit numerus: non est tamen incomprehensibilis eius cuius intelligentie non est numerus: cuius auctoritas ultima parte patet quod Augustinus concedit consequens illud: quod ratio illa infert. Cum vero probatur ipsum esse falsum: quia vel est status ad numerum finitum vel infinitum. Dico quod nec ad aliquem infinitum est status: cum quilibet sit finitus ut in secunda parte auctoritatis dicit Augustinus. nec etiam est status ad aliquem finitum: cum vltra quemlibet intelligat maiorem: alioquin non intelligeret quemlibet: et ideo dico: quod in nullo sistit cognitio dei: quia si ille sit maximus quem cognoscit. Sed conformiter

et loquendo: potest dici: quod sistit in omnibus: quia omnes cognoscit: et nullus est quem non cognoscat. Sed contra hoc: quia saltem oportet dicere quod cognoscat totam multitudinem comprehendentem numeros omnes: quod concedo. Contra istud autem ipse arguit. quia secundum hoc sequitur: quod deus intelligeret omnem multitudinem numeralem seu finitam descendente ab illa totali multitudine infinita: et per consequens attingit ultimum numerum. a quo statim proceditur ad illam multitudinem infinitam: sed certum est quod est impossibile talem numerum dari. Responso concedendo primam consequentiam: quia nullus numerus est ultimus inter illos: nec ab aliquo proceditur immediate ad multitudines infinitas: immo vltra quilibet sunt infiniti numeri: quorum quilibet tamen est finitus. sicut per prima parte auctoritatis. Et hoc ratio etiam culibet opinati eandem ingerit difficultate ponenti continuum esse divisibile in infinitum. Nam qualitercunque eius partes ponatur esse distincte vel plures: oportet isto modo esse infinitas multitudines partium: et oēs esse quot esse prout ita loquendo de tali distinctione que proceditur inter partes continui: cuius distinctio est totaliter evacuata et posita in actu. quera ergo in quo numero vel multitudine partium sistit ista distinctio. Utrum in infinita vel finita: et sic consequenter ut est argutum de numeris. Ad decimum illo dicto concessio. dico quod tota illa multitudo actualiter est in conceptu divino. et cum arguitur contra: quod tunc deus videret aliquid infinitum et nego consequentiam: et patet infamia in numeris quorum multitudinem actualiter tota totaliter videt deus: et tunc non videt aliquid numerum distinctum in finitum a prima specie numeri: quod nullus talis est: esto quod sint infiniti numeri: et quolibet semper sit sequens maior. sic in proposito nulla species distat in infinitum ab aliqua: aut illa in infinitum excedit: sed finite tamen: et si possibile est processus infinitus in eis: sicut etiam est in numeris. Sed nunquid deus intuitu cognoscit alia vel abstractiva. Respondeo quod quicquid de noverit siue sint siue fuerit siue sint possibile esse. cognoscit intuitu. Probatur: quia quodlibet novit immediate et non per aliquod medium cognitum medianum inter cognitionem et rem cognitam. ergo quamlibet novit intuitu. consequentia patet ex descriptione intuitu notitie posita supra distinctio. 3. antecedens est certum: quoniam nullum tale medium est possibile: quia non est creatura ut constat: nec deitas (cuius illa nulla modo ex natura rei sit distincta a dei notitia: quod immo sit illi eadem omnibus modis ex natura rei: quibus ipsa notitia est eadem sibi met) et per consequens non plus nec verius dici potest: quod deitas mediat inter notitiam illam et creaturam: inter divinitatem et creaturam: quod notitia mediet inter divinitatem et creaturam: quorum nullum secundum proprietatem sermonis vere dicitur. Et si dicatur: quod Augustinus dicit. 33. questio. quod non extra se quicquid positum deus intuebatur. ut secundum id constitueret quod constitueret: nam hoc opinari sacrilegum est. Et quo videtur velle quod non intuitu videat creaturas. Item in. 15. de trinitate dicit quod deus pater omnia novit in seipso. et similiter commune dictum: quod deus omnia videt in essentia sua: in qua omnia velut in speculo refulcent: et perfectissime representantur: et per consequens non immediate intuetur creaturas ipsas: sed mediante essentia sua ac per hoc abstractiva tantum intelligit creaturas. Ad primum dicendum: quod Augustinus non absolute negat deum fuisse intuitum aliquid extra se: sed quod non intuebatur: ut secundum id constitueret et cetera. volens negare quicquid aliud a deo fuisse sibi exemplar secundum quod constitueret que constitueret: sicut nobis est aliquid exemplar secundum quod aliquid aliud operamur: sed ille sibi sufficit ad constituendum quicquid constituere vult: et certe illud opinari sacrilegum est: nec minus esset

sacrilegum opinari quod aliquid extra se abstractiva intelligeret: ut secundum illud constitueret quod constitueret. Curus notandum. Augustinus dicit: non intuebat extra se quicquid positum: quod certe verum est: quia nihil tunc erat extra deum positum: non quin intueretur aliquid extra se positum: et nunc intueatur aliquid extra se positum. Unde etiam quod tunc nihil erat extra deum dicit. 4. super genes. ad litteram. scilicet quod res sendas ipse non cernebat extra seipsum: sicut nos cernimus oculis corpora que vtiq; nondum erant dum disponentur ut fierent: et addit immediate et quod ipse non intueatur nec intra se ista cernebat sicut omnino cernimus phantasias corporum que non prelo sunt oculis. Et quo innuit quod non abstractiva seu per aliquid quod medium ista cernebat: et concludit: quo ergo modo nisi eo quo solus potest et hoc est verum: quia solus potest intuitu non existentia cernere. Ad secundum dicendum: quod Augustinus non vult aliud nisi quod nihil aliud a patre est sibi ratio vel causa / aut medium videndi: que videt: sed ipse est sua notitia et omnium aliorum: et eodem modo intelligendum est: quod deus omnia videt in essentia sua: quod scilicet ipsa sua essentia est notitia quorumlibet: nec aliquid aliud preter ipsam est sibi necessarium ad intelligendum. Quod vero additur de reluctia et representatione essentie divine: si intelligitur quod essentia representat intellectui divino: sic quod eius intellectio immediate feratur in essentia et mediate in representatione: sicut in nobis: cum aliqua ab essentia in eorum speciebus cognoscimus. dictum illud vtiq; falsum est. Nam cum intellectus divinus et intellectio et essentia sint penitus indistincta: et eadem omnibus modis: quilibet essentia est eadem essentie: et intellectio intellectio: non minus omnia representantur in intellectu: quam in essentia: nec essentia magis representat intellectui: quam intellectus essentie: immo proprie loquendo: nec essentia representat intellectui: nec intellectus essentie: nec intellectio feratur in creaturas mediante essentia / nec e converso: sed tam essentia quam intellectus: et est intellectio immediata sui et omnium aliorum. Si vero intelligatur quod essentia divina sit representativa creaturarum respectu intellectus creati: dictum illud verum est: et eodem modo ipsa intellectio divina est etiam representativa: ita quod in ea velut in specie potest intellectus creatus alia cognoscere. Adverendum autem: quod notitia intuitiva sic accepta: ut nunc in solutione huius dubij sumo: non in plus se habet quam scientia visionis. iuxta unam acceptionem scientie dei: de qua infra distinctio. 39. dicitur: et convertibiliter se habet cum scientia simplicis notitie: hoc est quod iste terminus et ille univocaliter convertuntur. Ad argumentum principale respondendum est negando antecedens. propter illam partem: omne quod intelligit aliud a se patitur ab illo: nec ratio valet: quia licet sic esset in nobis: non tamen sic estimandum est de deo: neque hoc sequitur: sicut nec in deo dicitur intellectum distinguere ab intellectu: cum tamen distinguatur in nobis.

Distinctio. xxxviii. Questio. i.



uper distinctio. 33. i. q. 1. Notitia dei respectu rei enuntiabilis futuro. Quero propter aliquam enuntiationem singularis de inesse categorica de futuro i materia contingenti ad vtrilibet sit vera. Et arguo quod non. quod si aliqua talis est vera sequeretur per naturam con-

questio. 45.

cap. 14.

tradictio: qd sua contradictoria esset falsa: sed hoc non est verum: cu contingens ad vtrūlibet non sit plus determinatum ad esse qd ad non esse: alioquin non esset contingens ad vtrūlibet: nec est possibile vna parte contradictionis esse verā determinate: et alia determinate falsam. cū non sit potius ratio qd vna sit vera qd reliqua. ¶ Secūdo si aliqua talis ppositio esset vera. ergo vel esset necessaria vel contingens. non necessaria: qz tunc illud futurum necessario eueniret: et sic non esset ad vtrūlibet: nec contingens: qz tunc posset esse nō vera: et si sic vel posset esse nō vera ante positionē illius futuri in esse: qd enūtiat vel non ante: sed tñ post. ¶ Si secundo modo sequit sicut prius qd illud necessario ponetur in esse et non contingenter. primum autē non potest dici: qz qua ratione in aliquo instāti vel tempore ante positionem illius in esse ipsa est vera: eadem ratione et in quolibet ante illud ponatur: et per consequens necesse est ipsam esse veram toto tempore precedente esse illius: ac per hoc illud necessario eueniret. ¶ Assumpta p̄a p̄: qz sicut oē qd ē qd ē necesse est esse: vt dicit p̄ h̄s. sic oē qd ē verū: qm̄ est verū: necesse ē esse verū. ¶ An ex eodē posset argui alr̄ sic. si talis p̄pō nūc est p̄a. q̄ futū enūciabile nūc est futū: et vtra. q̄ nūc necessario est futū. p̄a p̄a est euidēs. ¶ Et scda sic. p̄bat: qz sicut oīne qd est qm̄ est necesse est esse: ita oē qd est futū qm̄ est futū: necesse est esse futū: et si necesse est esse futū: necesse est esse futū determinatē qd nulla talis ppositio est vera.

**Ad oppositū** arguo sic. si nulla h̄mōi p̄pō est vera: igit̄ q̄libet est falsa. q̄ cuiuslibz dictionis est p̄a: q̄ aliqua est p̄a. q̄ de p̄o ad vtrūlibet si nulla est p̄a aliqua est p̄a: et sic dictionis simul sunt p̄a: qd est impossibile. p̄a p̄a p̄bat: qz oīs enūciatio ē oī in q̄ est vera vel falsa: vt p̄ et ei? diffinitioe p̄o p̄hermenias: et secūda p̄a p̄p̄ legē dictionis: relique sunt ex se note.

**In hac** q̄stioe erūt articuli tres. ¶ H̄a qz iter aliq̄s est cōtrouersia: qd circa hoc q̄stū fuerit opina tus p̄ h̄s. ¶ P̄o ostēdā q̄ fuit ei? opio. qd etiā tāgit ter tiū argu. ¶ Secūdo videbit̄ qd p̄m p̄itatē tenēdū sit de q̄stio. ¶ Tertio qz de p̄tigit̄ p̄ncipat̄ in q̄rit̄ videbit̄ qm̄ p̄tin gēs est cōtigēs: an. i. qm̄ est aut qm̄ nō est: et sic cū hoc de veritate illi? ppositiois p̄ h̄s assumpte in tertio argumēto.

**Quantū** ad p̄m sciēdū: qd p̄ h̄s tractās in p̄o p̄ her. de enūciatioibz dictionis: et ostēdēs q̄lter se h̄nt ad iudicē p̄ p̄itatē et fallitatē: determinat: qd cuiuslibet dictionis siue sit ppositio nūc vna est v̄l̄s et alia particularis: siue p̄pōnū singulariū de p̄nti vel de p̄terito. vna pars est determinate p̄a et altera determinate falsa. ¶ Et nō est sic de q̄buslibet p̄pōnibz dictionis de futuro singularibz: qz nō de illis q̄ sunt circa futura cōtingentia ad vtrūlibz. ¶ An q̄stū ad hoc pōit ipse duas p̄clusiones ¶ Quax̄ p̄a est: qd nō oīs ppositio singularis de futuro categorica et de inesse de simplici predicato affirmatiua vel negatiua est p̄a vel falsa: ita qd nō cuiuslibet dictionis de futuro hec ps determinate est p̄a vel illa: et sic nec ista determinate vel illa est falsa: qz nō dictionis de futuro cōtingētia ad vtrūlibz. p̄bi g. hui? dictionis. antichrist? erit. antichrist? nō erit. nec hec pars determinate antichrist? erit est p̄a vel falsa: nec hec ps determinate antichrist? nō erit ē p̄a vel falsa. ¶ Et itelligēdū est dictū p̄ h̄i de p̄pōnibz singularibz qz subiecta sunt simplicia videlicet vel p̄noia de mōstratiua p̄cise: vt hoc. istud vel illud. vel noia p̄p̄a. vt p̄lato et antichrist? h̄a habētū subiecta cōposita m̄te sunt false: et oppositē sūt p̄e. p̄. g. si demōstrat̄ v̄n? ethiops et ei? oppofitā. i. h̄c. hoc albū nō disputabit cras. et si hec est p̄a. eodē demōstrato. s̄l̄r si ethiops qdā vocet̄ p̄lato. hec de termiate est falsa. p̄lato albus disputabit cras: et eiusop

posita est p̄a: sūpto hoc noie p̄lato vtrōbiqz p̄ ethiops et lo. ¶ Scda p̄clusio p̄ h̄i ē: qd h̄s neutra talis dictionis p̄a sit. nō tñ p̄pō singularis negatiua de copulato p̄dicato ex p̄dicatis illaz ambax̄ ē p̄a. p̄bi ḡra. q̄uis nec hec sit vera antichrist? erit. nec ista. antichrist? nō erit. ista tñ nō est p̄a antichrist? neqz erit: neqz nō erit: qd tñ posset aliq̄b? apparere sequi ex p̄o. ¶ P̄rima p̄clusio sic intellectā p̄bat p̄ h̄s dupl̄r. p̄ h̄o sic. si oīs (in q̄t ipse) affirmatio vel negatio p̄a vel falsa est: et oē necesse ē esse vel nō esse. h̄c p̄ h̄as p̄bat dupl̄r. p̄ h̄a p̄batio in hoc fundat̄ qd semp p̄itates p̄pōnis cōcomitat̄ esse rei: ita qd ip̄ sic est vel non est: sicut p̄pō enūciat si est p̄a: q̄cūqz p̄pō sit illa: et cōuerso esse rei cōcomitat̄ p̄itas p̄pōis enūciatis sicut ē. nō esse aut rei sequit̄ fallitas p̄pōis et cōuerso. ¶ Et ait: qm̄ si verū est dicere: qm̄ est albū vel nō est albū: necesse est albū vel nō albū esse: et si est albū vel nō est albū. verū ē affirmare vel negare: et si nō est mēt̄r̄ supple affirmās. et si mēt̄r̄ nō ē. ¶ Et Boetius exponēs ait sic. qd de futuro possit esse iudiciū: p̄ntibus trahit̄ ex p̄lū. ait em̄ h̄c esse rerū p̄nas: vt rē sub iudicē. p̄pōis p̄itas cōlequat̄ p̄itatē p̄pōis rei de qua loquit̄. p̄pō essentia cōcomitat̄. ¶ Et infra. p̄itas q̄des rei q̄ est: res q̄ est p̄itati: fallitas p̄o rei q̄ nō est: et res nō est fallitati cōuertit̄. ¶ Ergo affirmatio est p̄a ita erit: et si negatio est p̄a ita nō erit. Sic igit̄ nihil erit ad vtrūlibz h̄a ad vtrūlibet v̄t ait ibi p̄ h̄s nihil magis vel sic vel non sic: h̄s aut habebit. ¶ Et Boetius. vtrūlibet est cui? p̄uētus dubi? est vel indistinct? . i. qd q̄r̄ esse vel nō esse cōuenit. si aut̄ nihil ad vtrūlibz. qd q̄bz necessario erit vel necessario nō erit. ¶ Secūdo p̄bat eadē p̄a. qz si oīs affirmatio vel negatio et c. tūc in q̄t p̄ h̄s si aliquid est nūc albū: verū erat dicere p̄o: qm̄ erit albū: et ip̄ fuit verū dicere de q̄s eoz q̄ facta sunt: qm̄ erit: qd si semp verus est dicere qm̄ est vel erit: nō pōt hoc nō esse vel nō futurū esse: qd aut̄ nō pōt nō fieri: impossibile est nō fieri: et qd impossibile est non fieri: necesse est fieri. oīs q̄ q̄ futura sunt necesse est fieri. ¶ Et p̄bata ista p̄a p̄bat p̄ h̄s illud p̄nas esse fallis: qm̄ alioq̄m non opote ret de futuris p̄ntiari: neqz negociari: qm̄ si facim? hoc illd erit. si nō facim? nihil min? erit: qm̄ nihil p̄hibet in millef mū annū hūc dicere qm̄ illud erit: hūc vero negare. ¶ Et si null? hoc diceret: nihilomin? illud erit vel nō erit: qz non p̄pter nostrū affirmare vel negare illud erit vel non erit. ¶ An v̄t ait ibi Boetius? siue dicat̄ aliqd siue nō: qd qd p̄ p̄dici potuisset illd etiā si nō p̄dicat̄: euenire necesse ē. idcirco em̄ p̄e p̄dicat̄: qz p̄e p̄dici pōt. ¶ Et idcirco p̄e p̄dici pōt: qz inmutabil̄ futū ē. p̄z etiā fallitas p̄nti: vt ait p̄ h̄s. qz manifestū est nos eē p̄ncipiū futuroz: et dñs actuū n̄foz multa posse eē: et nō eē: et nō oīs ex necessitate enūtiare sic declarat̄ p̄ exēpla. ¶ Secundo p̄bat p̄ h̄s eadē p̄clonē iuxta finē dicti libri sic. sicut se h̄nt res ad eē vel nō eē: sic ofones enūtiates illas eē v̄l̄ nō eē ad p̄itatē vel fallitatē: h̄s futura p̄tigit̄ia sūt ideterminata ad eē et nō eē simp̄l̄r. qz ip̄e ofones ideterminate sūt: et nō p̄l? hec q̄ enūtiat rē futurā esse. est p̄a: q̄ illa q̄ enūtiat eā nō esse futurā. nec eodē uerso: et sic p̄ p̄ma p̄clō. ¶ Secūda p̄clonē p̄bat p̄ h̄s i illa p̄te. at p̄o qm̄ neutriū et c. dupl̄r. p̄ h̄o qz si hec hec eēt p̄a. antichrist? neqz erit neqz nō erit. sumat̄ ḡra ex p̄l̄ h̄c. sequit̄ qd nō cuiuslibz dictionis si vna ps est alia: altera est p̄a. qm̄ nō p̄tigit̄ qd aliquid dictionis vna ps erit falsa: et reliq̄ nō erit p̄a: quod est p̄ p̄m p̄ncipiū. p̄na p̄o p̄z: qz si hec ē p̄a. antichrist? neqz erit neqz nō erit. ḡ hec affirmatiua. antichrist? erit ē falsa: qz ipsa affirmat̄ illd qd illa i sua p̄ma p̄te negat̄ p̄e: h̄s p̄batū est i p̄ma p̄clonē qd illa nō est p̄a. antichristus nō erit. ḡ h̄az duax̄ dictioniaz affirmatiua est falsa: et negatiua nō est vera. ¶ Et eodē mō p̄bat: qd negatiua est falsa: et affirmatiua nō vera: qz si hec est p̄a. antichrist? neqz erit neqz nō erit. ḡ p̄p̄ hoc: qz d̄: neqz non erit. sequit̄ qd hec sit falsa. antichrist? nō erit. ¶ Et p̄batum

est in prima conclusione qd hec non est vera. antichristus erit. ergo hui? p̄dictionis nō est vera affirmatiua: cū tñ negatiua sit falsa: quod pariter repugnat primo p̄ncipio cuius lex est. qz si vna pars est falsa: reliqua est vera quecumqz sit illa. h̄anc rationem ponit p̄philosophus cū ait p̄ncipiū enim cum sit affirmatio falsa: erit negatio nō vera: et cum sit hec falsa. i. negatio: contingit affirmatio: nem non esse veram. amplius si illa sit vera: sequitur sicut dicit Boetius qd ambe erunt falsæ: qz nec esset qd affirmatio dicit esse futurum: nec non esset quod negatio non esse predixit: et sic vtraqz est falsa: quod est impossibile. ¶ Secundo p̄bat p̄philosophus eadē conclusionem. quia si illa esset vera sequitur qd tale futurum ex necessitate erit et non ad vtrūlibet. Consequētiam p̄bat per fundamentum prime rationis ad primam conclusionem: quoniam sicut in predicatis simplicibus dictum est: quia si verū est dicere qd hoc est album: oportet illud esse album: et eodem modo si de futuro dicatur. sic etiam est in predicatis compositis: et ideo ait qd si verum est dicere de aliquo: quoniam est album: et magnum oportet vtraqz esse: et similiter si verum erit cras: oportet esse cras. i. si verū est dicere de aliquo qd erit album et magnum: cras: oportet ipsum esse album et magnum cras. ergo si verū erit dicere qd neqz erit neqz non erit. oportet ipsum neqz fore neqz nō fore: et sic non erit ad vtrūlibet. i. contingens fore et non fore. Tunc p̄philosophus concludit conclusionem primam que est principaliter intenta: qm̄ secūda non principaliter: sed potius ad excludendū oppositam que videtur fortitan alicui sequi ex prima: introducta fuit dices. ¶ Et ergo contingūt inconueniētia. hec sunt. et h̄mōi alia. si oēs affirmationes et negationes vel in his que in vniuersalibus dicuntur vniuersaliter: vel in his que sunt singularia: necesse est oppositarū hanc esse verā: illam vero falsam. ¶ Et h̄is ergo p̄z ip̄m voluisse qd alicuius oppositionis cōtradictorie nō est hec pars demonstrata: vera: et illa falsa: aut cōuerso. Sed cum ip̄e in principio huius inquisitionis dicat. qd in his q̄ sunt et que facta sunt. i. presentibus et preteritis: necesse est affirmationem vel negationem veram esse: vel falsam esse. in vniuersalibus quidē vniuersaliter semper h̄c quidem veram: illa vero falsam: et in his etiam que sunt singularia. i. cōtradictorijs singularibus. Constat qd in oppositionibus cōtradictorijs de futuro: saltem que sunt singularia: res nō hec determinate sit vera et illa falsa: quod et statim explicite ibidem ip̄e proposuit: et consequēter sicut ex recitatis patet p̄o: p̄e probare conatus est: et eadē p̄o: p̄us sententiam concludit in fine illius libri. Sed aduertendū qd q̄bz p̄philosophus dicat qd non cuiuslibet cōtradictionis hec est vera: illa p̄o falsa: tñ cū hoc vult qd cuiuslibet cōtradictionis altera est vera et altera falsa: nec vñqz ibi inuenit̄ dicere: qd nō cuiuslibet cōtradictionis altera est vera: et altera falsa: sed semp cum signo singulari: vel cum p̄noie demonstratiua: nunqz aut̄ cū particulari quale est alter vel altera: quoniam cū tali signo dicit̄ exp̄sse oppositum: etiā in cōtradictionibus singularibus de futuro ad vtrūlibet. Unde de talibus loquens circa finem ait. h̄o: rum enim necesse est quidem alteram partem cōtradictionis esse veram vel falsam: non tan tamē hoc vel illud: sed vtrūlibet. i. non tamen hanc designatam vel illam: sed vna vel alteram indistincte. ¶ Et quo manifeste patet. qd demonstratis quibuscūqz duobus cōtradictorijs singularibus de futuro hec particularis p̄m p̄philosophum est vera: altera harum duarum est vera: et tamen nulla eius singularis est vera. ita qd non cōtingit dicere hec est vera siue hec siue illa demonstratur. Et similiter hec particularis est vera: altera istarum est falsa: et tamen non habet aliquā singularem veram: quoniam non conuenit vere dici hec est falsa: siue demonstratur affirmatiua: siue nega-

tua. ¶ Et istis autem patet. euidenter qd opinio fuit p̄philosophi qd nulla p̄positio singularis de futuro contingit est determinate s̄m se sumpta: vera vel falsa. Et minor multū quomodo aliquis intelligens: putet p̄philosophū illud sensisse preteritum saltem cum oppositum dicentes nullum textū / vel sententiā p̄philosophi ad p̄bationem sui dicti adducant vel adducere possint: quod autem dicunt quidam: non esse verisimile ipsum sic errasse cum multa manifesta inconueniētia ex hoc sequantur ista a p̄parenter: non est amicabile excusatio: sed potius p̄m veritatem accusatio: quoniam sequela inconueniētiā non enim illud non sensisse: sed non debuisse sensisse. cōuenit. ¶ Preterea. Constat qd etiā Cullius tam magnus p̄philosophus qui propter rationem supra factā p̄philosophi negauit omnē p̄cisiōem futurorum: vt patet in questione sequētibus: habuit etiam in p̄missa conclusione cum p̄philosopho cōuenire. ¶ At in moderni magni doctores dixerūt cōclusionem p̄philosophi nō solū fuisse de intentione p̄philosophi: sed etiam esse verisimilem et v̄t qz demonstratiuam: p̄pter quod non sic excluditur ex toto verisimile qd p̄philosophus illam fuerit opinatus q̄bz ipsa sit falsa. Cui etiam accidit qd in pluribus alijs turpissime errauit. Et in aliquibus etiā sibi contradixit: vt patet in conclusione precedentii. ¶ Supra dictā quoqz cōclusio: Aureol? nem quā nullus debet dubitare fuisse: quidam doctor dicit esse verisimilem et ad eius oppositam. necessario sequitur. di. 38. q. 1. inconuenientia ad que deducit p̄philosophus. Unde ad eius declarationem: probat duas conclusiones. ¶ Quax̄ rum prima est qd si talis p̄positio est vera illa immutabiliter et inuitabiliter est vera. ¶ Secunda qd ex illa inuitabiliter et necessaria sequitur: qd tale futurum necessario ponatur in esse. ¶ P̄ima probatur dupliciter. p̄imo quidem: quia si ipsa mutari posset ne sit vera: aut ergo in instanti quo est vera. Aut in precedentii. Aut in sequenti: v̄t qd in instanti quo res fiet. Aut in instanti in quo res fiet. Hec potest dici primum: quia tunc in eodem instanti esset vera et non esset vera. Hec scdm̄. tunc qz in instanti dato est vera. ergo et in omni precedentii fuit vera. Et ita si tunc mutari poterat in fallitatem poterat simul esse vera et nō vera. tunc qz si in instanti precedentē mutaretur: sequitur qd ante amitteret veritatem: q̄z haberet: quod nihil est dictu. Hec tertium dici potest: qz si in aliquo tali instanti (vt pote cras) sit falsa: impossibile est qd fuerit heri vera. datur enim oppositum. scz qd fuerit heri vera: et hodie falsa: hoc erit propter aliquam mutationem factam in re: sed hoc est falsum: quia nondum res est: nec subest alicui potentie in actu: et per consequens: cum nihil mutetur circa rem) nihil mutabitur circa p̄positionem. Hec valet dici quartum. i. qd in instanti in quo res fiet mutetur p̄positio a sua veritate: tunc quia veritas illa transit in preteritum. h̄am. v̄t qz ad illud instans verum fuit qd illud erit: quod autem transit in preteritum incommutabile est: vt patet. 6. ethicorum. hoc solo priuatur deus et c. Tunc etiam si tunc mutetur: aut hoc erit: quia significatum eius poneretur in esse: et sic non mutabitur: sed potius confirmabitur in sua veritate: aut oppositum sui significati ponetur in esse: et tunc etiam non mutabitur: quia sequitur: qd nunqz fuit vera: sed semp falsa. Et ergo in nullo instanti talis p̄positio possit mutari a veritate in fallitatem: necesse est immutabiliter vera si ipsa est vera: ¶ Secundo sic. illud quo posito in esse pro aliquo instāti ponetur pro semp in esse: si pro aliquo instāti ponatur, esse ponitur immutabiliter esse. patet quia illud quod sibi de terminat sempiternitē in essendo in nullo tempore mutari potest: sed si p̄positio de futuro pro aliquo instāti ponitur vera: ponitur pro semp vera. h̄am si pro aliquo instāti est vera: pro quolibet instanti precedenti et sub-

sequenti: quod suum significatum est futurum: est vera. Et tunc in instanti quo illud ponitur transit a futuritione in presentia: et est verum quod illud est: et postea in preteritionem et erit verum deinceps in eternum quod illud fuit et sic perpetuabiliter illa veritas permanebit. si ergo propositio de futuro ponitur pro aliquo instanti vera est immutabiliter vera. Secunda propositio probatur: quia sequitur consequentia necessaria: propositio de futuro est vera. ergo tale futurum ponetur in esse: hoc probatur dupliciter. Primo quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. sequitur enim tale futurum. (verbi gratia for. erit) non ponetur in esse: ergo for. non erit. et ultra. ergo hec non est vera: for. erit: ita vniuersaliter sequitur. futurum quod propositio enunciat futurum: non erit vel non ponitur in esse. ergo illa propositio de futuro non est vera. Secundo idem probatur: quia idem penitus significant futurum et venturum. ergo si aliquid est futurum: sequitur quod illud eueniet: et si hec est vera: aliquid. verbi gratia. for. erit de necessitate hec est vera. for. eueniet: et ponetur in esse. et sic patet quod hec consequentia est etiam necessaria. propositio de futuro est vera ergo tale futurum ponetur in esse. ergo si antecedens est immutabile et inenitabile consequens est immutabile et inenitabile. probatum est autem supra quod si propositio de futuro est vera. ipsa est immutabiliter vera. igitur si propositio de futuro est vera. futurum inenitabiliter ponetur in esse: et sic nihil contingenter eueniet: vt deducebat philosophus. Et hoc quantum ad primum articulum.

Nunc secundo videndum quid fin veritates sentendum est de questo. Et circa hoc pono. s. conclusiones. Prima est quod omnis propositio singularis de futuro est vera vel falsa. ita quod cuiuslibet talis contradictionis contingit vere dici. hec pars determinate est vera et illa falsa: quibus nos que sit determinate vera vel falsa nesciamus. Et hanc conclusionem probat primo ex eodem principio super quo principaliter philosophus sustentatus est in probando conclusiones oppositam: videlicet quod veritates propositionis sequitur esse rei et euenire. Et non esse rei concomitatur falsitas propositionis et euenire. quod quidem tenet in qualibet materia: et in cuiuslibet temporis propositionibus sicut philosophus vult supra patet. Sumo ergo istam gratia exempli antichristus erit. Et arguo sic. hec est vera: aut non vera. si est vera habeo propositum. si non tunc sic sequitur. hec. antichristus erit non est vera. ergo antichristus non erit: et antecedens est verum per responsonem. ergo et consequens erit verum. ultra. ergo hec est falsa antichristus erit: per legem contradictoriarum qua etiam philosophus supra in secunda conclusione usus est: videlicet si vna est vera reliqua est falsa et euenire. et sic habetur propositum: scilicet quod hec. antichristus erit est vera vel falsa: quia sequitur. hec est falsa. ergo est vera vel falsa. Similiter ex alio habetur intentum: quia opposita est vna singularis de futuro: et est vera vt conclusum est. quod autem sequatur. hec non est vera antichristus erit. ergo antichristus non erit: sicut assumptum est primo. patet quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis: sequitur enim per principium assumptum de mutua consequentia rei ad veritatem propositionis. antichristus erit. ergo hec est vera antichristus erit: et per consequens contradicere illi antecedenti. Secundo ex eodem principio arguo sic. aut hec propositio antichristus erit est vera. et habeo propositum: aut non: et tunc arguo. si hec non est vera. ergo antichristus non erit. patet ex proxima probatione per illud assumptum et ultra per aliquod principium. quia scilicet non esse rei concomitatur falsitas. in propositionibus sequitur. antichristus non erit. ergo hec est falsa/ antichristus

erit. ergo quicquid sequitur ad consequens sequitur ad antecedens. sequitur hec antichristus erit non est vera. ergo hec antichristus erit est falsa: et si sic. ergo et opposita est vera. Et ex eodem principio. sequitur si vtraque simul vera vel falsa: et sic contradictorie erunt simul vere/et simul false: quod est simpliciter falsum et inconueniens et philosophus in hac materia reputat etiam impossibile: vt patet in probatione sue secunde conclusionis. quod autem vtriusque sequatur probat: vt breuius fiat sit. a. ista propositio antichristus erit. et sit. b. opposita. f. antichristus non erit: et ita in sequentibus supponant. a. et. b. pro illis propositionibus: tunc sic. a. non est vera. ergo. a. est falsa. patet ex premisiis rationibus. Item. b. non est vera. ergo. b. est falsa. patet eodem modo: et sic ambe false. Et ulterius sic. a. est falsa. ergo per legem contradictoriarum. b. est vera. et per idem sequitur. b. est falsa. ergo. a. est vera: et sic ambe simul vere: et ambe simul false. Secundo ad idem ex alio principio verissimo et firmissimo: videlicet quod contradictionis non est dare medium per abnegationem quod idem philosophus dicit esse verissimum. 4. meta. iuxta finem: et negates hoc ipse improbat ibidem. Unde postquam probauit contradictoria non contingere esse simul vera factis cito subdit. at vero nec contradictionis medium nihil esse contingit: sed necessarium aut dicere/aut negare vnum de vno quodcumque sit illud. Item in proposita materia vult idem principium esse verum. Unde in secunda conclusionem dicit et probat quod non vere dicitur de aliquo contingenti/ neque erit/ neque non erit. Et hoc arguitur sic. impossibile est esse medium hoc modo inter contradictionis aliqua. ergo impossibile est aliqua propositionem esse/ neque vera/ neque falsam. ergo. a. non est neque vera neque falsa: et per ista est vera vel falsa: et ita de. b. et de qualibet singulari demonstrata potest inferri. Secunda consequentia patens est. et primam probat: sicut ipse philosophus vbi supra. 4. meta. probat antecedens. sumit enim pro principio definitionem veri et falsi dicens. dicere namque ens non esse/ aut hoc/ scilicet non ens esse falsum. aut enim ens esse/ aut non esse verum est. Et quo patet quod quilibet propositio enuntians transesse quod est/ vel fuisse quod fuit/ aut futurum esse quod erit/ vel non esse quod non est/ vel non fuisse quod non fuit/ aut non fore quod non erit: est vera. secus autem est falsa. Si ergo sit possibile aliqua propositionem esse neque vera neque falsam: sit illa gratia exempli. a. tunc arguo. a. non est vera neque falsa. ergo neque antichristus erit neque antichristus non erit. patet. quia si non sequitur stabit oppositum. si vel antichristus erit vel antichristus non erit. Si igitur antichristus erit. ergo. a. enuntiat forte illud quod erit: et per consequens est vera: et repugnat antecedenti. Si vero antichristus non erit. ergo ipsa est falsa: quia enuntiat forte quod non erit: quod etiam antecedenti repugnat: et per consequens primum consequens sequatur: scilicet neque antichristus erit/ neque antichristus non erit. Et quo ultra sequitur. antichristus neque erit neque non erit. ergo habetur medium in contradictione. Foris ita concidet quis istam consequentiam. a. non est vera neque falsa. ergo neque antichristus erit neque antichristus non erit: sed vteriorum negabit in qua infertur ista categorica de predicato copulato antichristus neque erit neque non erit. Contra. primo quidem ex concessio habetur propositum: quia et quo ista est impossibilis. neque antichristus erit neque antichristus non erit. ergo ista ex qua sequitur est impossibilis quod est propositum: quod autem hec sit impossibilis patet: quia ex ipsa sequitur quod vtraque contradictoria sit falsa: sicut etiam patet per probationem philosophi: ac etiam Boetij supra in prima ratione secunde conclusionis illud autem repugnat primo principio: ac etiam ipsi philosopho. 4. meta. ac etiam vbi supra qui reputat impossibile

4. meta. 2. c. 27.


2. c. 27.

2. c. 27.

2. c. 27.

quod si vna contradictoria sit vera reliqua non sit falsa. et e contra. Secundo quia secunda consequentia etiam est necessaria. ex eo quod semper ex copulativa cuius partes sunt due singulares de inesse negatiue ad categoricam singularem etiam de inesse negatiue de predicato copulato et predicatis partium copulatiue et de eodem subiecto est necessaria consequentia (verbi gratia. for. non scribit neque for. disputat. ergo for. neque scribit neque disputat nec est possibile instantia reperire in aliqua materia. Præterea. oppositum consequentis. videlicet hec. antichristus erit vel non erit. nullo modo est compossibile cum ista: neque antichristus erit neque antichristus non erit sicut patet cuiuslibet intuitu. ergo ista consequentia est bona. Præterea. probat ista principaliter consequentia ex eodem fundamento sic. si. a. non est vera. cum ipsa enunciet antichristus fore. ergo antichristus non erit: et si ipsa non est falsa. ergo nec antichristus non erit. ergo si ipsa non est vera neque falsa ergo antichristus quem enunciat fore neque erit neque non erit. Et due tertie consequentie patent ex diffinitionibus veri et falsi. et prima est euidentior: et si ipsa antecedens infert propositum consequens. Præterea. philosophus per hoc precise quod omnis affirmans vel negans necessario verum dicit vel mentitur. probat quod nullius contradictionis est medium. ergo eum oportet vterius concedere quod omnia enuntiatia sit vera vel falsa. Præterea. ipse ibidem probat nullius contradictionis esse medium arguitur: quod si alicuius ponatur. eadem ratione et cuiuslibet negatur. nisi quis loquatur ad libitum. vnde ait. amplius preter omnes oportet esse medium contradictionis nisi orationis causa dicatur. ita in proposito si alicuius contradictionis negatur hac esse vera: illam vero falsam: eodem modo dici poterit in qualibet siue sint propositiones de presenti siue de preterito. Et certum est: quod nunquam magis illud poterit reprobari quam in illis de futuro: quoniam non poterit argui efficaciter nisi virtute primi principij quod quidem equaliter valet vel non in omnibus. quapropter ista peroptime infringunt primum principium. Præterea. per contradictionis singularem categoricarum de futuro contingenti negatur hanc determinate esse veram: illam vero falsam: pariter poterit negari quod contradictoria de futuro contingenti: quarum vna sit vniuersalis reliqua particularis: similiter. hypotheticarum vt copulatiue et disunctiue et vniuersaliter quarumque contradictoria. circa futura contingenti. hec determinate sit vera: illa vero falsa: et per consequens vniuersaliter excludi poterit primum principium a materia futurorum: ac per nihil certum poterit affirmari vel negari de eis: quod etiam ipsi philosopho repugnat. Tertio principaliter et alio principio ab omnibus et a philosopho etiam in hac materia concessio scilicet quod impossibile est aliqua contradictoria esse simul vera in quacumque materia formentur. arguo principaliter ad conclusionem sic. sequitur. a. non est vera neque falsa. ergo antichristus erit: et antichristus non erit. ergo si antecedens est verum. cum consequens includat duas contradictorias due contradictorie erunt simul vere. probat autem consequentia prima. quia si. a. non est vera cum sit propositio affirmatiua. ergo enunciat fore quod non erit. patet ex diffinitione veri: et non enunciat fore nisi antichristum. ergo antichristus non erit. si quoque ipsa non est falsa. ergo enunciat fore illud quod erit. patet quia ex quo enunciat antichristus fore si antichristus non erit. est falsa: patet ex diffinitione falsi. ergo ex opposito consequentis scilicet non est falsa: sequitur oppositum antecedentis scilicet antichristus erit. Quarto ista propositio repugnat alijs principijs in se veris et a philosopho alibi concessis tam certissimis primo quidem: quia sicut supra demonstratis quibuscumque singularibus de futuro contradictorijs hec particularis est vera. altera illarum est vera. si ergo vt dicitur nec hec

demonstrata est vera nec illa sequitur quod est aliqua particularis vera cuius sunt alique singulares: et nulla tamen est vera. patet: sed hoc expresse repugnat sibi primo principio: et primo quidem vniuersalis negatiue tandem ad hoc virtualiter reducit quod si particularis est vera affirmatiua oportet quod predicatum verificetur de subiecto pro aliquo singulari demonstrato: et per consequens quod aliqua singularis eius sit vera. verbi gratia. conuertatur ista. nullum b. est. a. nullum. a. est. b. probat quia non sequitur. oppositum detur. scilicet aliquid. a. vt. c. est. b. tunc non erit verum vt ait quod nullum. b. est. a. quia. c. quod est. b. est. a. et per consequens. b. est. a. quod est oppositum primi. constat autem quod totum hoc sustentatur in eo: quod designatur aliquid singulari sub. a. de quo verificatur. b. Unde et Thuerrois ibidem sumpto opposito primi consequentis: scilicet hoc quod daz. a. est. b. ponamus inquit illud aliquid sensibile sit. c. et. Si autem dicatur quod non oportet dare aliquid singulari signatu sub. a. probatio nulla erit. Nam ille due non formaliter contradicunt. nullum. b. est. a. quoddam. a. est. b. quare non probabitur conuersio illa. et per consequens nec e converso alicuius alterius propositionis. cum quilibet probetur vltimate per conuersionem vniuersalis negatiue: et ultra sequitur quod omnis perfectio syllogismorum qui per conuersionem perficiuntur sit inualida et infirma. sic tollitur magna pars logice et doctrine philosophi. Unde in hac materia hec conuersio: et consequentia posset negari. nulla propositio singularis categorica de futuro contingenti est vera propositio. ergo nulla propositio vera est. propositio singularis categorica de futuro contingenti. Nam oppositum consequentis non repugnat antecedenti formaliter. nec dabitur aliqua singularis ex qua posset inferri oppositum antecedentis. nec potest dici quod per primum conuersionem habetur oppositum antecedentis: quod vt dictum est: quilibet alia propositio conuertitur virtute conuersionis vniuersalis negatiue: sicut patet primo priorum. sed negare illam conuersionem certum est non esse de ne logicum. Præterea. sequitur vnum de duobus. videlicet quod erit aliqua propositio vniuersalis falsa cuius quilibet singularis est vera: vel due contradictorie simul vere: quod est absurdum. de secundo quidem patet ratione primi principij. de primo autem quia per propositionem vniuersalem si est affirmatiua non denotatur nisi quod predicatum affirmetur vere de quolibet singulari sui subiecti/ aut quod vere negatur a quolibet singulari sui subiecti si sit negatiua: et ideo vniuersalis et copulatiua ex oibus eius singularibus semper conuertuntur: et impossibile est vna esse veram quin reliqua sit vera et e converso. propter quod et commune dictum est. quod ad veritatem vniuersalis sufficit quamlibet singularem eius esse veram. Sed consequentiam probat. Nam demonstratis gratia exempli. a. et. b. et philosophum. hec est vera. altera illarum est vera. aut igitur hec etiam est vera neutra istarum est vera que est contradictoria prime: et sequitur secunda pars consequentis: aut ipsa est falsa: quod dicere oportet: cum eius contradictoria ponatur vera: et tunc sequitur prima pars consequentis: quia vtraque singularis eius est vera. Nam hec est vera. hec demonstrata. a. non est vera. Et similiter hec est vera. hec demonstrata propositione. b. non est vera: et iste sunt singulares istius vniuersalis: neutra istarum est vera demonstratis. a. et. b.



a

b

c



ua erit vera cuius nulla pars erit vera: quod etiam vide-  
tur inconueniens logico. consequentia patet. Nam hec co-  
pulatione est falsa. antichristus non erit/ neq; antichristus  
non erit. Nam ex ipsa sequitur q; due contradictorie sint  
simul vere. sicut supra per philosophum in sua secunda  
conclusionem et Boetium declarabatur q; ex ista de copu-  
lato predicato antichristus/ neq; erit/ neq; non erit sequi-  
tur: q; due contradictorie sunt simul false, et eque paten-  
ter nihil plus sequitur ex ipsa copulatione. cum ergo ipsa  
sit falsa sequitur per legem contradictoriarum q; eius con-  
tradictoria est vera. ea autem est ista disunctiua. vel an-  
tichristus erit/ vel antichristus non erit. cuius neutra pars  
est vera in philosophum. ¶ Ultima specialiter contra  
doctorem illum consentientem in opposita conclusione  
philosophi arguo theologice. q; si vera sit ista positio: se-  
quitur q; nulla pnenuntiatio singularis de futuro contin-  
genti contenta in sacra scriptura esset vera: patet conse-  
quentia. sed proba consequens esse falsum. sumo enim hanc scri-  
pturam actu. i. Ihesus qui assumptus est a vobis in  
celum sic veniet/ aut hec est vera: et habeo ppositum/ aut  
non est vera: et sic sequitur q; hic Ihesus non veniet: quod  
est expresse hereticum: et consequentia patet ex principio  
primo assumpto. ¶ Preterea. In sacra scriptura non so-  
lum tales pnenuntiationes ponuntur: sed etiam habetur  
expresse q; ipse sunt vere. ergo dicere illas non esse veras  
est hereticum. Assumptum patet ex Apoca. Joani ubi eni  
dicitur. Et absterget omnem lacrymam ab oculis eor: que  
est pnenuntiatio singularis de futuro contingenti. Et  
immediate dicitur Joani scribere: q; hec verba fidelissima  
sunt et vera. ¶ Preterea. Aug. in libro de predestinatione  
gratie qui etiam intitulatur de voluntate dei. Cum in  
sacrarum inquit voluminibus litterarum/ seu futurorum  
quid propheticum spiritu pnenuntiationibus/ seu preterito-  
rum hystorica veritate narrantibus/ seu vite monita apo-  
stolica auctoritate tradentibus: aliqua veluti diuersum  
sonante sententia/ vel monetur lector/ vel sollicitatur audi-  
tor: sequitur hic lucidius apparere: ibi altius latere: nisi  
q; tñ deesse nouerit veritate. Ecce q; nunq; deest veritas  
in his que spiritu propheticum futura pnenuntiantur. plu-  
rime autē auctoritates: tam canonice q; sanctorum ad id  
possent adduci: sed iste nunciatus sunt. ¶ Secundo nulla  
enuntiatio singularis est. sequitur q; deus non certe et de-  
terminatē preciret que pars contingentis sit futura/ vel  
non. patet quia cuiuscūq; sciti enuntiatio si somatur est  
vera: sed consequens est hereticum expresse: vt patebit in  
sequenti questione. ¶ Secunda conclusio est q; omni talis  
propositio vera de eo: quod est vere futurum: quando-  
cūq; fuit si fuit. fuit vera. Et si semper fuisset: semper fuisset  
vera. probat q; sumatur a. gratia exempli: quia sicut  
de vna probatur: ita de qualibet potest pbari. Et arguo  
sic. a. est p. ergo antichristus erit si antichristus erit qñ-  
cūq; fuit. si fuit. fuit vera. et si semper fuisset: semper fuisset  
vera. maior patet ex primo principio assumpto ex pri-  
me conclusionis probatione. minor probatur. quia si. a.  
semper fuisset semper enuntiasset antichristum fore: et per  
consequens enuntiasset futurum quod vere futurum erat:  
et per consequens per diffinitionem veri sequitur q; sem-  
per fuisset vera: et suppono q; sicut nunc. a. significat: ita  
semper significat: quia si non fuisset significatiua/ aut fuisset  
instituta ad aliquid significandum probatio non pro-  
cederet. Eodem modo potest probari q; si aliqua talis est  
falsa si semper fuisset: semper fuisset falsa. sic arguendo. si  
b. est falsa. ergo antichristus non erit. patet quia si anti-  
christus erit ipsa non est falsa. ergo si b. semper fuisset: sem-  
per fuisset falsa: quia enuntiasset non fore quod vere erat  
futurum. ¶ Tertia conclusio q; nulla propositio singula-  
ris de inesse affirmatiua/ vel negatiua de futuro: cuius

Cap. 1.

Cap. 8.

enuntiabile sit vere futurum contingens ad vtrūlibet est  
necessario/ vel inuitabiliter vera. Probato sic. Cuiuslibet  
talis singularis contradictoria est possibilis. ergo nulla  
est necessaria/ vel inuitabiliter vera. Consequentia pa-  
tet: quia alioquin contingeret aliqua contradictoria simul  
esse vera. Antecedens probatur ex eo: q; tale contingens po-  
test fore potest et non fore. et si ponatur inesse sicut est possi-  
bile. tunc affirmatiua erit vera. et per consequens contra-  
dictoria negatiua est possibilis. ¶ Quarta conclusio. q;  
nulla propositio de inesse particularis/ vel vniuersalis affir-  
matiua enuntiata aliquam entitatem contingentem futu-  
ram esse futura est necessaria. Probatur q; hec est possi-  
bilis: nulla entitas contingens futura erit. ergo nulla talis  
vniuersalis/ vel particularis est necessaria. consequen-  
tia patet: quia illud antecedens est impossibile cuius-  
libet tali vniuersali/ vel particulari. Antecedens autem pa-  
tet: quia possibile est q; nulla huiusmodi vniuersalis sit: et per  
consequens q; nulla sit futura: quo posito. hec erit vera. nul-  
la entitas contingens futura erit. ¶ Hoc infero q; fal-  
sum dicitur aliqui doctores ponentes has esse necessarias.  
omne contingens futurum erit. si futurum loquitur summa-  
tur pro aliqua entitate contingente futura: et patet quia  
hec est possibilis. nullum futurum contingens erit: que  
est contradictoria particularis et contraria vniuersalis.  
Dico tamen q; vtraq; harū est necessaria. si subiecta stent  
pro enuntiabilibus complexis enuntiationum de futuro:  
tam affirmatiuarum/ q; negatiuarum. proba. q; impossi-  
bile est: quin cuiuslibet contradictio de futuris contin-  
gentibus: alterum. contradictio eorum enuntiabilium sit  
futurum. hoc patet. quia ex opposito sequitur q; esset pos-  
sibile esse aliquas duas enuntiationes de talibus futuris  
inuicem contradictorias: quarum neutra esset vera: quod  
est falsum. patet quia illud enuntiabile dico futurum qd  
contingit enuntiar per enuntiationem: de futuro veram  
affirmatiuam/ vel negatiuam: sicut si hec est vera. ego le-  
gam cras: dicimus q; futurum est q; ego legam cras. Et  
si ista sit vera. ego non legam cras: dicimus q; futurum  
est q; ego non legam cras. Idem modo loquitur Augusti-  
nus de vno martyre cum ait. futurum erat vt reges terre  
qui propter idola persequebantur christianos q; propter  
christum idola delerent: dicens. futurum non quidem  
hanc enuntiationem: sed quod per ipsam significatur. Et  
eodem modo dici potest de enuntiabili enuntiationis ne-  
gatiue. futurum erat: vt reges propter christum idola non  
adorarent: et sicut talia enuntiaabilia dicuntur futura sic  
potest dici q; erunt: quo modo loquendi frequenter videtur  
scriptura diuina. Unde dicitur tertio. Et erit in die illo vi-  
dit dominus vocabit me vir meus et non vocabit me baal-  
lim. Et loquitur de synagoga. vbi patet q; de vtroq; enun-  
tiabili: scilicet affirmatiue et negatiue dicit: et erit et hoc  
sepissime in scripturis prophetis inuenitur: que locutio  
vtrum sit propria/ vel impropria non curo. ergo necesse est  
aliqua esse futura: ex quo sequitur q; hec non potest esse  
falsa/ aut non esse vera. omne futurum erit/ ac per hoc est  
necessaria: et per consequens etiam sua particularis: quibus  
autem ipsa sit necessaria: nulla tamē est singularis est ne-  
cessaria: quia nullū tale futurum est de necessitate. futurū:  
cum cuiuslibet oppositū sit possibile: et ideo nulla talis est  
necessaria. hoc futurum erit: quia quilibet huiusmodi im-  
plicat q; illud sit necessario futurum: quod tamen contin-  
git non esse futurum: et per consequens quilibet huius-  
modi est contingens et non necessaria. ¶ Quinta conclusio  
est: q; quilibet talis singularis potest nunq; fuisse vera: pbo  
quia quodcūq; per huiusmodi propositionem enuncia-  
tur fore potest non esse futurum: et quodcūq; enuntiatur

Cap. 1.

non esse futurum: potest esse futurum. ergo quilibet ta-  
lis potest nunq; fuisse vera. Antecedens est notū ex eo: q; il-  
lud est contingens ad vtrūlibet. Consequentia probatur:  
quia de quolibet sequitur hoc non est futurum. ergo nunq;  
fuit vera propositio enuncians ipsum esse futurum. quoniam  
mō si aliqua enunciauit ipsum esse futurum: ipsa fuit falsa.  
et intelligo semper: q; pro eo tempore et illo modo enuncia-  
uerit ipsum esse futurum: quo ponitur non esse futurum.  
¶ Sexta conclusio. q; quilibet talis singularis de futu-  
ro enuncians pro aliquo determinato tempore vel instanti  
futuro. potest esse successiue vera et falsa. sic tamen q; af-  
firmatiua potest esse falsa postq; fuit vera. non autem ve-  
ra postq; fuit falsa: et negatiua potest esse vera postq; fuit  
falsa. non autem falsa postq; fuit vera. Probatur q; hec est possi-  
bilis: scilicet de affirmatiua sic. possibile est q; eius contra-  
dictoria sit vera. postq; ipsa fuit vera. ergo possibile est q;  
ipsa sit falsa postq; fuit vera consequentia patet q; quicūq;  
q; sua contradictoria est vera ipsa sit est: est falsa. Antecedens  
probatur: quia si ponatur inesse illud quod enunciat futu-  
rum: postea sua contradictoria est vera. verbi gratia. ista  
antichristus erit in. c. sit. c. nomen proprium alicuius de-  
terminatē futuri. Si antichristus erit in. c. sit. c. sicut ponitur  
si ista sit vera. post. c. hec eius opposita erit vera. antichri-  
stus non erit in. c. quia nunq; c. erit postea et tunc illa affir-  
matiua erit falsa: et erit verus dicere de ipsa q; ipsa est fal-  
sa postq; fuit vera. ¶ Sed autem ipsa non potest esse vera  
postq; fuit falsa. probatur: quia ipsa non potest esse vera  
nisi ante. c. supposito q; nullum instans preteritum possit  
esse futurum: et sequitur si in aliquo instanti ante. c. sit ve-  
ra q; semper quādo cūq; prius fuit si fuit. fuit vera: vt pa-  
tet ex secunda conclusione. si vero semper fuit vera quādo  
cūq; fuit postq; fuerit. ergo nunq; ante fuit falsa. et per con-  
sequens impossibile est q; ipsa sit vera postq; fuit falsa.  
¶ Secunda pars conclusionis. s. de negatiua probatur sic. affir-  
matiua potest esse falsa postq; fuit vera. ergo negatiua et  
opposita potest esse vera postq; fuit falsa. antecedens pba-  
tū est. consequentia vero patet. q; semper quādo affirmatiua  
vera negatiua (si est) est falsa: et quando affirmatiua est  
falsa negatiua est vera. Sed autem ipsa non potest esse fal-  
sa postq; fuit vera. pbo. quia ista. antichristus non erit in  
c. non potest esse falsa in. c. nec in aliquo instanti post. c.  
patet. ergo si debeat esse falsa hoc erit in aliquo instanti an-  
te. c. quod si ponatur: sequitur: vt patet ex secunda conclusione  
q; semper quādo prius fuit si fuit. fuit falsa: et per consequens  
nunq; fuit vera. Et quo sequitur q; impossibile est ipsa esse  
se falsam postq; fuit vera. ¶ Conclusio septima est q; nul-  
la talis propositio affirmatiua vel negatiua potest esse suc-  
cessiue vera aut falsa: et vera pro instanti illo pro quo enun-  
ciat aliquid fore vel non fore. Idem patet quia si pro quo-  
cūq; instanti ante illud pro quo enunciat aliqua talis p-  
positio sit vera: sequitur q; nunq; prius fuit falsa: sed si fu-  
it quādo cūq; fuit: fuit vera: et si pro aliquo instanti an-  
te illud ponitur esse falsa. consequens est q; nunq; antea  
fuit vera: sed si fuit quādo cūq; fuit: fuit falsa: et ista pa-  
tet ex secunda conclusione. ¶ Octava propositio est q;  
si illa propositio dicatur mutabiliter vera que potest mu-  
tari de veritate in falsitate/ seu magis proprie loquendo  
que potest esse vera et falsa successiue: sic q; aliquando ve-  
rum sit dicere de ipsa. hec est falsa: et prius fuit vera. illa  
vero dicatur immutabiliter vera que non sic mutari po-  
test: et simpliciter falsa dicatur immutabiliter falsa in eod-  
dem sensu: quilibet propositio taliū affirmatiua vera est  
simpliciter loquendo mutabiliter vera: et quilibet negati-  
ua falsa est mutabiliter falsa: affirmatiua vero falsa est  
immutabiliter falsa: et negatiua vera est immutabiliter  
vera. Et patet ex sexta conclusione. Non simpliciter  
autem loquendo. sed cum determinatione scilicet q; sit

vera/ vel falsa mutabiliter ante illud instans pro quo enun-  
tiat. i. q; possit esse successiue vera et falsa/ aut falsa et vera  
ante instans illud. Sic enim dico q; nulla est mutabiliter  
vera/ vel falsa: sed quilibet vera est immutabiliter vera: et  
quilibet falsa immutabiliter falsa: et totū patet ex septi-  
ma conclusione. ¶ Et predictis etiam patet. quomodo ta-  
les propositiones possunt incipere esse vere/ vel false: et quo-  
modo non possunt. Nam sicut aliquis propositio potest/ vel  
non potest esse vera postq; fuit non vera/ aut falsa: postq;  
fuit non falsa. sic potest incipere esse vera/ vel falsa. affir-  
matiua aut potest esse falsa. postq; fuit non falsa: q; potest  
esse falsa postq; fuit vera. vt patet ex sexta conclusione.  
ergo potest incipere esse falsa: et quia non potest esse vera.  
postq; fuit non vera: vt ibidem patet. ideo non potest in-  
cipere esse vera. Et simili modo probatur q; negatiua po-  
test incipere esse vera. et non potest incipere esse falsa. Et ad-  
uerte. q; proprie non dicitur propositio incipere esse vera ex  
hoc predicto: q; ipsa est vera: et non fuit prius vera: quia si  
nunq; ipsa fuit prius. et modo sit: et sit vera. verum est q;  
ipsa est vera: et nunq; prius fuit vera: nec tamen quilibet  
talis proprie dicitur incipere esse vera: sed illa tantū que  
prius non fuit vera/ aut si fuisset: fuisset non vera. alioquin  
quolibet propositio vera nouiter formata diceretur inci-  
pere esse vera: et sic vna propositio geometrica inciperet  
esse vera: quod tamen in cōmuni vtu loquendi absurdum  
diceretur. Quia vero ante instans/ vel tempus futurum  
pro quo enuntiat propositio: nulla talis potest esse falsa.  
postq; fuit non falsa/ aut vera. postq; fuit non vera. vt patet  
ex septima conclusione: pty q; nulla potest ante illud instans/  
vel tempus incipere esse vera/ vel incipere esse falsa. ¶ Sed  
contra potest argui sumēdo aliquā talem propositioem et  
sit gratia ex epl. b. sic. b. non est vera: et potest ante instans  
pro quo enuntiat esse vera. ergo. b. potest ante illud instans  
incipere esse vera. Antecedens patet ex tertia conclusione:  
et consequentia tenet: ex eo q; in antecedente includitur  
vtraq; exponēs consequentia. ¶ Et possit sic confirmari  
consequētia. nam sequit. b. non est vera: et erit ante illud in-  
stans vera. ergo. b. ante illud instans incipit/ vel incipiet esse  
vera. ergo eodē modo sequit. b. non esse vera et c. ergo potest  
incipere et c. ¶ Ratio ad primū pcedo antecedēs positio q;  
b. sit propositio falsa: et nego pnam: et est ratio q; esto q; iste  
essent exponēs pntis: q; tñ illud verbū potest non pced-  
dit in ante nisi alterā earum: et in pntē pcedit illū infini-  
tum incipere: et per pns equiualeat vtraq; exponētē conse-  
quentis: ideo per ans non denotatur q; copulatiua de in-  
esse composita ex illis exponētibus possit esse vera ante  
illa ante illud instans: sed solum denotatur q; vna illarum:  
scilicet hec b. est vera. sit possibilis ante illud instans: sed in  
consequēte denotatur q; tota copulatiua possit esse vera  
ante illud instans: et ideo consequētia non valet. ¶ Et per  
idem patet ad scdm q; prima consequentia: cuius antec-  
dens et consequens sunt mere de inesse est bona: quibus ans  
includat impossibile. Unde scda consequētia non va-  
let: nec sequitur ex prima ppter causam dictam. sed bene  
sequitur: possibile est q; b. non sit vera: et erit ante illud in-  
stans vera. ergo. b. potest incipere et c. sic tñ q; ans sumeretur  
in sensu cōposito et denotaretur totam copulatiua sequē-  
tem esse possibilem: sed tunc tale antecedens est falsum.  
Quantum ad tertium articulū in quo videndū  
est: an contingens est contingens qñ est  
vel qñ non est: pmitto quid intelligo per hoc nomen con-  
tingēs. Et dico iuxta sententiā philosophi primo prior  
q; idem q; per hanc orationem. possibile non necessarium.  
Nam impossibile non dicimus contingere/ neq; etiam ne-  
cessarium nisi equiuoce: vt ibi dicit philosophus. Et ideo  
diffinies contingens ait. Dico autem contingere/ vel con-  
tingens q; cum non sit necessarium posito inesse: nihil erit

per hoc impossibile. Et q. possibile dicitur quo posito non sequitur impossibile. id est hoc totum dicitur q. contingens esse q. cum non sit necessarium possibile. Est ergo distinctio contingens non necessarium possibile vel e converso. possibile non necessarium. sicut ergo aliquid dicitur posse esse et non necesse esse aut posse non esse et non necesse non esse: sic dicitur contingens esse vel contingens non esse: et non solum quando est predicatur secundum adiacens: sed etiam quando tertium qualecunque se predicatum. Et q. non necesse esse: et possibile non esse se consequitur. ideo contingens quod est possibile esse et non necesse esse: est possibile esse et possibile non esse. Et hinc est q. frequenter dicitur q. contingens est indeterminatum ad esse et non esse: quod non debet intelligi de indeterminatione de inesse: videlicet q. contingens non sit nec non sit: q. hoc est impossibile respectu cuiuscunque predicati: alias esset possibile q. duo contradictoria essent simul falsa. Sed intelligendum est de indeterminatione de necessitate negative. videlicet q. non est necesse esse nec necesse non esse: vel de indeterminatione de possibili affirmatiue. videlicet q. potest esse et potest non esse: qui duo sensus sententialem equipollent. Hoc premissis q. tunc contingens est contingens quando potest esse et potest non esse. Ad videndum ergo vtrum quado res est. possit non esse: an quando non est. hoc autem potest dupliciter intelligi. Uno modo q. quando res est tunc sit in potentia vt in futuro non sit. Alio modo q. tunc sit in potentia vt non sit tunc: et hoc adhuc dupliciter. Uno modo sic q. propositio enuncians ipsum non esse: tunc potest esse vera in futuro. Alio modo q. tunc sit possibile ipsam esse vera. Verbi gratia sit. a. aliquid singulare actu existens nunc siue in instanti presentis: quod vocetur. b. q. nunc. a. possit non esse potest intelligi tripliciter. vno modo q. nunc. a. potest in futuro non esse: ita q. possibile est post nunc se non in istis. b. hac esse vera. a. non est. Secundus sensus est q. nunc. a. potest in futuro non esse in isto instanti qd est. b. a. possibile est q. post. b. hec sit vera. a. non est in b. Tertius sensus est q. nunc. a. potest non esse nunc: aut q. post. b. sit vera. a. non esse: vel a. non esse: vel a. non esse: et eo de modo potest etiam tripliciter intelligi q. res que nunc non est potest esse. Secundum sensum primum articulus iste non habet difficultatem. Ita certum est. q. potest sic. pbari breuiter q. aliquid nunc est: quod non impossibile est non esse. ergo aliquid nunc est quod nunc potest non esse: et vltra. ergo aliquid quando est potest non esse. Et eodem modo potest argui. q. aliquid (quando non est) potest esse: q. aliquid nunc non est: qd non est impossibile esse. Antecedens primum patet: quia multa sunt singularia et corruptibilia et annihilabilia: et consequens non impossibilia non esse: que tamen nunc actu sunt in rerum natura: et consequens sunt satis euidetes. Preterea. Si hoc non sit verum sequitur q. nihil sit possibile non esse nisi quando non est. nec aliquid possibile esse nisi qd est. sicut opinati sunt megarici: quorum opiniones philosophi reprobant. 9. meta. sic enim. vt dicit ibi philosophus sequitur q. habens visum non potest videre nisi qd actu videt nec edificator potest edificare nisi quando actu edificat: nec aliquid qd non sit potest fieri: aut quod non mouetur moueri. et generaliter tollitur omnis possibilitas generationis vel corruptionis vel noue mutationis in entibus que omnia sunt absurda. Sed contra hoc potest argui: quia si aliquid quando est potest non esse. ergo qd aliquid potest esse: potest non esse: et vltra. ergo aliquid simul et semel potest esse et non esse. consequentia prima patet: q. qd aliquid est potest esse. scda patet: q. id est dicitur: qd potest esse potest non esse: et simul et semel potest esse et non esse. Ad hoc dicunt aliqui argumentationem esse necessariam: et concedunt consequens quod dicitur esse verum: licet non in sensu composito: q. impossibile est q. id est simul sit et non sit. Sed illud non est

l. c. 5.

monach q. 2. art. 3. 5. mos. vbi supra

bene dicitur. Ita sequitur: aliquid simul et semel potest esse et non esse. ergo aliquid potest esse et non esse. signetur ergo aliquid tale: et illo demonstrato arguo. hoc potest esse et non esse. ergo ista est possibilitas hoc est et non est: qd tunc est falsum: et consequentia patet: q. quelibet categorica singularis de possibili cuius subiectum est nomen proprium: aut pronomen demonstratiuum precise: si est vera habet aliquam de in esse possibile: ita q. quelibet talis si est vera: est vera tamen in sensu composito qd in sensu diuiso. Respondeo ergo aliter et nego consequentia secundam: non enim sequitur: aliquid qd potest esse potest non esse. ergo aliquid simul et semel potest esse et non esse: ita q. consequens sit vna copulatiua composita ex duabus de possibilitate: ista tamen non inferuntur: sicut etiam non sequitur. hoc demonstrato petro: potest portare hunc lapidem: et sit lapis podus ad equatum virtuti petri et pot portare hunc lapidem demonstrato alio eiusdem poderis. ergo petre. vel hoc eo demonstrato: potest portare hunc lapidem: et hunc vtroque demonstrato. Similiter ista copulatiua de possibili non requirit ad eam veritatem vna de inesse copulatiua possibilis: sed sufficit q. vtraque eius pars diuisim sit possibilis: sicut patet in exemplo addito. Tunc ad probationem consequentie. Dico q. non est idem dicitur et. sed est idem dicitur quando potest esse potest non esse: et simul et semel potest esse et potest non esse. Secundum autem sensum secundum adhuc minus habet difficultatem articulus iste. Ita per solam probationem instantis b. (sit. b. instans in quo petrus est siue petrus corripatur siue maneat) hec erit vera. petrus non est in a. et ideo hec est vera in secundo sensu. petrus qui est in b. potest non esse in b. Sed in tertio sensu articulus est difficilis. Et circa ipsum sunt opiniones contrarie: mihi tamen apparet vera esse que dicit q. aliquid qd est nunc: potest non esse nunc: sic q. propositio enuncians ipsum non esse sit nunc vera. Et hanc conclusionem probabo primo et suppono communiter cum alijs q. est aliqua causa libera. Et q. causa libera i hoc differt a naturali: q. potest omnibus requisitis ad agendum potest agere et potest non agere. Naturalis autem non potest non agere: sed necessario agit: sicut patet 9. meta. et vtraque partes doctores concedunt. Tunc sumo aliquam vnam causam liberam: et sit voluntas petre. que vocatur. a. que potest omnibus requisitis ad volendum. c. potest elicere volitionem circa. c. et potest non elicere. Et suppono aliud satis conueniens: q. voluntas potest volitionem producere in instanti: quod suo loco probabitur. Sit ergo instans in quo oia requisita ad volendum. c. concurrunt. b. Arguo sic. a. potest elicere volitionem circa. c. in instanti. b. et potest non elicere: ita volitionem in instanti. b. et a. vel elicet talē volitionem in b. vel non elicet talē volitionem in b. ergo veta. potest elicere volitionem circa. c. et in instanti. b. et tunc non elicet: vel potest non elicere huiusmodi volitionem in instanti b. et tamen tunc elicet: et vocetur volitio illa. d. et tunc vterius infero. ergo vel hec propositio d. non est: potest esse vera in instanti b. et tamen tunc hec est vera. d. est. vel hec propositio d. est: potest esse vera in instanti. b. et tunc hec est vera. d. non est: et siue hoc detur: siue illud habetur propositum. His primis qd ad primam partem eiusdem ex suppositione prima patet: quo ad secundam vero ex virtute primam principij consequentia etiam prima clara est: q. si a. elicet huiusmodi volitionem in instanti b. et potest elicere eam in b. et potest etiam non elicere in b. ergo elicet in b. et potest non elicere in b. Eodem modo patet: q. si ipsa non elicet q. ipsa non elicet: et tamen ipsa potest elicere: consequentia etiam secunda euides est: q. si a. potest non elicere. b. in instanti b. hec potest esse vera. in instanti b. a. non elicet d. et per consequens: hec etiam potest esse vera. d. non est: et similiter si a. potest elicere d. et tunc potest esse vera in instanti b. et per consequens etiam hec d. est: potest tunc esse vera. Et quo patet: q. vtraque istarum d. est. d. non est: diuisim po-

l. c. 5.

9. meta. l. c. 10.

schal. l. di. 3. 2. q. de pde.

test esse vera in instanti b. et constat q. altera tunc est vera. Si ergo hec sit vera. d. est ergo tunc ipsa est vera in instanti b. et tunc hec. d. non est. potest tunc esse vera: quia tunc non sit possibile q. vtraque coniunctim et simul sit vera: sed si affirmatiua est vera: negatiua est falsa: et e contra: si negatiua est vera: affirmatiua est falsa. Si quis autem scdm suppositionem premissam. q. voluntas potest elicere volitionem in instanti non admitteret: formetur ratio de deo: et aliqua creatura quam potest deus in instanti producere libere: et pariter concluditur propositum. Preterea. Sit b. instans presens et arguo sic: hec consequentia. deus potest producere in b. vnum angelum. ergo deus producit in b. vnum angelum: non est bona in b. et antecedens est verum: vt patet ex suppositionibus: et non implicat contradictionem. ergo oppositum consequentis potest esse verum simul cum antecedente in instanti b. alias contingeret q. et consequens et eius oppositum essent simul falsa in b. et sic hec. deus non producit vnum angelum in b. et hec: deus potest producere vnum angelum in b. possunt simul esse vere in b. ponatur ergo in esse: et habetur propositum: q. tunc simul dum ista est vera: deus non producit vnum angelum in b. hec est possibilis. deus producit vnum angelum in b. licet ipsa sit falsa: nec possit esse simul vera cum prima. Sed aut prima consequentia sit simpliciter sumpta non sit bona in b. vt primo assumpti. pbo primo: q. si illa esset tunc bona eadem ratione ista esset tunc bona: deus potest producere duos angelos in b. ergo producit duos angelos in b. et similiter hec. deus potest producere tres in b. ergo producit tres in b. Et vltra ergo quotquot potest producere in b. tot producit in b. qd tunc est falsum: q. in nullo instanti deus potest tot producere: quin possit tunc plures producere. Secundo q. si tunc ista esset bona consequentia: eadem ratione hec esset bona: deus non potest producere vnum angelum in b. ergo deus non producit vnum angelum in b. et per consequens hec etiam esset bona. deus potest non producere vnum angelum in b. et potest producere vnum angelum in b. ergo producit vnum angelum in b. et non producit vnum angelum in b. sed constat q. ista non est bona: q. antecedens est verum: et consequens implicat contradictionem. Tertio q. consequentia non sit bona: patet ex differentia agentis liberi et agentis naturalis supra premissa. Hanc conclusionem tenere habent quicquos tenent deum potuisse producere creaturam aliquam ab eterno: quicquos etiam tenent q. possibile fuit angelum mereri in primo instanti sui esse: de quibus suis locis videbitur. Sed contra eam arguit quidam doctores tenens partem oppositam: et supponit vnum quod dicit esse communiter: tam a theologis q. a philosopho concessum. q. per nullam potentiam etiam diuinam potest fieri de preterito non preteritum: quin semper sit post verum dicere q. fuit preteritum: quo supposito arguitur sic. illec modo est vera. voluntas vult c. in instanti b. ponatur q. ita sit. ergo post b. semper hec erit vera. voluntas voluit c. in instanti b. immo et necessaria: quia omnia propositio vera mere de presenti habet aliquam de preterito necessariam: per consequens sua opposita erit impossibilis. Et quo sequitur. q. si ista modo sit vera in instanti b. per nullam potentiam potest vni fieri q. ipsa sit falsa in b. et per consequens: nec q. ista sit vera in b. voluntas non vult c. in b. Secundo ad idem potest argui ex intentione magistri secundo sententiarum distin. 25. vbi ait: sciendum est q. lib. arbi. ad presens: vel ad preteritum non refertur: sed ad futura contingentia: quod enim est in presenti: determinatum est: nec enim in potestate nostra est: vt tunc sit: vel non sit quando est: potest enim non esse: vel aliud esse postea: sed non potest non esse: dum est vel aliud esse: dum illud est quod est: sed in futuro: an hoc sit: vel illud ad potestatem libe. arbi. spectat. Eandem sententiam po-

nit venerabilissimus Iulio libro. 1. de sacra. Tertio p. 5. c. 22 si in instanti b. est volitio vel aliquid aliud: et possibile est: q. in eo instanti ipsa non sit: ponatur in esse: et tunc sequitur q. in eodem instanti sit et non sit: quod est impossibile. Quarto potest argui per istam propositionem philosophi omne qd est quando est: necesse est esse. Philo soluti de predictorum premitto q. aliquid qd est in aliquo instanti possit non esse in illo instanti: sic q. propositio enuncians illud non esse possit esse vera in illo instanti potest intelligi tripliciter. Uno modo q. hoc sit possibile in sensu composito sic q. in illo instanti ista res simul cum hoc q. ipsa est non sit in illo instanti: et q. tam propositio enuncians ipsam esse q. propositio enuncians ipsam non esse conueniant: et simul in illo instanti sint vere: et iste sensus est vere impossibilis propter implicationem contradictionis. Alio modo potest accipi vel intelligi hoc esse possibile in sensu diuiso: et hoc adhuc dupliciter. Uno modo q. aliqua que est in aliquo instanti dato possit iam posito inesse desinere esse et deesse transmutari in non esse in eodem dato instanti: et q. propositio enuncians ipsam esse desinat esse vera: et de vera fiat falsa: sic q. in illo instanti ipsa sit falsa: et e converso sua opposita desinat esse falsa: et fiat vera: et ille sensus etiam est impossibilis: quoniam talis transmutatio et successio non est possibilis in instanti. Alio modo: q. absolute et simpliciter q. possibile est istam rem non tunc esse et non ponit per suam causam in esse et propositio enuncians eam non esse esse in illo instanti veram. Et ille sensus verus est: et nihil inconueniens includit. Tunc ad rationes. Ad primam concessa pro nunc ista suppositione: quibus oppositum aliquid: et magni doctores tenuerunt etiam theologo. Dico q. si voluntas vult aliquid in instanti b. postea semper erit hec vera: voluntas voluit hoc in instanti b. ita q. ista consequentia nunc est necessaria. voluntas vult hoc in b. ergo post b. semper hec erit vera si formetur voluntas voluit hoc in b. Sed dico: q. antecedens est contingens: et potest non esse verum etiam in instanti b. vt probatur antecedens esse in illo instanti verum in b. sicut est possibile in tertium sensum premissum ista voluntas voluit hoc in b. non erit vera post b. et per consequens nec necessaria nec eius opposita impossibilis. Si tamen ponat antecedens verum in b. quia non est possibile q. cum hac suppositione eius oppositum sit verum in b. nec in primo: nec in secundo sensu: deo nec post b. ista erit possibilis: voluntas non voluit hoc in b. Et vt dicit arguens per nullam potentiam poterit vni fieri q. ista sit falsa in b. voluntas vult hoc in b. sic enim sequeretur q. ipsa fuisset vera in b. et adhuc fuisset falsa in b. et per nis eius opposita: etiam fuisset vera in b. quod est impossibile. Et ita patet: q. hec ratio procedit contra primum sensum et secundum: non autem contra tertium. Et re vera si dicitur arguens velit loqui consequenter hoc ipsum haberet tenere. Nam in secundo sensu quod dicit q. 6. tenet q. angelus potuit mereri et demereri in primo instanti. Et ad hoc probandum in quadam ratione assumit q. angelus potuit in primo instanti se libere conformare reuerentioni et non conformare. Et infra in soluendo quadam obiectionem que est q. actus non est imputabilis ad meritum: vel demeritum nisi fiat scienter et contingenter: ita q. possit oppositum elicere concedit vtraque conditionalem esse necessariam ad actum meritorium: et dicit q. vtraque potest esse in instanti. Et quibus euidenter patet: q. in illa. q. vult ex parte q. angelus in illo instanti quo se conformauit recte rationi et habuit actum meritorium: (si ita fuit) potuit se non conformare tunc: et habere tunc actum demeritorium et non habere demeritorium. Preterea. Ibidem dicit q. deliberatio vel perfecta cognitio: aut syllogismus practicus requisitus ad actus meritorium potest esse non solum in tempore et respectu

dicto vltima

q. ad vppm est po p eodem instanti.  
 + na si p instanti in tunc potuit p ducere  
 ve et no p ducere q. po. ad vppm p eodem instanti:  
 no n. at remig q. potuit an tale instat.  
 p ducere p illo instanti an no p ducere an n  
 fove capiat in hoc sensu ad et no. 1. an  
 quis dicit p ducere potuit.

actus futuri: sed etiam in instanti: et respectu actus qui elicitur in illo instanti: ex quo etiam patet: quod dictum est. **¶** Ad secundum dicendum: quod intentio venerabilissimi magistri et magistri directe vadit contra secundum sensum. Nam potestas nostri liberi arbitrii non est respectu eius: quod fuit. vt. per nos fieri possit quod non fuerit: nec etiam respectu eius quod iam actu est: vt. possimus facere ipsum quod actu est non esse in hoc instanti in quo est: quibus possemus facere ipsum in futuro non esse: sed non vadit contra tertium sensum: nec procedit eorum intentio: sicut statim patet consideranti. **¶** Ad tertium dicendum: quod simpliciter et absolute loquendo potest poni in esse quod ista volitio non sit in illo instanti: quia possibile est quod eius causa non producat eam in illo instanti: et si ponatur tunc oppositum: nec ponitur nec positum est: nec ipsa est in isto instanti: sicut nec ipsam producit sua causa: et sic non sequitur contra-dictio: sequitur autem si ipsa ponatur in esse et simul cum hoc esset possibile istam non tunc esse: ita quod hec propositio entitans istam non esse: potest esse tunc vera: quod ego non dico. **¶** Ad quartum dico: quod ista dictio quando: potest stare in dicta propositione adverbialiter vel coniuunctionaliter: ita quod equivalet huic coniuunctioni: si. Nam vt dicit Boetius. lib. de syllogismis hypotheticis: ita potest fieri condicionalis cum hac conditione cum: sicut cum hac conditione si. Unde ita est condicionalis ista: cum homo est. animal est: sicut ista: si homo est. animal est. et sunt eiusdem potestatis vt dicit: et idem iudicium potest esse de quodam: si cur de cum. Si vero ly quando. stat ibi adverbialiter vel ista propositio sumetur in sensu composito: et sic est vera. Nam per ipsam denotatur quod hec sit necessaria. Omne quod est quando est: et hoc est verum: licet non habeat aliquam singularem necessarium preter hanc deus vel homo demonstrato: eo quod est deus: est quando est. Nam quolibet alio demonstrato singularis quocumque est contingens. verbi gratia. ista hoc demonstrato. pe. est quando est: est contingens. Nam petro non existente ipsa est falsa: et ita quilibet alia. Vel ista propositio sumitur in sensu diuiso. Et hoc adhuc dupliciter contingit: quia vel ipsa est temporalis: et tunc equivalet huic copulatiue: omne quod est aliquando est: et omne tale tunc est necesse esse: et sic ipsa est falsa: sicut et secunda pars huius copulatiue: quia nulla res preter deum aliquando est necesse esse. Vel potest esse de temporalis extremo: et tunc vel de temporali subiecto: et sic totum hoc: omne quod est quando est erit subiectum: et reliquum erit predicatum: quod denotatur verificari de illo subiecto cum modo necessitatis: et sic etiam est falsa: quod patet arguendo sic: omne quod est quando est: necesse est esse: sed petrus est quando est: ergo petrum necesse est esse: minor est vera. ponatur quod petrus sit aliquis homo actu existens: et tamen conclusio est falsa: vel potest esse de temporali predicto: et tunc hoc tamen quod est erit subiectum et reliquum predictatum: et sic adhuc dico quod est falsa: quibus aliqui dicant oportum: sic arguendo. Omne quod est necesse vel de necessitate est quando est: sed petrus est. ergo petrus de necessitate est quando est: que conclusio est falsa: et idem iudicium est si dicatur. Omne quod est de necessitate est quando est: quia tunc sequeretur quod petrus de necessitate esset quando est: et pariter erit falsa. Cuius ratio est: quia cum ista sit singularis habens pro subiecto nomen proprium precise si ipsa est vera in sensu diuiso: est etiam vera in sensu composito: et per consequens hec erit necessaria. Petrus est quando est: sed constat quod hoc est falsum. Nam posito quod petrus non sit: sicut est possibile tunc ipsa erit falsa. Nam sequitur petrus. est quando est. ergo petrus. est aliquando. et ultra. ergo petrus. est. et constat quod tunc consequens est falsum. ergo et antecedens. Et ideo dico: quod si ista propositio: omne quod est et. sumatur in sensu diuiso: et ly quando.

Burle<sup>9</sup> in logica. c. 1. galibus.

stat adverbialiter quomodoque accipiatur ipsa est falsa. Si vero ly quando. stat coniuunctionaliter modo premissio: sic dico quod ista propositio potest esse condicionalis vel de conditionato extremo: si sit condicionalis. tunc ly necesse potest denotare consequentiam esse necessariam: et tunc propositio est vera. Nam hec est necessaria: omne quod est si est: vel sic. Si omne quod est est: ipsum est. Et potest denotare necessitatem consequentis: et tunc denotatur. quod si aliquid est (quodcumque sit illud) quod ipsum de necessitate est. Et patet: quod hoc sit falsum. Si vero sit de conditionali subiecto: tunc etiam est falsa: quia denotatur per eam quod de quocumque dicitur hoc subiectum conditionatum est si est. dicitur hoc predicatum est: cum modo necessitatis: quod est falsum. Nam vere dicitur quod petrus. est: si est. et tamen hec est falsa. petrus. de necessitate est. Sed si predicatum sit conditionale tunc propositio est vera: quoniam tunc eius subiectum est tamen hoc quod est. Et denotatur quod de quocumque dicitur est: dicatur mediante modo necessitatis est si est: et hoc est verum. Unde quocumque quod est demonstrato: hec est vera: hoc demonstrato aliquo de necessitate est si est. Et quia non sequitur. ergo hoc de necessitate est: sed est fallacia primam quid ad simpliciter. Et hoc est quod philosophus dicit. Non enim idem est inquit: omne esse necessario quando est: et simpliciter esse ex necessitate: et accipit quando est pro si est: tunc applicando ad propositum dico: quod quibus volitio vel aliqua res contingens que est in aliquo instanti de necessitate sit in illo instanti: si est in illo instanti: non tamen de necessitate est in illo instanti. **¶** Hunc respondeo ad rationes philosophi pro prima sua conclusione. Et cum primo arguit quod si omnis affirmatio vel negatio est vera vel falsa: omne necesse est esse vel necesse est non esse. nego consequentiam. Et ad probationem cum dicitur. quod si est verum dicere: quoniam aliquid est album: necesse est illud esse album. Et eodem modo si verum est dicere: quoniam aliquid est album necesse est illud fore album. Dico quod si ly necesse. notet necessitatem consequentis vtriusque propositio est falsa. Unde posito quod petrus sit albus: verum est dicere. petrus est albus: et tamen non est necesse se petrum esse album. Si vero notet necessitatem consequentis concedo vtriusque: sed tunc non probatur propositio: quia licet consequentia ista sit necessaria: verum est dicere quod petrus est albus. ergo petrus est albus: tamen tam antecedens quam consequens simpliciter est contingens. Et ideo esto: quod ista sit vera petrus erit albus. adhuc petrus poterit non fore albus: sicut etiam ipsa poterit non esse vera: et potest nunquam fuisse vera: cum etiam dicitur si affirmatio est vera ita et. concedo et nego aliam qua inferitur. ergo nihil erit ad vtrilibet nec valet probatio: quia non dicitur aliquid ad vtrilibet: quia non magis erit quam non erit: aut econuerso: sed quia non magis potest esse quam non esse aut econuerso: seu quia et potest esse et potest non esse: cum quo bene stat quod ipsum determinate erit: aut determinate non erit. **¶** Ad secundam probationem concedo quoniam de quolibet eorum que facta sunt semper fuit verum dicere: quoniam erit: et quandoque propositio fuisse formata fuisse vera: et simpliciter de quolibet eorum que futura sunt: verum est dicere quoniam erit: et sic semper fuit etiam verum dicere: cum hoc tamen stat etiam quod que facta sunt contingenter fuerunt facta: et propositiones enuntiantes quoniam erit contingenter fuerunt vere: et poterunt nunquam fuisse vere: et ea que erunt contingenter erunt et possunt non fore: et ipse propositiones possunt nunquam fuisse vere: vnde vt patet: vtriusque probatio. que tamen est veritas in virtute veritatis super hoc quod si propositio de futuro sit vera: et fuerit vera: sit de necessitate vera: et non possit non esse aut non fuisse vera: quod si verum esset vtriusque probatio esset efficax: sed illud (vt supra probatum est)

Ratio ad rationes pbo posita supra in arti.

profus est falsum: et ideo probatio que exinde procedit nullius momenti existit. **¶** Ad secundam rationem concedo quod sicut res se habent ad esse vel non esse: sic orationes ad veritatem vel falsitatem: sic scilicet intelligendo quod sicut res se habent ad esse vel non esse in presenti: sic orationes de presenti enuntiantes eas esse vel non esse ad veritatem vel falsitatem: et sicut se habent ad fuisse in preterito vel non fuisse: sic orationes de preterito ad veritatem vel falsitatem. Et sicut se habent ad futurum esse vel non esse: etiam orationes de futuro ad veritatem vel falsitatem: et patet quod sic debet intelligi propositio et aliter non habet veritatem. Et tunc ad minorem dico. quod sunt determinate ad futurum esse vel non esse hoc est determinate erunt vel determinate non erunt: quibus contingenter et non necessariam. Et ideo simpliciter orationes tales de futuro sunt determinate ad veritatem et falsitatem: quibus contingenter. Unde talis determinatio de inesse tamen non tollit contingentiam futuri que consistit in indeterminacione de inesse: quia scilicet dicitur quod nec erit nec non erit: quia hoc est impossibile: et oportet alterum tamen determinate fore: contingenter tamen: quibus vtriusque eorum sit nobis ignotum: et ideo patet: quod ista ratio est potius ad propositum. **¶** Ad rationes secundae conclusionis non oportet responderi: quia conclusio vera est et illam concedo. **¶** Hunc ad rationes illius doctoris pro prima sua conclusione respondeo et premitto quod propositio esse immutabiliter veram: potest intelligi dupliciter. Uno modo immutabiliter: id est necessario et inuicibiliter et non contingenter: in qua significatione ille aliquando videtur vti hoc vocabulo immutabiliter. Alio modo immutabiliter: id est quod non possit esse falsa vel non vera postquam fuit vera: sic quod aliquando verum dicere hec nunc est falsa: et prius fuit vera: et sic non est aliud propositioem esse immutabiliter veram quam non posse mutari de veritate in falsitatem: vel magis proprie loquendo non posse esse se prius veram et postea falsam. **¶** Hoc premissio dico: quod illa sua prima propositio in vtroque sensu est falsa. Nam vt patet ex secundo articulo. quilibet talis propositio vera de futuro est contingenter vera: et potest fore et esse et fuisse non vera: et ideo nulla talis est immutabiliter vera in primo sensu. Item propositio talis vera potest esse falsa postquam fuit vera: et per consequens non est immutabiliter vera in secundo sensu. **¶** Tunc ad primam rationem cum dicit: si potest mutari ne sit vera: aut in instanti in quo est vera aut in precedenti et. dico quod aut intelligitur quod possit mutari ne sit vera: id est quod simpliciter possit non esse vera: aut quod possit non esse vera postquam fuit vera: si primo modo dico quod etiam in instanti in quo est vera: et in precedenti et in sequenti. **¶** Et cum arguitur contra primum quod non: quia tunc simul esset vera et non vera. nego consequentiam. Nam quibus illa sit nunc vera antichristus erit: quia tamen possibile est antichristum non fore: possibile est istam non esse veram nec vtriusque fuisse: et si poneretur in esse ista non esset tamen non vera: sed nec tunc nec antea antequam fuisse vera. **¶** Et per idem patet ad primam probationem qua probatur quod non in instanti precedenti. Secunda vero probatio et ea simpliciter que sequitur contra non vadunt primam sensum: sed secundum de mutari. in quo sensu secundo dico quod talis propositio potest mutari de veritate in instanti in quo res fiet: non autem in aliquo precedenti. **¶** Et ad primam probationem contra hoc (cum dicitur quod ista veritas transit in preteritum) dico quod probatio est ad propositum. Nam quod transit in preteritum ideo non remanet vera: sed ex tunc illa de preterito est vera: ipsa: quia enuntiat futurum quod non est futurum est falsa. Unde nunc ista est falsa et heretica.

christus crucifigetur: et tamen fuit vera antequam crucifigetur. **¶** Ad secundam probationem dico: quod ideo mutatur: quia suum significatum ponitur in esse et sit presens: nec amplius est futurum: nec ex hoc confirmatur in sua veritate: vt dictum est: et sic patet: quod prima eius ratio non valet. Dico vterius quod si valeret probaretur quod nulla propositio de presenti est contingens: quilibet necessaria: quod tamen est euidenter falsum: etiam secundum omnes. probatio sumo istam. sed et pe. quam quilibet concederet non esse necessariam: et ponatur quod nunc primo sit vera. probatio hoc posito quod sit immutabiliter vera: quia si posset mutari: aut in instanti in quo est vera: et tunc simul esset vera et non vera: quod est impossibile: aut in instanti alio precedente et hoc non: quia ante non fuit vera: et non potest perdere veritatem antequam habeat illam: nec in instanti sequente: quod tunc illa veritas transit in preteritum: et ergo cum non inueniatur instans in quo possit mutari: ipsa est immutabiliter vera. probationes omnes sunt sue: et tamen conclusio est falsa. **¶** Ad aliam rationem si distributio illa sit communis pro omnibus instantibus preteritis et futuris: patet ex dictis quod minor est falsa. Si vero sit restricta ad instantia precedenti instantis factionis rei: et intelligatur quod sit immutabiliter id est necessario vera: tunc maior est falsa: et patet ex dictis: et ex secunda et tertia conclusione secundae articuli. secunda eius propositio est vera: hec contra predicta: ideo ad eius rationes non oportet responderi. **¶** Ad primam rationem principalem: patet ex dictis. Nam licet contingens non sit determinatum determinacione de necessario: quia scilicet de necessitate sit futurum: vel de necessitate sit non futurum. quinimo sit indeterminatum indeterminacione de necessario negatiue vel de possibili affirmatiue: vt supra dictum est: est tamen determinatum determinatione de inesse: quod scilicet vel determinate erit: vel determinate non erit. Et ideo vna propositio de futuro est determinate vera: et altera determinate falsa: continenter tamen. **¶** Ad rationem secundam dico: quod talis propositio est contingens: nec est idem apud me propositioem hanc vel istam esse determinate veram vel falsam: et eam esse necessariam. **¶** Et quid sit respondendum ad vltiorem processum: patet ex dictis. Unde sicut dicebatur: quod ista omne quod est quando est et. est tantum vera si sit condicionalis: et denotetur necessitas consequentis: aut si sit de conditionali predicato: qui forte modi mutuo conuertuntur: sic dico simpliciter quod in altero tantis duorum sensuum: vel in vtroque est vera. omne quod est verum quando est verum de necessitate est verum: cum hoc tamen stat quod simpliciter sit contingenter verum: et hoc quod ad primam formam. **¶** Ad secundam etiam dico eodem modo: quod omne quod est futurum quando est futurum de necessitate est futurum: et cum hoc stat quod simpliciter loquendo sit contingenter futurum. **¶** Ad tertiam dico: quod in hac parte philosophus deceptus est et turpiter et loquax et physice errauit: vt patet ex dictis. Et virtualiter alibi suis dictis contradicit: sicut 4. metaphys. vt patet articulo secundo: et in libello de fortuna bona: vbi dicit deum videre futura: sicut patet in precedenti questione: et ideo non solum a nobis: sed a seipso in hac parte negandus est.

Distinctio. xxxviii.

Questio. ii.



**Consequenter** circa eandem materiam. Quod verum dicitur deus sit precius omnium futurorum. **¶** Et arguo quod non. primo. quia si sic sequitur quod omne futurum necessario est futurum. consequens est in toto falsum secundum veritatem: quia nihil est futurum.

T. c. 27.



Aureol<sup>9</sup> di. 38. q. 1. articu. 1. ppo. 3.

Contra Aure,

2. c. 8.

hoc nunc in illo. Alius autem dicit has rationes non esse efficaces contra istam opinionem: quia ipsa in se falsa sit. Unde dicitur quod ad primam rationem illi dicerentur quod complexio terminorum futura est aliquid aliud a terminis propter quod habet propriam ideam in deo: ista ideas simplicium terminorum et sic per ideam huiusmodi illa futura complexio certitudinaliter cognoscitur. Ad secundam diceretur quod quia fienda futura sunt: idcirco est in deo idea representans complexionem pro illo tunc quod fierent. Et similiter dicerentur ad tertium. Sed ista defensio nulla est. Nam cum dicitur quod complexio est aliquid aliud a terminis habens propriam ideam in deo: si adpositum debeat sumi: cum non solum ipsorum terminorum vocalium vel mentalium aut aliorum que sunt signa rerum ponantur ideae: sed ipsarum rerum per huiusmodi terminos significatiuarum per opinionem istam oportet quod intelligatur quod ista complexio terminorum sit aliquid in re extra significatum per copulam verbalem distinctum a rebus per terminos simpliciter propositionis significatis: habens propriam ideam in deo: sic autem intelligendo hoc dictum est penitus falsum: quod patet tam auctoritate philosophi primo peribermensis. Vbi ait: quod ipsum est si purum dixeris nihil est. i. nihil per se significat: sed est purum syncategoreuma. Item. 6. metaphys. dicitur quod ens quod est in affirmatione et negatione est passio mentis: et nullam naturam extra significat: praeter ens quod est quid aut quantum aut quale et cetera. quod tamen falsum esset cum quodlibet quid aut quantum et cetera significetur per simplices terminos predicamentales. Et ibi dicitur quod quibus coponitur affirmatio et negatio. Praeterea. Hoc improbat per rationem. Nam sumo istam deum est creator: si ly est significet aliquam entitatem aliam a significatis per terminos. puta per subiectum et predicatum huius propositionis: cum subiectum significet deitatem: et predicatum quilibet creaturam: licet non semper supponat pro qualibet oportebit quod ly est significet aliquam entitatem: que nec est deus: nec creatura: quod est impossibile. Praeterea. Quia ratio complexio vnius propositionis significat huiusmodi entitatem: eadem ratione et cuiuslibet: et sic complexio huius deus est deus significabit vnam entitatem que non est deus. Item complexio huius deus non est lapis: et huius chimera non est ens: et cuiuslibet alterius negatiue habebit suam talem aliquam entitatem: quod est nimis mirabile. Praeterea. Cum quilibet entitas possit significari aliquo termino qui possit pro illa etiam supponere in aliqua propositione cuius sit subiectum: sit a. nomen entitatis significante per copulam huius propositionis fortis sedet. et formetur ista propositio a. est ens. vel a. est productum. aut alia qua alia: pari ratione copula istius propositionis cuius est subiectum a. sic significabit aliam entitatem: et tunc de illa poterit aliquid enuntiare: et copula etiam istius enuntiationis significabit aliam. Et sic vel oportebit concedere quod ad cuiuslibet propositionis formationem fiat vna noua entitas extra animam: distincta a propositione: et alia praesentibus rebus: vel quod in qualibet sunt actu infinite tales: quorum vtriusque nimis est patenter absurdum. Praeterea. Secundum istam viam respondendum: ad nullius complexi notitiam sufficeret noscere res importatas per terminos: et sic nullus quantumcunque intuitiue et clare videns per se et eius albedinem posset cognoscere quod per se est albus: nisi cognosceret entitatem quadam aliam importatam per est. ego autem ex perior quod nullam talem cognosco: et puto quod multi tam intelligentes quam etiam rustici non cognoscunt talem entitatem: qui tamen cognoscunt quod per se est albus: et similia enuntiantia contingentia. Praeterea. Si deus cognoscat quod antichristus sedebit in templo pro tempore a. et eo quod habet ideas et terminos

rum et complexionis huius enuntiantibus: cum sit possibile quod antichristus curreret pro tempore a. per vnicum instantem: et non sedebit tunc in templo: et per consequens hoc sit cognoscibile a deo. sequitur quod si antichristus tunc curreret: vel aliqua idea esset in deo que nunc non est in deo: quod est sacrilegium dicere: vel deus simul habet ideam vtriusque complexionis et terminorum eorundem: ac per hoc per istam viam simul cognoscit quod ipse tunc curreret et sedebit: quod est falsum. Et per idem patet: quod solutio ad secundam non potest stare: quod quodlibet possibile non futurum potest esse futurum. Nam quodlibet tale deus posset facere quando sibi placeret: et per consequens quodlibet tale potest habere ideam re presentantem ipsum: pro aliquo tempore futurum: et sic sic. ergo habet eam: vel noua idea esset possibilis in deo: et sic patet: quod tales solutiones non sufficiunt contra rationes istas. Siue tamen rationes istae simpliciter sint efficaces contra opiniones siue non ipsa opinio in se stare non potest pro eo quod ponit ideas esse intellectus diuino media: vel rationes cognoscendi creaturas: cum tamen nullus tale medium sit ponendum: ut patet supra distinctione trigesima quinta. Praeterea. Ergo doctor iuxta propria sententia responderet ad articulum istum dicens hoc posse poni dupliciter. Vno modo quod intellectus diuinus videndo determinationem voluntatis diuine videt illud fore pro a. quia illa voluntas determinat illud fore pro a. scit enim illam voluntatem esse immutabilem et non impedibilem: vel aliter (quia ista via videtur ponere quendam discursum in intellectu diuino: quasi ex intuitione determinationis voluntatis et immutabilitatis eius concludat hoc fore) potest poni quod intellectus diuinus aut auferret simpliciter: quorum vno est contingens in re: aut si complexionem offert: offert eam sicut neutram: et voluntas eligens vnam partem scilicet coniunctionem istorum pro aliquo nunc in re: facit illud esse determinate verum: hoc erit pro a. hoc autem existente determinate verum: essentia est ratio cognoscendi diuino intellectui illud verum: ita quod ut subdit in primo instanti quod talia complexa contingentia offeruntur per intellectus: non sunt vera: quia nihil est tunc per quod habeant veritatem determinatam: posita autem determinatione voluntatis diuine iam sunt vera in illo secundo instanti: et tunc sunt cognita: et fuissent etiam cognita in primo instanti: si tunc fuissent vera. Sed iste modus dicitur: sicut et primus deficit in hoc: quod ponit aliquid esse medium: et ratio cognoscendi intellectus diuino. Praeterea. Ultra hoc deficit: quia talia instantia et prioritatem et posterioritatem ponit in deo: que per se veritatem nullo modo possunt poni: ut supra distinctione nona probatum est. Praeterea. Impossibile est quod pro aliquo instanti talis complexio de futuro sit neutra. alias per tunc daretur medium in contradictione. Praeterea. Concesso tali pectus intellectus et voluntatis dei circa futura quibus ex hoc forte pateret: qualiter deus determinate cognoscit futura fienda ab eo solo: aut ab eo et causa creata naturaliter causante: non tamen sic potest haberi quod certe cognoscat futura dependentia a contingenti libertate voluntatis create: quia sicut arguitur vnius alius contra istum: aut determinationem voluntatis diuine circa futuram existentiam contingentis dependentis a libertate voluntatis create necessario sequitur determinatio voluntatis create circa idem aut non: si sic. ergo ita naturaliter agit voluntas creata: sicut quocumque causa naturalis: quia sicut voluntate diuina existente determinata ad vnum oppositorum non est in potestate rei naturalis non coagere: et ipsa non determinata non coagit causa naturalis: ita voluntate diuina existente determinata respectu alicuius actus productibilis a voluntate creata: voluntas non potest libere non coagere: et hoc autem est falsum: quia tunc nullus eius actus esset sibi

Cap. viii.

Cap. 7.

imputandus. Si vero determinationem voluntatis diuine non necessario sequitur determinatio voluntatis create: tunc ad sciendum: vtrum effectus ponatur vel non ponatur: non sufficit nosse determinationem voluntatis diuine: sed oportet nosse cum hoc determinationem voluntatis create: que ut patet ex dictis non cognoscitur per determinationem voluntatis diuine: et per consequens per talem determinationem non apparet quod deus habeat certam notitiam omnium futurorum. Aliam rationem facit ibidem Thomam contra Scotum: que etiam aliquo modo est contra fundamentum probationis conclusionis secundae precedentis articuli. Arguit enim sic. quando aliquid determinatur contingenter: ita quod possibile est ipsum nunquam fuisse determinatum per talem determinationem: non potest haberi euidentia certa et infallibilis: sed voluntas diuina ita determinat quod adhuc possibile est ipsam nunquam fuisse determinatam. ergo per eius determinationem non potest haberi certa notitia. Nec ratio non valet: quoniam maior est falsa: quia ista possibilitas ad nunquam fuisse determinatum: non tollit certitudinem prescientie: dummodo ponatur actualiter determinatio et necessaria consequentia effectus in futuro ad dictam determinationem et notitia perfecta talis consequentiae. que omnia concurrunt in proposito: sed solum arguit quod possibile est illud tale non fuisse prescientum fore: sicut possibile est voluntatem non fuisse determinatam ad illud: et ideo ex hoc quod deus perfectissime nouit quicquid se solo aut cum creatura vult se pro aliquo tempore facturum vel non facturum. Et quicquid vult se facturum faciet: et non facturum non faciet conformiter ad suam voluntatem. concluditur quod certissime ipse nouit quicquid est facturum vel non. Continenter tamen sicut futurum contingenter est futurum. Nihilominus tamen non ideo deus nouit sic futura: quia nouit se sic velle: aut determinationem sue voluntatis: ut imaginatur precedens opinio: quoniam si per impossibile deus non esset volens: esset autem intelligens sicut est: et futura essent futura: ad hoc deus propter excellenciam sue intelligentie nosset quocumque futura. Dico ergo quantum ad istum articulum conformiter intentioni Augustini. Damiani. et Boetii. nec non etiam plurimum doctorum magorum modernorum: quod modus iste quo dei sapientia cuncta futura certe prescientur incomprehensibilis et inexplicabilis nobis est: aliquid tamen ex his que videmus in nobis ad ea que ipsius sunt assurgentes possumus et debemus concipere: quod sicut ea que nostris oculis sunt presentia intuitiue videmus: ac per huiusmodi intuitionem certe iudicamus: vbi et qualiter res visa existat: ac plures alias contingentes veritates de presenti sic intellectualis eternusque oculus dei: intuitiuam omnium rerum habet: vnde: immo ut proprius loquitur ipse est incomprehensibilis quedam intuitio: que immediate super quilibet rem actualiter vel possibiliter existentem simul fert: quapropter tam circa futura quam circa presentia et praeterita omnium contingentium veritatum certum et distinctum ac veracissimum habet iudicium: immo quia in eo non distinguuntur iudicium et intuitio: sicut in nobis: ipsa diuina intuitio est tale immensum iudicium. Istud est: quod forme Damiani. lib. 1. vbi de deo loquitur. Increasibile inquit sine principio immortale et incircumscriptibile et cetera. et sequitur: haec omnia et similia natura habet non aliunde suscipiens. Et infra. amplius autem supple natura vel naturaliter habet et simplici cognitione cognoscere omnia diuina et omnium consideratio et immateriali suo oculo: et simpliciter intueri et presentia praeterita et futura ante generationem eorum. Beatus quoque Augustinus. 15. de tri. Quis hominum ergo inquit potest comprehendere ista sapientia qua nouit deus omnia: ita ut nec ea que dicuntur praeterita ibi praetereant / nec ea que dicuntur

tur futura quasi desint expectentur ut veniant: sed esse praeterita et futura cum presentibus sint cuncta presentia: nec singula cogitentur: et ab alijs ad alia cogitando transeatur: sed in vno conspectu simul praesentibus vniuersa. Ecce vterque dicit vno simplici conspectu deo cuncta esse presentia. id est simul et actualiter cognita. Et ideo dicit Augustinus quod praetereunt: non ibi praetereant: quia quibus suum esse reale praetereant: et non actu sunt: a notitia tamen dei non praetereant. id est non desiterunt cognosci: sicut accidit in nobis. Et eodem modo futura sunt illi presentia non quidem quod actualiter coexistant deo in suo esse realiter: quia sic non essent futura: sed quod actualiter ista intuetur eque clarescit si actualiter existerent: nec ut ista cognoscat: oportet eum expectare: ut fiat: sicut nos oportet. Et eadem penitus est imaginatio Boetii. de consola. prosa. 6. et vltima. vbi et eo quod substantia dei eterna: est et tota simul nullam sui esse habens successione: concludit quod simpliciter sua cognitio eterna est: et simul tota: nulla omnino successione patiens: quasi aliqua prius: et aliqua posterius comprehendat. Et ex hoc simul omnium presentis certum et verum iudicium habet. vnde ait: quoniam omne iudicium per sui naturam qua sunt subiecta sibi comprehendit. Et autem deo semper eternus / ac praesentius status: scientia quoque eius omnem temporis supergressa motionem in sua manet simplicitate presentie: infinita praeteriti et futuri spatia complectens omnia: quasi iam gerantur in sua cognitione comprehendit. Ita quod si prescientiam pensare velis qua cuncta diuocit non esse prescientiam quasi futuri: sed scientiam nunquam deficientis instantie rectius estimabis. Unde non praescientia sed prouidentia potius dicitur: quod potest a rebus infinitis constituta: quasi ab excelso rerum cacumine cuncta praespicat. Et subdit. Si enim diuini humanis digna collatio vti. id est sicut vos vestro temporario visu praesenti quaedam videtis: ita ille omnia suo cernit eterno. quare haec diuina praenotio naturam rerum proprietatemque non mutat: taliaque apud se presentia spectat qualia in tempore olim futura proueniunt: et sunt verba philosophiae ad Boetium. Et paulo post ita inquit. Cuncta despiciens diuinus intuitus qualitate rerum minime perturbat: apud se quidem presentium ad conditionem vero temporis futurarum. In his patet similitudo et sententia superius posita: et quod non intendit Boetius quod futura sint actualiter presentia eternitati per suum esse vere nature quod nondum est. aliter naturam et proprietatem rerum mutaret: sed solum per suum cognosci: id est quod sunt actu simul et praesentialiter deo cognita. Quantum ad tertium articulum. Vtrum simul stent quod deus prescientur futura: et quod futura sint contingenter futura: Dico quod sic. Ad cuius declarationem praemitto aliqua. Primum est. quod futura non ideo dicuntur contingenter futura: quod erunt / et non erunt / nec quod non erunt / nec non erunt. Nam vtriusque predictorum est impossibile: nec quod illa erunt / vel non erunt: quia tunc quodlibet impossibile esset futurum contingens: quodlibet enim erit / vel non erit: nec quia possunt fore / vel possunt non fore propter eandem rationem: sed precise quia possunt fore / et possunt non fore: et illud patet: etiam ex diffinitione contingentis posita primo priorum: et in precedenti questione. Secundum est. quod eorum que dicuntur futura: quedam sunt in complexu significabilia. verbi gratia. antichristus: et vniuersaliter omnis entitas que non est / et aliquando erit: quedam vero sunt complexu tantum significabilia: sicut quod antichristus erit: et vniuersaliter omne quod per veram propositionem de inesse de futuro contingit enuntiat: sicut in precedenti questione dictum est. Tertium. quod praescientia dei de futuris potest dupliciter accipi: vno

modo prout est simplex intuitio futurorum incomplexe significabilium siue entium. Alio modo vt est notitia iudicialis siue iudicativa seu quod idem est: vt est evidens et certum iudicium futurorum enuntiabilium siue complexe significabilium. dicimus enim qd et deus intuetur et cognoscit personam antichristi que no est: est tamen futura: et qd ipse certitudinaliter scit et vere et euidenter iudicat qd antichristus erit. ¶ Quartum est. qd impossibile est diuinum iudicium esse falsum: et hoc etiam est verum et communiter concessum. ¶ Quintum est. vnum quod est probatum in precedentibus: scilicet qd omne futurum deus prescit. ¶ Ex his autem infero vnam conclusionem: scilicet qd nullius enuntiabilis contingentis futuri deus est necessario iudicium: siue quod idem est. Nullum enuntiabile futurum contingens deus necessario prescit: aut iudicat esse futurum: cuiuslibet autem entitatis future seu contingentis incomplexe significabilis deus necessario est intuitio et notitia: seu qualibet entitatem futuram deus necessario clare cognoscit. ¶ Primum partem huius conclusionis: proba sic. Impossibile est diuinum iudicium esse falsum. ergo nullum enuntiabile contingens futurum deus necessario prescit aut iudicat esse futurum. Antecedens est sumptum. consequentia declaratur: quia si detur oppositum consequentis. scilicet qd aliquod futurum enuntiabile contingens deus necessario iudicat fore. sit. verbi gratia. illud antichristus sedebit in templo: tunc sic. sequitur: deus iudicat qd antichristus sedebit in templo: et antichristus non sedebit in templo. ergo diuinum iudicium est falsum. ¶ Patet consequentia: et antecedens est possibile per datum: quia est vna copulativa cuius vna pars est necessaria per hypotesin: et secunda est possibilis: ex eo qd eius oppositum est mere contingens. ergo eius partes sunt composibiles: et per consequens tota ista copulativa est possibilis. ergo non magis est hoc necessarium esse. scilicet diuinum iudicium esse falsum: sed hoc contradicit primo antecedenti. quare prima consequentia fuit bona: et sic patet prima pars conclusionis. ¶ Ex qua etiam sequitur. qd quocumq; contingens futurum enuntiabile deus prescit ipse potest non prescire: et nunq; presciuisse. Nam sequitur. hoc quocumq; futuro tali demonstrato deus no prescit: ergo hoc nunq; deus presciuit: et antecedens est possibile. ergo et consequens. consequentia vero patet: quia sequitur. hoc deus non prescit. ergo hoc non est verum vel vere enuntiabile. Nam omne verum enuntiabile futurum deus prescit: et sequitur. hoc non est verum: ergo nunq; fuit verum. patet ex precedenti questione: nec et vltra sequitur. ergo deus hoc nunq; presciuit. ¶ Secundam partem conclusionis proba sic. quolibet contradictorium enuntiabilium necesse est alterum esse verum. ergo qualibet entitatem futuram deus necessario cognoscit. Antecedens patet ex precedenti questione. consequentia probatur: quia de qualibet entitate contingit contradictoria enuntiari. cum ergo impossibile sit qd aliquod enuntiabile sit verum et non sit de notum: necessario cuiuslibet entitatis alterum contradictorium enuntiabile est deo notum. ergo et ipsa entitas. Nam impossibile est aliquod enuntiabile complexum esse cognitum quin illud de quo est sit notum. ¶ His premisis proba conclusionem principalem huius articuli. videlicet qd simul stent qd deus presciat futura: et qd illa sint contingenter futura: et quia hoc declarato in vno faciliter patet declaratio in ceteris: sumatur gratia exempli hoc futurum contingens. ¶ Petrus peccabit in tempore a. sit a. nomen singulare alicuius diei future: tunc arguo sic. he sunt composibiles. ¶ Petrus peccabit in a. et ¶ Petrus po-

test non esse peccaturus in a. ergo he sunt composibiles. deus prescit ¶ Petrum peccaturum in a. et ¶ Petrus potest non esse peccaturus in a. et ergo simul stant qd deus presciat ¶ Petrum peccaturum in a. et qd ¶ Petrus contingenter et non necessario peccabit in a. et hec vltima consequentia patet: quia si ¶ Petrus peccabit in a. et potest non esse peccaturus in a. ergo non necessario peccabit in a. sed contingenter. ¶ Primum antecedens proba. dicitur primo quidem. quia vtraq; istarum est vera. ¶ Petrus potest esse peccaturus in a. ¶ Petrus potest non esse peccaturus in a. ¶ Patet ex ratione contingentis: et altera istarum est vera. ¶ Petrus peccabit in a. ¶ Petrus non peccabit in a. patet ex questione precedente. ergo vel ista le due sunt simul vere. ¶ Petrus peccabit in a. ¶ Petrus potest non esse peccaturus in a. vel ista. ¶ Petrus non peccabit in a. ¶ Petrus potest esse peccaturus in a. quolibet horum detur tantum valet ad propositum: quia per illud simili modo probatur intentum. Detur ergo primum gratia exempli. ¶ Secundo idem proba. quia iste sunt composibiles. deus iudicabit mundum: deus potest no esse iudicaturus mundum. patet: quia prima est possibilis: et secunda est necessaria: ergo pariter iste sunt composibiles ¶ Petrus et cetera. tunc proba primam consequentiam. ¶ Et primo: quia sequitur. ¶ Petrus peccabit in a. ergo deus prescit ¶ Petrum esse peccaturum in a. patet: quia omne verum futurum deus prescit: cuiuslibet autem antecedens est composibile: eisdem est composibile et consequens. ¶ Secundo. quia cuiusq; aliquid est absolute fin se composibile: si sciatur esse tale non minus est illi composibile qd si penitus ignoraretur. Nam scientia nihil veritatis vel necessitatis / aut contingentie addit scito. sicut ergo non est impossibile qd ¶ Petrus sit peccaturus in a. et tamen possit esse non peccaturus: ita non est impossibile: qd deus sciat ¶ Petrum esse peccaturum in a. et tamen ipse possit non esse peccaturus. Nam non magis est hoc necessario peccabit: quia deus scit cum esse peccaturum: qd si hoc ipsum deus penitus ignoraret. ¶ Et hanc rationem ponit Boetius. quinto de consolatio. prola sexta. ¶ Quid ergo inquit postulas vt necessaria fiant que diuino lumine lustrantur cum ne homines quidem necessaria faciunt: esse que videntur enim que presentia cernis aliquam eis necessitatem tuas addit intuitus. ¶ Unde subdit. sicuti vos cum pariter ambulare videtis hominem in terra: et solem oriri in celo qd vtriusq; sit simul conspectum: tamen decernitis et hoc voluntarium: illud esse necessarium iudicatis: ita ergo cuncta despiciens diuinus intuitus qualitatem rerum minime perturbat et cetera. vult dicere qd dei notitia non facit qd illud quod contingenter fit fiat necessario nec econtra. ¶ Et potest hoc aliter declarari iuxta intentionem eiusdem in precedenti parte: quia posito per impossibile qd nec deus nec alius sciret ¶ Petrum peccaturum in a. constat qd contingenter est peccaturus. Demum ponatur qd accedat prescientia dei: et sciat deus ipsum esse peccaturum. constat qd non aliter erit peccaturus qd ante erat: aliter scientia adueniens mutaret conditiones rerum: mutaret et veritates: et prius contingentes redderet necessarias: quod est falsum: et ideo sicut est in precedenti questione facta non plus certa prescientia futurorum repugnat eorum contingentie qd veritas propositionum de futuro: nec econtra: si ergo non sibi aduersantur: qd verum sit ¶ Petrum esse peccaturum: et tamen possit non esse peccaturus: nec etiam aduersa sunt qd deus sciat ¶ Petrum peccaturum et ipse possit non esse peccaturus. ¶ Secundo retenta eadem hypotesi gratia exempli. arguo principaliter ad conclusionem sic: ista duo. deus prescit ¶ Petrum pec-

Cap. 10.

Cap. 5.

caturum in a. et deus potest prescire ¶ Petrum non esse peccaturum in a. non sunt adinuicem repugnantia. ergo nec ista. deus prescit ¶ Petrum et cetera. ¶ Petrus potest no esse peccaturus in a. consequentia est clara: quia sequitur. deus potest prescire ¶ Petrus non esse peccaturum in a. ergo potest ¶ Petrus non esse peccaturus in a. et quicquid stat cu antecedente stat cum consequente. Antecedens autem probatur: quia hec est possibilis: deus prescit ¶ Petrus peccaturum: sicut et ista ¶ Pet. peccabit: immo de facto vel ipsa est vera vel opposita eius: vt vero tantumdem sit ad propositum. videlicet vt supra dicebatur supponatur qd ista sit vera vt prius: rursum ista est necessaria. deus potest prescire ¶ Petrum non esse peccaturum in a. ¶ Quis sua de inesse sit contingens. Nam ista est necessaria. ¶ Petrus potest non esse peccaturus in a. et ipsa antecedit ad illam. deus potest prescire ¶ Petrum non esse peccaturum in a. ergo et hec etiam est necessaria: ac per hoc alteri composibilis. ¶ Et qd hec antecedat ad illam. patet: quia impossibile est aliquid esse futurum: quin sit et fuerit a deo prescium. hanc rationem inuuit etiam Augustinus quinto de ciuitate dei in fine. vbi ait. qd homo quem deus peccaturum presciuit peccat quidem actu: si nolit dominus non peccat: sed si peccare noluerit etiam hoc ipse presciuit: ita qd necessario sequitur. ipse non peccat. ergo deus presciuit ipsum non esse peccaturum: et antecedens est in potestate eius. vt ait. ac per hoc ista sunt composibilia: deus scit hunc peccaturum: et ipse potest non peccare. ¶ Quis iste sint impossibiles. deus scit hunc peccaturum et ipse non peccabit. ¶ Tertio ad idem sic. sequitur. deus scit ¶ Petrum peccaturum. ergo deus scit ¶ Petrum libere peccaturum. ¶ Vltra ergo deus scit ¶ Petrum posse non esse peccaturum: et vltra. ergo ¶ Petrus potest non esse peccaturus. ergo quia quicquid sequitur ad consequens sequitur ad antecedens: sequitur. deus scit ¶ Petrum peccaturum. ergo ¶ Petrus potest non esse peccaturus: sed constat qd antecedens et consequens sunt composibilia: quoniam immo antecedens non potest esse verum: nisi consequens sit simul verum. ¶ Primum consequentia patet: quia nullus peccat nisi voluntarie et libere. Si ergo deus scit aliquem peccaturum: cum scientia non sit: nisi que vera est: et dei scientia diminuta esse no possit: vtiq; scit qd ipse libere peccabit. Et ita posset argui de quolibet actu voluntario: et generaliter de quolibet futuro contingenter. Nam dei prescientia non aliter preuidet res fore qd ille future sint: cuius falsa esse non possit: talia autem sunt futura mere contingenter. ergo deus preuidet istas contingenter esse futuras et ideo non solum ex prescientia dei non excluditur contingentia futurorum: immo certe potius necessario concluditur: propter totum beatum Augustinus. 3. de libero arbitrio. vbi hanc totam rationem ponit in virtute ad ostendendum ignorantiam eorum qui putant ex dei prescientia sequi nihil esse contingens: et in nostra potestate: sed omnia necessaria. Attende inquit queso quanta ceitate dicatur si presciuit deus futuram voluntatem meam: quoniam nihil potest aliter fieri qd presciuit: necesse est vt velim qd ipse presciuit: si autem necesse est: iam non voluntate sed necessitate illud me velle fatendum est. ¶ Stultitiam singularem. Quomodo ergo non potest aliud aliquid fieri qd deus presciuit: si voluntas non erit: quam voluntatem futuram ille presciuit. ¶ Vult dicere qd directe concluditur oppositum: quia si velim necessitate: et deus presciuit me velle voluntate ac libertate: sequitur qd aliter velim qd ipse presciuit me velle. ¶ Et infra. cum inquit sit prescius deus voluntatis nostre: cuius est prescius ipsa erit: voluntas ergo erit: qd voluntatis est prescius: nec voluntas esse poterit: si in potestate no erit: ergo et potestatis est prescius: no

ergo per eius prescientiam: potestas mihi admittitur quod propterea mihi certior a derit: quia ille. cuius prescientia non fallitur: a futuram mihi esse presciuit. Et sic patet. qd ex infallibilitate diuine prescientie manifeste conuincitur liber euentus: et contingentie futurorum. ¶ Et quo patet euidenter qd non inuicem aduersantur: nec mutuo se repellunt. ¶ Sed contra predicta potest multipliciter argui. ¶ Primum quidem: quia si cum dei prescientia staret contingentia futurorum prescitorum sequeret qd dei prescientia esset fallibilis: et posset euacuari: quod est impossibile. consequentia declaratur. Tum quia si deus presciat me aliquid libere esse facturum et in mea potestate est mutare propositum: et illud non facere: si non fecerit: falleret prescientia dei. Tum quia sequitur: deus prescit a. fore et a. non erit. ergo dei prescientia / vel deus fallitur: ergo simpliciter sequitur: deus prescit a. fore: et possibile est a. non fore. ergo deus potest in sua prescientia falli. ¶ Patet consequentia: quia sicut ad duas de inesse sequitur ista de inesse: ita ad vnam de inesse / et alteram de possibile sequitur ista de possibile. ¶ Patet etiam. Si a. prescium a deo fore: potest non fore. ponatur qd non erit sequitur a. prescium a deo fore non erit: ergo deus presciens eum fore decipitur: et antecedens est possibile. ergo consequens est possibile. ergo deus potest in sua prescientia falli. ¶ Secundo principaliter sequitur. qd dei prescientia esset mutabilis: quod est impossibile: cum in deo non sit transmutatio / nec vicissitudinis obumbratio. IACO. primo. consequentia declaratur dupliciter: primo quia si deus hunc presciat a. fore. et possibile est a. non fore. possibile est deus presciat a. non fore. qd si ponatur in esse. sequitur qd deus primo presciat a. fore. et postea presciat a. non fore. Nam in possibile est qd simul presciat vtraq; talis autem successio prescientie non potest sine vicissitudine et nititate fore. ¶ Secundo quia impossibile est transire de contradictorio in contra dictorium: seu qd idem est vnum contra dictorium verificari post reliquum: nisi interueniat alia qua mutatio in re significata. ¶ Patet. quia ab eo qd res est: vel non est et cetera. Unde rebus non mutatis non mutatur veritas propositionis. sed si ponatur qd a. prescium fore non erit. hec primo erat vera. deus prescit a. fore: et postea hec erit vera. deus non prescit a. fore. ergo aliqua mutatio erit facta: et constat qd non in a. quia adhuc est penitus nihil sicut prius: et de nihilo in nihil / vel de non esse in non esse non est possibilis transmutatio. vt patet. 5. phys. ergo in deo: cum nihil aliud sit significatum / vel pars significati alicuius illorum contradictorium: nisi fore diceretur qd tempus futurum consignificatur: sed illud non tollit propositum: quia etiam in illo cum ad hoc penitus sit futurum et non ens non est facta mutatio. ¶ Tertio principaliter sic. omne quod deus prescit: de necessitate ipse prescit. ergo omne quod deus prescit necessario eueniet. consequentia patet: quia alias posset deus prescire aliquid euenturum quod non eueniet: quod est impossibile: quia tunc ista non esset prescientia: sed falsa futuri estimatio. Antecedens probatur primo: quia prescientia est perfectio simpliciter: et omnis perfectio simpliciter de necessitate est in deo. Secundo quia omne quod deus prescit et non potest non prescire: postq; ipsum prescit deus de necessitate prescit: sed omne quod deus prescit deus non potest non prescire postq; prescit ipsum. alias minueretur prescientia sua et mutaretur. ergo omne quod deus prescit de necessitate prescit. ¶ Quarto principaliter sic. de futuris contingentibus non potest haberi scientia. ergo nec prescientia. consequentia patet: quia prescientia nichil aliud significat / qd futurorum scientiam. Antecedens patet ex diffinitione sci-

Cap. 10.

T. c. 7.

re data in primo posteriorum. Scire est rem per causam cognoscere: quoniam illius est causa: quoniam impossibile est alter se habere a loquin non essent contingentia sed necessaria. ergo ipsorum non potest esse scientia.

Ad primam respondeo negando consequentiam. Ad primam probationem respondit Boetius. de consolatione dicens. respondebo propositum quidem tuum te posse deflectere: huius quoniam illud te posse: et an facias quouere conuersas: presens prouidentie veritatis intuetur: diuinam te prescientiam non posse vitare. Et stat in hoc solutio quod deus presciuit quod ad hanc et illam partem potes voluntatem conuertere: et scit etiam ad quam partem de facto conuerteret. Et si oppositum elegeris: hoc etiam ipse presciuit: et est conformis solutio dicto Augusti. allegato in secunda ratione ad principalem conclusionem presentis articuli. Et est vera et sic non fallitur prescientia dei. Ad secundam probationem eiusdem consequentie dico: quod ista consequentia qua ex duabus de inesse infertur illa de inesse: est bona: sed antecedens est impossibile propter impossibilitatem suarum partium: quibus utraque se sit possibilis. Alterius autem nego alias consequentiam: que ex illa infertur. Et ratio quare prima valet et non secunda est: quia per illam deus decipitur que est consequens prime consequentie non significatur nisi quod deus iudicat vel presciit aliquid fore: quod tamen non erit. Et hoc bene infertur ex illo antecedente: sed per illam. deus potest decipi: que accipitur pro consequente secunde consequentie: denotatur esse possibile quod deus presciat aliquid fore: quod tamen non erit: vel non fore quod erit: ita quod hec sit possibilis deus aliquid presciat fore quod non erit. hoc autem non sequitur ex illis duabus: quarum una est de inesse altera de possibili: quia per illud antecedens se quod est verum non denotatur: quod isti. deus presciat. a. fore. sit compossibilis illa de inesse: que correspondet huic. possibile est. a. non fore: quod tamen oportet. Et per hoc patet quod prima probatio consequentie non valet. Ad tertium dicendum quod illa. a. presciat a deo fore potest non fore: non debet sic poni inesse. a. presciat a deo fore non erit: sed sic. a. non erit: sicut ista. petrus sedens potest stare. non debet sic poni inesse. petrus sedens stat: sed sic. petrus stat. similiter ista: presciat a fore potest non fore: non debet sic poni inesse. presciat a fore non erit: sed sumpto aliquo quod est presciat a fore. verbi gratia. antichristus debet sic poni. antichristus non erit: sicut etiam patet in ista sedens potest stare. Et istis autem sic de inesse non sequitur. ergo deus decipitur. Si tamen argueretur sic. possibile est. a. presciat a deo fore non fore: et si numeretur in sensu composito: tunc sua de inesse esset hec. presciat a fore non erit: ad quam utique sequeretur deum decipi. Sed prima de possibili in illo sensu non est vera. Ad secundam rationem nego consequentiam. Ad primam probationem dico concedendo quod possibile est deum presciat a. non fore: si ponatur inesse ante: scilicet istud instans pro quo presciat a fore. ut videtur sumere probatio ista: et sequens. dico quod non sequitur quod deus primo presciat. a. fore: et postea presciat. a. non fore: sed sequitur quod non presciat nunc nec unquam antequam presciat. a. fore: sed semper presciat. a. non fore: et hoc modo soluit venerabilissimus Hugo libro primo de sacra. quandam rationem qua dicitur: quod si euentus rei que preuisa est fore impediretur: prouidentia ipsa mutaretur vel cassaretur: quod est impossibile. Nos inquit ad hoc respondemus: quia si mutaretur euentus quod fieri potest: non mutaretur: nec cassaretur prouidentia: quia hoc omnino fieri non potest: sed potius nunquam fuisset preuisum quod nunquam fuerat futurum et constaret prouidentia in eo ut non fieret sicut in eo modo consistit ut fieret non mutata ut post aliam aliam esset: sicut

parte. 2. cap. vlti.

ut nunquam alia essent. hec ipse. Et est simile et quod in precedenti questione dicebatur de propositione contingenti vera de futuro que si ponatur falsa sequitur quod semper fuerit falsa. et nunquam prius fuit vera. Et eodem modo si falsa que potest esse vera ponatur esse vera. sequitur quod nunquam prius fuit falsa. Et per illam patet ad secundam probationem: quia isto posito non sequitur quod hec primo sit vera. deus presciat. a. fore: quoniam sequitur quod hec ista nunc sit vera nec antea unquam fuerit vera. Ad tertiam rationem dico quod antecedens est falsum. Ad primam probationem dico quod eundem ad vim locutionis quod prescientia est perfectio simpliciter et summa: quia est veritas et concedo quod de necessitate est in deo: vel propius loquendo ipsa de necessitate est deus: sed ex hoc non sequitur. ergo omne quod deus presciat de necessitate presciat: sicut volitio debet etiam de necessitate est deus: et tamen non ex hoc sequitur. ergo omne quod deus vult de necessitate vult. Nam antecedens est verum et consequens falsum. Si tamen ista prescientia est perfectio simpliciter. numeretur loco huius: esse presciat unum est perfectio simpliciter: seu iuxta interpretationem huius dicitur: in quoquoque vel unicuique melius est esse presciat quam non presciat: potest distingui se quod iste terminus presciat potest sumi respectu rerum futurarum: sic dicendum est quod non est simpliciter deo melius esse presciat: quoniam si nulla res esset futura sicut possibile est se potentia dei accipiendo res futuras ut distinguuntur contra presentes: deus nullius rei future esset presciat: nec tamen esset minus bonus vel perfectus quam sit nunc. supposito tamen quod alique sint future minus esset perfectus: immo ipse non esset deus: si non esset earum presciat: ut dicit Augustus. de ciuitate dei. et allegatur est supra. Et est simile et quod dicit Ansel. in motu. quod non est melius deo esse summum quam non summus: quia si nulla alia res esset ipse non esset summus: et tamen non est minus perfectus vel minus bonus. Propositis tamen alijs rebus si non esset summus: constat quod ipse non esset deus. Alio modo potest accipi ille terminus in respectu ad futura enuntiabilia tam affirmatiue quam negatiue significabilia: et illo modo potest concedi quod deo melius est esse presciat: et de necessitate est presciat futurorum: nullius tamen futuri qualitercumque sumatur ipse est de necessitate presciat. Et ratio est quia necesse est aliqua enuntiabilia de futuro contingencia esse vera et esse futura: nullum tamen talium est de necessitate verum vel futurum: sicut patet ex quarta conclusione secundi articuli precedentis questio. Ideo non sequitur deus de necessitate futura presciat. ergo omne quod presciat deus de necessitate presciat: nec etiam sequitur. ergo omne futurum deus de necessitate presciat. Nam in prima ly futura. supponit confusum: nec contingit descendere per distinctionem ad aliqua singularia. Exemplum. non sequitur: petrus de necessitate erit in futuris instantibus. ergo in quocumque instanti petrus de necessitate erit. Nam antecedens est verum posito quod petrus sit nunc et non contingat bare ultimam instans esse petri: ut multi tenent: et tamen consequens est falsum. et ideo potest dici ad assumptam propositionem quod licet sit perfectionis simpliciter presciat futura: non tamen est perfectionis simpliciter presciat hoc vel illud futurum determinate. Ad secundam probationem dicendum quod minor simpliciter intellecta ut sonat est falsa. et per consequens etiam maior: propter falsam implicationem. Nam omne quod deus presciat erit et postquam erit deus non presciat ipsum: et sic patet quod omne quod deus presciat deus potest non presciat postquam ipsum presciat: hoc tamen non est cum aliqua mutatione dei: sed ex sola positione inesse illi quod prius erat futurum: et non actu erat: et sic non futurum postquam fuit futurum: sicut etiam pro vera de futuro postquam fuit vera potest absque sui mutatione per solas mutationem rei

Dicitur hoc in scripto. dist. 38. Et similiter. Et dicitur ea dem dist. q. vlti. dist. 38. ma. Et videtur pro se habere Boetium. 5. de consolatione. Dicitur pro se vltima. ubi virtute argumenti dicti ponens in alijs diuis. se. verbis. Si dicitur inquit quid euentum deus videt illud dist. 38. q. non euenire non posse: quod autem non potest non euenire illud ex necessitate contingere: meo ad hoc nomen necessitatis astringas: fatebor rem quidem solidissime veritatis: sed cum vix aliquis nisi diuinus speculator accesserit. Respondeo namque idem futurum cum ad diuinam notationem refertur necessarium: cum vero in sua natura penditur liberum prolixus / atque absolutum videri. similiter infra dicitur hec si ad diuinam notationem referantur necessaria: si per se considerentur: necessitatis nexerantur sunt absoluta. Hec responsio potest tripliciter intelligi. vno modo quod absolute et simpliciter concedatur aliquid unum esse necessarium et contingens: nihilominus tamen ab alio ut causa prima habet quod sit necessarium: et a causa proxima / vel ex se quod sit contingens: sicut de vno eodem concederetur quod est calidum et dulce: quibus ab alia causa sit factum calidum et alia dulce. Alio modo non sic quod ista absolute sumpta idem est necessarium et contingens concedatur: sed quod de eodem utraque harum concedatur: hoc est necessarium futurum a causa prima: et propter dei prescientiam: et hec simpliciter hoc est se suam naturam et a sua causa proxima contingenter futurum: sicut de eodem diceremus quod a deo est scitum fore: et non est a causa proxima scitum fore: nec tamen absolute concederemus quod ipsum est scitum fore et ipsum non est scitum fore: quia ille due vltime contradicunt: et due prime non: quoniam sunt simul vere. Tertio potest intelligi responsio ista idem comparatum ad dei notitiam esse necessarium futurum. id est si aliquid est presciat a deo futurum necesse est ipsum esse futurum: ita quod sit necessitas conditionata / seu denotatur illam conditionalem esse necessariam: idem quoque se sumptum et absolute et simpliciter est contingenter futurum: quibus istum tertium sensum minus videatur parere ista responsio se propter sermone. Egidius tamen aliquando hunc sensum videtur concipere. Si primo modo accipitur responsio utique implicat contradi-

esse falsa. Ad illud vero quod additur quod dei prescientia minueretur: patet quid dicendum. Si autem minus intelligeretur contracte: sic scilicet quod omne quod deus presciat deus non potest non presciat ante instans pro quo ipsum presciat postquam ipsum presciat ipsa esset vera: et maior falsa. Nam quodlibet tale ante illud instans deus potest non presciat: ut supra probatum est: et tamen nullum tale potest deus ante illud instans non presciat postquam ipsum presciat: sicut nec aliqua propositio enuntians illud fore potest ante illud instans pro quo enuntiat. illud fore non esse vera: et ideo illa maior est simpliciter neganda. Ad quartum dicendum quod ut ad presens quod scientia potest accipi dupliciter. vno modo stricte pro ea que accipitur per demonstrationem: et illo modo de nullo enuntiabili contingenti / siue de presenti / siue de futuro potest haberi scientia. Alio modo communiter pro omni euidenti et certa notitia / vel iudicio alicuius enuntiabilis: et sic de contingens potest esse scientia. Unde multe singulares veritates contingentes de presenti hoc modo sciuntur: virtute notitie intuitiue quam habemus de rebus: et taliter est scientia prescientia dei. argumentum autem procedit se primam acceptionem scientie. Ad principale dicitur: quod omne futurum comparatum ad causam: primam et dei prescientiam est necessarium / seu necessarium futurum: comparatum autem ad causas: proximas et se suam naturam consideratum est contingens / seu contingenter futurum: nec est in eodentem idem: diuersis respectibus esse necessarium et contingens. Et hec responsio est sancti Thomae. i. se. in scripto. dist. 38. Et similiter. Egidius ea dem dist. q. vlti. dist. 38. ma. Et videtur pro se habere Boetium. 5. de consolatione. Dicitur pro se vltima. ubi virtute argumenti dicti ponens in alijs diuis. se. verbis. Si dicitur inquit quid euentum deus videt illud dist. 38. q. non euenire non posse: quod autem non potest non euenire illud ex necessitate contingere: meo ad hoc nomen necessitatis astringas: fatebor rem quidem solidissime veritatis: sed cum vix aliquis nisi diuinus speculator accesserit. Respondeo namque idem futurum cum ad diuinam notationem refertur necessarium: cum vero in sua natura penditur liberum prolixus / atque absolutum videri. similiter infra dicitur hec si ad diuinam notationem referantur necessaria: si per se considerentur: necessitatis nexerantur sunt absoluta. Hec responsio potest tripliciter intelligi. vno modo quod absolute et simpliciter concedatur aliquid unum esse necessarium et contingens: nihilominus tamen ab alio ut causa prima habet quod sit necessarium: et a causa proxima / vel ex se quod sit contingens: sicut de vno eodem concederetur quod est calidum et dulce: quibus ab alia causa sit factum calidum et alia dulce. Alio modo non sic quod ista absolute sumpta idem est necessarium et contingens concedatur: sed quod de eodem utraque harum concedatur: hoc est necessarium futurum a causa prima: et propter dei prescientiam: et hec simpliciter hoc est se suam naturam et a sua causa proxima contingenter futurum: sicut de eodem diceremus quod a deo est scitum fore: et non est a causa proxima scitum fore: nec tamen absolute concederemus quod ipsum est scitum fore et ipsum non est scitum fore: quia ille due vltime contradicunt: et due prime non: quoniam sunt simul vere. Tertio potest intelligi responsio ista idem comparatum ad dei notitiam esse necessarium futurum. id est si aliquid est presciat a deo futurum necesse est ipsum esse futurum: ita quod sit necessitas conditionata / seu denotatur illam conditionalem esse necessariam: idem quoque se sumptum et absolute et simpliciter est contingenter futurum: quibus istum tertium sensum minus videatur parere ista responsio se propter sermone. Egidius tamen aliquando hunc sensum videtur concipere. Si primo modo accipitur responsio utique implicat contradi-

ctionem. Nam si aliquid. verbi gratia. a. est contingenter futurum: potest ergo non fore. et consequens hec est possibile a. non erit: ponatur ergo quod sit vera. Et alia parte: si a. est necessario futurum. hec est necessaria: et per consequens quando cumque erit: erit vera a. erit. et sic simul aliquid quando erunt contradictorie vere. Hec iuuat in hoc diuersitas causarum: quia non minus est impossibile quod a diuersis causis duo contradictoria verificentur / quam ab eadem: alias ego possem verificare unum et tu reliquum. Preterea. se in hoc quodlibet futurum esse ex se possibile non fore: et alio: puta ex causa prima esset impossibile non fore: et sic sequitur imaginatio dicentium aliquid esse possibile ex se et impossibile ex extrinseco: quam includere contradictionem demonstrat efficaciter. Comment. 16. 124. primo celi. Manifestum inquit est se in Aristotele: quod positio alicuius possibilis ex se. et impossibile ex extrinseco est positio contradictoria diffinitioni possibilis. dictum enim est quod cum possibile ponitur esse ens. id est cum ponitur inesse non sequitur impossibile: sed quod erit falsum possibile: non impossibile falsum: et cum concessum fuerit quod diffinitio cuiuslibet possibilis est huiusmodi si aliquid posuerit aliquid possibile esse in se: et impossibile ab extrinseco continget: ut eius potentia in actu sit impossibilis non falsa possibilis. Hec Commenta. Si vero intelligitur responsio ista in secundo sensu adhuc est falsa. primo quia sequitur simpliciter et absolute. loquendo quod omnia futura necessaria erunt: et nihil erit ad utrumlibet contingens in entibus: quod manifeste est falsum et contra philosophiam theologiam et fidem nostram. Nam sic perit libertas arbitrii et meritum et demeritum: ut arguendo dicebatur et contra experientiam humanam. Nam ut dicit Augustus. de ciuitate dei. multa facimus: que si nollemus. vltis non faceremus: quo primum pertinet ipsum velle. Nam si volumus ipsum est. si nollemus non est. non enim vellemus si nollemus. Sed quod ita sequatur apparet. Nam necessario sequitur: quodlibet futurum est necessario futurum a causa prima. ergo quodlibet futurum a causa prima necessario causabit: et per consequens quodlibet futurum necessario erit: nec obstat quod non causetur necessario a causa proxima. Nam siue causatur ab ea / siue non: necessario causabitur a prima: et sic necessario erit. Preterea. Sequeretur quod que a sola causa prima sunt fienda erunt simpliciter necessario fienda ab ista: et que a sola ea sunt facta prius facta fuerunt fuissent necessario fienda: et sic mundus fuisset necessario creatus a deo: et quorumcumque futurorum hominum anime necessario essent a deo fiende: quod est falsum: cum deus nullam creaturam produxerit / aut producturus sit necessario: sed mere contingenter et libere. Et consequentia patet: quia talia non habent a causis proximis cum nullam habeant contingentiam. Preterea. Summo aliquid contingenter futurum a voluntate mea / seu contingenter a me fiendum: et sit a. si a. sit necessario futurum a causa prima / aut est sic necessario futurum ab illa. quod siue volam ego illud facere / siue non: nihil minus erit a causa prima: et tunc sequitur quod illud non subest mee potestati / aut solū sub conditione est necessario futurum ab illa: puta si ego volam illud facere: et tunc sequitur quod non plus fuit necessario futurum a causa prima / quam a me: et tamen a me non fuit futurum necessario: sed mere contingenter: ut dicit responsio. ergo nec a causa prima est necessario futurum. Preterea. Nullum futurum deus necessario scit esse futurum: ut supra probatum est. ergo nullum futurum necessario est futurum a causa prima / aut propter dei prescientiam. Nam potest: si aliquid sit ponatur illud esse a. nunc aut sequitur a. erit a causa prima / vel propter dei prescientiam. ergo a. deus presciat esse futurum: sed antecedens est necessariū

1. c. 124.

Cap. 1.

si hec sit vera a. necessario erit a prima causa: vel propter prescientiam dei sicut conceditur. ergo r consequens est necessarium. ergo hec est vera. a. deus necessario prescit esse futurum r per consequens aliquod futurum deus necessario scit esse futurum: quod contradicit antecedenti.

**In** tertio autem sensu responsio vera est et in illo sensu loquitur Boetius sicut manifeste patet ex his que sine medio subiungit verbis supra primo pro ista responsione allegatis. ait enim. due sunt et enim necessitates: simplex una: veluti qd necesse est omnes homines esse mortales: altera conditionalis vt si quem ambulare scias: ambulare eum necesse est: quod enim quisq; nouit. illud aliter esse qd nouit esse nequit: sed hec conditio minime secum illam simplicem trahit: hanc enim necessitatem no propriam facit natura: sed conditionis adiectio: nulla enim necessitas cogit incedere voluntate gradientem: quis est cum gradiatur incedere necessarium sit. Eodem ergo modo si prouidentia quid presens videt. id esse necesse est: tamen si nulla nature habeat necessitatem: at qui deus ea futura que ex arbitrii libertate proueniunt presentia contuetur. hec ergo ad intuitus relata diuinum necessaria sunt per conditionem diuine notionis: per se vero considerata ab absoluta sua nature libertate non desinunt. Nec ipse. Vbi expresse patet qd cum dicit talia ad intuitum relata diuinum esse necessaria per conditionem diuine notionis non aliud intelligit nisi qd sunt necessaria necessitate conditionali conditione adiecta circa dei notionem: quod idem valet: ac si diceretur. si talia sunt a deo scita fore: ipsa necesse est fore: per se vero. id est simpliciter r sine conditione sumpta libere r contingenter eueniunt: sicut quis libere r contingenter ambulat. Et tamen si tu scias eum ambulare necesse est eum ambulare: r si ambulat necesse est eum ambulare id est impossibile est te scire ipsum ambulare et ipsum non ambulare. et impossibile est ipsum ambulare r non ambulare. vbi solum notatur necessitas consequentie. et hanc etiam solutionem in sententia ponit Augusti. 5. de ciuitate dei. r Ansel. de concord. r vtiq; bona est. Verum quia illud primum argumentum in forma qua factus est videtur inferre qd ista necessitas non solum sit consequentie: sed etiaz consequentie. ideo respondeo ad ipsum negando consequentiam. Ad primam probationem eius dico qd Augusti. vult ibi notare hanc esse impossibilem. aliter fiet qd deus presciuit: seu hanc copulatiuam: aliter fiet r tamen sic fieri deum presciuit: r per consequens hanc conditionalem esse necessariam si sic fiendum deus presciuit sic fiet: r eodem modo intelligendum est dictum Boetij proxime allegatum: quod quisq; nouit illud aliter esse qd notum est nequit: quod patet: quia ipsum sumitur ad probandum istam conditionalem esse necessariam: si quem ambulare scias: necesse est eum ambulare: et simile in sententia Bagister ponit solutionem in ista distinctione. Ad aliam probationem ex dicto Ansel. dico qd illud dictum Ansel. qd deus prescit futurum necesse est esse futurum: et similiter aliud eiusdem ibidem. necesse est omne futurum esse futurum et plura alia que ibi dicit sunt eodem modo intelligenda: scilicet vt notetur necessitas conditionalis siue consequentie: quam ipse vocat necessitate sequentem positionem rei: r ista huiusmodi dicta sumantur fm intentiones eius: vt equiualeant conditionalibus. Et qd hoc sit fm intentionem eius patet: quia in principio eiusdem capituli. 4. ait. cum dicitur: si erit ex necessitate erit hoc sequitur necessitas rei positionem non precedit. id est valet si sic pronuntietur: qd erit ex necessitate erit: non enim aliud significat hec necessitates nisi qd si sit non poterit simul no esse. Nec patet quod dictu est primo quide: qd dicitur hoc valere illam conditionalem r alia categorica: que licet fm formam suam non equiualeat: fm intellectum tamen

eius qui eam format equiualeat illi: seu vt equiualeat sumitur. secundo quia ait qd talis necessitas non significat nisi impossibilitatem huius copulatiue: aliquid erit r ipsum non erit: et per consequens non nisi necessitatem conditionalem oppositam: r in hoc sensu etiam exponit se infra: rem inquit futuram necesse est esse futuram: quoniam nequit futurum esse simul non futurum: r similiter iuxta finem capituli. dicit qd id sensus est si dicatur: quod deus prescit necesse est illud esse futurum. Unde notandum qd illud dictum eiusdem ibidem qd quotiens idem dicimus de eodem necesse est esse. quod dicitur: vt omne futurum est ex necessitate futurum: r et omnis homo ex necessitate est homo et similia: qd de virtute sermonis sit falsum: tamen fm intellectum eius qui talia intelligebat: vt dicit quidam doctor tenet subiecta constantia subiecti: vt puta supposito qd homo sit: necesse est qd homo sit homo: r supposito qd aliquid sit futurum: necesse est illud esse futurum: et sic de alijs: seu qd idem est: vt sumuntur equiualeat conditionalibus: sicut patet: quia semper ibidem iungit conditionalem cum categoricam: vnde ait. Cum enim dicitur qd omnis homo est homo / aut si est homo. homo est: aut omne album est album: et si est album. album est. necesse est esse quod dicitur: quia non potest aliquid esse simul et non esse: que probatio: clare demonstrat eius intellectum esse qui dicitur est. sic in qua illud dictum et similia sumpta sunt vera. Ad secundam probationem dicendum qd ad certitudinem prescientie: vt nunc est sermo de ea non requiritur qd illud quod prescitur non possit no fore: sed sufficit qd euidenter cognoscatur qd illud erit: sicut ad certam notitiam de cursu petri currentis non requiritur qd ipse non possit non currere: sed sufficit qd intuitue et euidenter cognoscatur qd currit. Unde neganda est illa prima consequentia. quia qd quis futurum possit non esse futurum: non tamen non erit futurum: et hoc clare deus nouit qd si de facto illud non esset futurum: vtiq; deus nosset euidenter illud non esse futurum. Ad tertiam probationem respondet. f. Ho. concedendo consequentiam: et qd antecedens est necessarium absolute: sed dicit qd quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum anime. consequens est accipiendum non fm esse quod in se est: sed fm esse quod est in anima. Aliud enim est esse rei in se ipsa: aliud esse rei in anima. vt puta si dicam si anima intelligit aliquid: illud est immateriale: intelligendum est qd illud est immateriale fm esse quod habet in anima: vel in intellectu: non fm qd est in se ipso: et similiter si dicam. si deus scit aliquid illud erit. consequens intelligendum est prout subest diuine scientie: scilicet prout est in sua presentia: et sic necessarium est sicut r antecedens: quia omne quod est quando est r. vt dicitur primo peribermias. Sed salua eius reuerentia illa solutio non continet veritatem: nec in eo quod concedit: nec in eo quod assumit. Primum proba: quia capiam istam categoricam: antichristus erit fm se extra omnem consequentiam: et quero vtrum ipsa sit necessaria: vel contingens: non potest dici primum: quia tunc eadem ratione quelibet singularis de futuro contingenti vera esset necessaria: r quelibet falsa impossibilis: et sic sequeretur qd nihil penitus esset ad vtrilibet: sed omnia necessario euenirent: vel non euenirent: quod est contra sanctos et fidem catholicam: ergo est contingens. ergo in quacumq; consequentia ipsa sumatur semper erit simpliciter et absolute contingens. Nam sicut falsa propositio potest esse consequens in consequentia necessaria: cuius antecedens est falsum: nec tamen ex hoc ipsa est minus falsa: et vera potest esse pns ad aliam veram: et etia ad falsam: nec est ex hoc minus vera: r necessaria potest esse pns ad necessariam: r etia ad contingentem

nec tamen est ex hoc contingens aut minus necessaria. sic oppositio contingens non obstat qd sumatur in consequentia necessaria no est ex hoc necessaria aut minus contingens. Unde etia est dicitur. si deus scit antichristum futurum: antichristus erit: non erit consequens minus contingens qd prius. Et quo etiam vltimus sequitur qd illud antececedens est contingens: cuius oppositum dicitur responsio.

sui naturali sibi quem iste nascitur ex istis: ille ex illis: nec propter hoc: vt iste baptizet. debuit deus ordinare: vt ex alijs parentibus nasceretur. Ista solutio non continet veritatem. primo quidem: q; contradicit manifeste auctoritati Apostoli iam inducte: dicitis q; sibi suam misericordiam saluos nos fecit per baptismum: et per consequens ex eius misericordia est q; sumus baptizati. non ergo hoc prouenit ex opere tñ: et cursu nature. Et mirū est de isto doctore qui prefatam cōtra se inducit auctoritatem: nec vllum verbum responder ad ipsam: imo certe mirandum non est: q; nihil ad ipsam sibi veritatem dicere potest. Item contra hoc est expressa auctoritas Aug. in de predestinatione sanctorum. satis vltra mediū. vbi ait. q; gratia dei maxime apparet in paruulis: quorum cum alij baptizati: alij non baptizati vite huius terminum sumunt: satis predicant misericordiam et iudiciū. misericordiam quidem gratuitam: iudiciū autem debitū. Item paulo post. apparet inquit nobis in nostro capite ipse fons gratie. vnde sibi vnusquisq; mensuram: se per cuncta eius membra diffundit. Et gratia sit ab initio fidei sue homo quicunq; christianus: qua gratia homo ille ab initio suo factus est vps de ipso spiritu: et hic renatus de quo est ille natus: eodē fit in nobis remissio peccatorum: quo spiritu factum est vt nullum haberet ille peccatum. hoc se deus esse facturū profecto presciuit. ipsa est igitur predestinatio que in sancto sanctorum maxime claruit. Et post subdit. sicut ergo predestinatus est ille vnus: vt caput nostrum esset: ita multi predestinati sumus vt membra eius essemus. Constat autem q; per baptismum sumus membra christi. Item ait. neq; enī retributa est xpo illa generatio: sed tributa: vt alienus ab omni obligatione peccati de spiritu et virgine nasceretur: sic et nobis: vt et aqua et spiritu renasceremur: non retributum est pro aliquo merito: sed gratis tributum. Et si nos ad lauacrum regenerationis fides duxit: non ideo putare debemus priores res nos dedisse aliquid: vt retribuere nobis regeneratio salutaris. Ille q;pe nos fecit credere in christum: qui nobis fecit in quem credimus. Ex oib; istis multipliciter patet euidenter q; sicut humana natura in christo ex eterna gratuita predestinatione diuina vnita est verbo: et absq; peccato cōcepta et nata. sic quicunq; baptizati sūt: siue anteq; credāt vt pueri: siue postq; crediderunt vt proci: hoc ex gratuita eorum predestinatione consecuti sunt. **¶** Preterea. Suscipiatur vnus qui statim post baptismum moriatur. constat q; sibi fidem adhibet vitam eternam. ergo fuit predestinatus. Si sic. ergo fuit iustificatus a deo: et ideo iustificatus q; predestinatus: quos predestinavit. hos iustificauit: vt dicit Apostolus. cum igitur non sit iustificatus nisi per baptismum. sequitur q; non fuit baptizatus nisi q; fuit predestinatus: et sic nec ex cursu nature: sed ex diuina predestinatione consecutus est sacramentum. **¶** Preterea. Quicquid sit de hoc. vtrum scilicet ex solo cursu naturali. et non ex speciali prouidentia dei aliquis predestinatus nascatur: de parentibus fidelibus: aut q; eius parentes velint: aut faciant ipsum baptizari non ex cursu naturali: aut li. ar. solum hoc prouenit: sed ex speciali gratia dei que in eis operatur illud bonum velle et perficere pro sua: scilicet dei bona voluntate: vt dicit Apostolus. **¶** Et confirmatur: quia si parentes sine dei speciali monitione velint et facerent filium baptizari: eadem ratione posset vnus adultus iudeus: vel Gentilis inter christianos conuersatus et de consuetudine baptizandi christianorum experientia informatus ex virtute li. ar. velle baptizari et baptismum petere / atq; suscipere deo hanc voluntatem in eo specialiter non operante: et per consequens ex puris naturalibus posset quis de statu perditionis ad statum salutis et grē peruenire: q; forte non erit pelagiane heresis metas:  
**Cap. 15.**  
**Cap. 16.**  
**Cap. 17.**  
**Cap. 18.**  
**Cap. 19.**  
**Cap. 20.**  
**Cap. 21.**  
**Cap. 22.**  
**Cap. 23.**  
**Cap. 24.**  
**Cap. 25.**  
**Cap. 26.**  
**Cap. 27.**  
**Cap. 28.**  
**Cap. 29.**  
**Cap. 30.**  
**Cap. 31.**  
**Cap. 32.**  
**Cap. 33.**  
**Cap. 34.**  
**Cap. 35.**  
**Cap. 36.**  
**Cap. 37.**  
**Cap. 38.**  
**Cap. 39.**  
**Cap. 40.**  
**Cap. 41.**  
**Cap. 42.**  
**Cap. 43.**  
**Cap. 44.**  
**Cap. 45.**  
**Cap. 46.**  
**Cap. 47.**  
**Cap. 48.**  
**Cap. 49.**  
**Cap. 50.**



da conclusione. **S**ecundo quia multi si fuissent vocati fuissent sine obice gratie. iuxta preallegatum Saluatoris verbum. **V**e tibi corozati. ergo non quia fuerunt preuisi habituri finalem obicem gratie: ideo deus eos non vocare proposuit vel reprobavit. **T**ertio. querendum est vide quis habeat qd in fine careat obice gratie: id est peccato: et certe oportet dicere qd vel a libe. arbi. et propria voluntate: et sic labi in phelagianum errorem: vel a deo eum gratis conuertente ad se per penitentiam et remittente peccata: et tunc restat querere cur vnum et non aliud sic conuertit: cum eque facilliter posset si vellet: quis enim dicit August. in enchir. ita desinat: vt dicat deum: malas hominum voluntates quas voluerit: et quando voluerit et vbi voluerit in bonum non posse conuertere: **E**t ideo non potest aliter responderi: nisi quia sibi non placet: et iuxta Apostolum cuius vult miseretur: et quem vult indurat: id est immiseretur: vel qd tm valet non miseretur. **C**oncludo igitur vna cum Magistro nostro. distin. 4. q. sicut deus quos voluit ab eterno predestinauit: et non propter merita aliqua futura: ita quos voluit ab eterno reprobavit: non propter demerita eorum futura. **E**t ex hoc etiam sequitur hoc non propter obicem aliquem gratie: iuxta modum loquendi illius doctoris contra cuius sententiam agit quinta conclusio hec. **C**ontra predicta potest argui preter argumenta facta ad questionem: et quidam primo probant qd tam predestinationis qd reprobationis sit causa ex parte predestinatorum et reprobatorum: primo quia predestinatio includit electionem. iuxta illud ad Ephe. **E**legit vos ante mundi constitutionem: sed electio non est inter equales omnino: oportet ergo inter electos et non electos reperiri diuersitatem: propter quam isti eliguntur. illi vero reijciuntur. **S**ecundo. agens vniuersale agit in omne qd non habet impedimentum: sicut patet de sole qui in omnem partem aeris diffundit radios suos: nisi sit impedimentum: sed deus est ex sua bonitate agens vniuersale. volens omni creature rationali gratiam et salutem: offert enim quantum est ex se omnibus gratiam suam: qui solem suum facit oriri super bonos et super malos. ergo omnibus dat gratiam et salutem: nisi in illis sit impedimentum. ergo qd aliquis careat salute et sit reprobatus: causa est positio impedimenti preuisi ab eterno. qd vero alius sit predestinatus causa est negatio impedimenti talis. **T**ertio probatur auctoritate Augusti. 8. q. d. proius cuius vult miseretur: et quem vult indurat: sed hec voluntas dei iniustitia esse non potest. venit enim de occultis meritis: quia et ipsi peccatores: cum propter generale peccatum vnam massam fecerunt. **N**on tamen inter illos vlla est diuersitas: peccat ergo aliqd in peccatoribus: quo quia nondum sunt iustificati. digni efficiantur iustificatione. et item precedit in alijs peccatoribus quo digni sunt obfusione. **E**x quibus patet August. sensisse. qd ex meritis et demeritis sit iustificatio et obduratio. **D**einde quarto arguo qd reprobationis sit causa in reprobatis: quia si non sed pro libito suo deus homines reprobat: sequitur qd deus sit crudelis iniustus: et per se delectetur in penis: que proius sunt falsa. consequentia patet: quia omnis qui pro libito aliquem punit et affligit: et in peccatum labi permittit. ad hoc vt puniat et affligat est crudelis et iniustus. **H**ec omnia sequerentur de deo si pro libito reprobaret. **C**onfirmatio: quia licet in carentibus sensu et experientia boni et mali artifex disponeret: ita pro libito in contumeliam et honorem absqz vitio seu nota crudelitatis et iniustitie: in habentibus tamen experientiam boni et mali honoris et contumelie istud fieri non potest. **P**roterea. **L**icet in gratuitis posset distributor plus vel minus pro libito damnare absqz iniustitia. **N**on tamen potest sine ini-

Cap. 15.

Cap. 1.

q. 53.

ustitia pro libito suo penam infligere: sed in reprobatione infligitur pena. ergo non pro libito reprobat deus. **P**roterea. si hoc esset verum: sequeretur qd deus non vellet oēs hoies saluos fieri: sicut dicit Apostolus prima ad Thim. **Q**uoniam quos reprobat sine causa vellet non saluos fieri. **P**roterea. **A**d hoc e auctoritas Mag. distin. in. 4. di. q. si meritū querimus obduratiōis et inie obduratiōis meritū inuenimus: inie vero meritū non inuenimus. ergo saltē reprobatiōis est aliqua causa ex parte reprobato: um. **A**d primū dico qd de electione possumus loqui dupliciter. **U**no modo specialiter. s. put sequitur deliberationem et sententiam consilij fm quem modū diffinitur. 3. ethic. q. electio est desiderium consiliabile et talis electio non cadit inter penitus equalia ante consilium scita esse equalia: sicut nec consilium nec predestinatio includit: aut exigit hmoi electionem: quoniam nec talis electio nullatenus competit deo: vt dicit Dam. lib. 2. **A**lio modo possumus loqui de electione cōmuniter et large: prout quilibet libera preceptatio vnius ante alterum dicitur electio: et hec adhuc est duplex: quedam quasi preueniens casualiter bonitatem electi: quedam vero consequens. hoc est dictu qd aliquid eligitur vt sit bonus: et aliquid qd estiam bonum. **P**rimo modo predestinatio includit electionē seu potius est electio. **N**on aut scdo modo. vnde Aug. lib. 1. ad Simpli. iuxta finem. **S**i electio inquit hec sit aliqua: sic intelligimus quod dictum est: reliquie per electionē gratie salue facte sunt: vt nō iustificato: rum electio fiat ad vitā eternā: sed vt eligant qui iustificentur. talis aut electio vtiqz pot esse inter equales: sicut patet in exemplo Apostoli de figulo: qui ex eadē massa penitus vniiformiter pro libito partē vnam eligit: vt perfectā recipiat formam: et reliquā dimittit informem. **A**d secundum dico qd si illa prima ppositio sumat pro vna vniuersali falsa est: et habet instantiā de agere libero. artifex nāqz non agit in quālibet partē materie obiecte: sed in aliqua sic: in aliquā non: vt sibi placet. deus aut liberius est agēs in agēdo. **P**roterea. **A**lia ppositio assumpta est falsa loquēdo de gratia et salute que sunt effectus predestinationis: sicut opy si ratio debeat esse ad ppositum. **C**ōstat enī qd non omnibus talia tribuit: imo certe sicut dicit Aug. in de predestinatione sanctorū. fides inchoata et fides perfecta donū dei sunt. et hoc donum quibusdā dari: quibusdā non dari oīno nō dubitabit: qui nō vult manifestissimis sacris litteris repugnare: et sicut est de fide: ita est de alijs gratuitis donis dei / nec valet ad obfistēdum dicere: qd quibus non dat hmoi dona in eis reperit impedimentū: qd nullum impedimentū est possibile esse: vbi vult agere: sicut patet in conversione pauli: cui maiorē gratiam contulit qm multis iam fidelibus et iustis: in quibus nullū erat impedimentum et in alijs etiā minus indispositis quā ipse nō tribuit. **C**eterum est tñ qd nulla creatura est cui non cōicit deus gratis dona sua. s. esse et viuere: et oīno quodcūqz bonū sit donū dei: sed de talibus nihil ad ppositum. **A**d tertiu dicit Mag. qd credēdum est Aug. illa verba voluisse retractasse in lib. de retrac. vbi prius quedā alia circa istā materiam retractauit. **S**ed salua reuerentia illud non videt verū. propter tria. **P**rimo qd nō est similis sentētia priorū verborū que retractat. et istoz: sicut patet diligenter consideranti. **S**ecdo qd primo retrac. retractat: seu potius declarat quoddā dictū immediate p̄s verba nūc allegata: et in eoz declaratione assumptū. et ista nullo modo qd non est verisimile ipm tacuisse si voluisset illa retractare. **T**ertio si predicta verba ad intentionē Aug. capiatur non continent sententiā rōnabiliter retractandā: neqz proposito contrariam. **C**onsequenter sciendum qd sicut cōmuniter dicit docto. obduratio pot accipi dupliciter. **U**no modo pro ipsa eterna reprobatione: que non est aliud: qd

Cap. 1.

Cap. 5.

Cap. 11.

Cap. 25.

Cap. 12.

Cap. 14.

ppositū nō miserendi: seu non dandi vitā eternā. **A**lio modo p obfinatione seu induratione mentis in peccato: et sic nō est reprobatio: sed potius sequela eius: qd cui gratiam suā deus non confert: a peccato surgere non potest. **I**ur: sus constat qd iustificatio non est predestinatio: sed predestinationis effectus. **A**ugusti. autē ibi obduratiōis accessit pro induratione cordis: et non p eterna dei reprobatione: quod manifeste patet per exemplū pharaonis quod inducit ad illud ppositū: et precedentis et sequentis. **C**um igitur dicit qd in peccatoribus aliquid precedit quo sunt digni obduratiōe: non accipit obduratiōē p eterna reprobatione: et per cōsequēs etiā cū nō dicat qd in alijs precedit aliquid quo sint digni predestinatione sed iustificatione: patet qd illa auctoritas in nullo est ad ppositū de quo agitur. **R**estat autē tñ videre vtrū ipsa cōtineat veritatē in se. nec hoc dubiū est nisi qd tū ad hoc quod dicit qd aliquid precedit in peccatoribus quibusdā: quo digni iustificatione efficiantur. **E**t dicendum illud posse dupliciter intelligi. **U**no modo qd illud tale peccatoris a se habeant: et sic falsus est intellectus. **A**lio modo qd illud habeant ex preueniente misericordia et gratia dei: et iste sensus nō est falsus: quod patet per Augusti. ibidē declarant quod vidēt est. ait enim qd et si leuio: bus quibus peccati: aut certe quibus grauio: bus et multis: tamen magno gemitu et dolore penitēdi misericordia dei dignus fuerit. nō est ipius qui si relinqueretur interiret: qd miserentis dei: qui et precibus doloribusqz subuenit. parū est enī velle nisi deus miseretur: sed deus non miseretur qui ad pacem vocat: nisi voluntas precesserit: qd in terra patz hominibus bone voluntatis. **I**n istis verbis patet qd ex gemitu et dolore penitendi sit peccator dignus misericordia. s. iustificatione: alia nō esset ad ppositū: quod vult declarare. **I**sta autē verba omnia recitat ipse primo retrac. nec istud retrahit: solum dat intellectū eius quod addit deus nō miseretur nisi voluntas precesserit. d. hoc dictum esse de misericordia que sequitur penitentia: quā. s. precedit talis voluntas penitendi: non autē de qualibet misericordia dei. **I**ta vt ait: est etiā misericordia dei preueniens ipsam voluntatē. que scilicet misericordia si nō esset non prepararetur voluntas a dno: intellige tñ qd etiā sic gemēs nō est dignus iustificatione ex natura sui gemitus: sed ex liberali ordinatione diuina: qua cuiuslibet sufficienter generi disposuit gratiā iustificationis largiri. **C**onsequenter hanc ordinationē dicunt aliqui doctores qd sufficiens attritio necessario sit cōtritiō que est actus charitate formatus. **A**d quartū ne go primā consequentiā: et similiter aliā que fit ad pbationē prime. **N**am affligere et punire nō est reprobare: nec p proterea reprobat deus quēqz vt puniat: nec punit quia reprobauit: sed quia ille quem punit peccauit: aut peccato reus fuit: cuius etiā peccati non fuit causa diuina reprobatio. non enī aliquid deus reprobat impartiēdo malitiā sed nō impartiēdo gratiā: nec quēqz ad peccandū impellendo: sed eū ad bene agendū per suā gratiā nō trahendo. **E**t per hoc patet ad duas alias sequentes rationes. **P**roterea. **D**ico qd sic arguentes talem consequentiā non facerent si verba scripture euz debita veneratione attendere: atqz sanctorum. **S**it enī sapiens deo supra Sapient. 12. quis tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti: et paulo post. cum sis inquit iustus iuste omnia distripnis: ipsum quoqz qui puniri non debet condēnas: et exterum existimas a tua virtute. vbi glof. interlinealis. vel ipsum qui puniri non debet eterna pena condēnas in eternum et exterum etc. id est alienum et indignum a tua pietate. **A**ugustinus quoqz in libro de predestinatione diuina: vel de predestinatione gratie. ait sic. **S**i humanum genus quod creatum primitus constat ex nihilo: non euz de

bito mortis et peccati origine nasceretur: et tamen ex eis creato: omnipotens in eternum nonnullos damnaret: intereat: qui omnipotenti creatori diceret: quare fecisti sic? qui enim cum non essent esse donaret: quo sine essent habuit potestatem. **A**d aliam ex auctoritate Apostoli incedentem. **D**ico primo qd non plus precedit contra me qd contra ponentes causam reprobationis. **N**am supposito qd ex causa reprobet: reprobat tamen: et per consequens aliquos non vult saluos fieri. secundo dico qd si ratio valet probaret omnem hominem esse predestinatum: et neminem reprobatum quod est erroneum. **A**d rationem ergo dico qd cōsequens est verum: scilicet qd deus nō vult omnes homines saluos fieri. **E**t ad verbum Apostoli dico: sicut dicit August. in disputatione de predestinatione contra phelag. et in predestinatione sanctorum: in quibus locis in hoc pposito contra se. hanc Apostoli auctoritatē inducit: et similiter in enchir. qd verbum Apostoli intelligendum est fm distributionem accommodatam: vt sit sensus. deus vult omnes homines saluos fieri id est omnes homines qui saluatur saluos fieri. nullus enim nisi eo volente saluatur: vel vt ibidem subdit in predicto verbo fit distributio non pro singulis generum: sed pro generibus singulorum: quia de quolibet genere et statu hominum vult aliquos saluos fieri. **C**um istis autem stat qd aliquos reprobauit et velit finaliter non saluari: quod etiam ipsum velle comprehensibile et irreprehensibile suo iusto iudicio fateretur Augusti. in libello qui intulatur confutatio catholica: quorūdam sibi imputatorum. **A**d vltimam dicendum qd magister non accipit obduratiōem pro eterna reprobatione vel induratione cordis: cuius meritum est frequenter precedens peccatum: sicut patet in pharaone: qui sicut dicit Augusti. 83. questio. propter crudelitatem quam eter cuit in eis quibus humanitas et misericordia debebat: et meruit penā vt induraretur illi cor etc. **Q**uantū ad tertium articulum scilicet vtrum sit possibile aliquem predestinatum damnari vel reprobatum saluari. **D**icendum est si hoc intelligatur in sensu composito qd non. hec etiam est impossibilis predestinatus damnabitur: et quilibet talis copulatio iste fuit predestinatus. et iste damnabitur eodem vtrobique demonstrato: iste fuit reprobatus: et iste saluabitur est impossibilis. **S**i vero intelligatur in sensu diuiso scilicet qd aliquis qui fuit predestinatus potest damnari vera est. **P**rimo probatur: tum quia prescientia dei falli non potest: cuius tamen oppositum sequeretur: quia predestinatio siue prescientia esse non potest: vt dicit Augustinus in predestinatione sanctorum: et ideo quēqz deus predestinauit scit deus esse saluandum: quia si quēqz sciret saluandum et non saluaretur: falleret scientia eius: immonō esset scientia: sed opinio falsa: quod est impossibile. **C**um quia voluntas dei impediri non potest. **S**i autem aliquis esset predestinatus et non saluaretur impediretur voluntas dei. **N**am si est predestinatus deus vult illi dare vitā eternam. **S**i autem non saluabitur non dabit: quod est voluntatem impediri. has duas rationes dicit Augustinus simul in de correctione et gratia. satis ante medium. predestinatorum inquit si quisqz perit fallitur deus: sed nemo eorum perit quia non fallitur deus. horum si quisqz perit vitio humano vincitur deus: sed nemo eorum perit quia nulla re vincitur deus. **E**t propterea ad hunc sensum ait ipse de si. ad pe. firmissime tene nec perire posse aliquem eorum quos deus predestinauit ad regnum nec quēqz eorum quos deus non predestinauit ad vitam nulla posse ratione saluari. **S**ecundum probatur: quia cuiusqz dabit deus gratiam et finaliter gloria libere dabit: et p cōsequens potest

ad aucto. ap. 1. ad ti mothe. 2.

Cap. 12.

Cap. 2.

questi. 88.

Cap. 5.

non dare. ergo et ille potest non saluari et potest damnari: utriusque predictorum: patet etiam per Augustinum. di. 4. Sed contra illud secundum potest argui dupliciter. Primo quidem ex primo dicto: quod talis copulativa est impossibile. iste fuit predestinatus et iste damnabitur. ergo hec est impossibilis. iste damnabitur: et per consequens etiam ista in sensu diuiso est falsa: iste predestinatus potest damnari: et sic potest argui. de quolibet. Prima consequentia probatur sic: ista copulativa data est impossibilis: et prima pars eius est necessaria. scilicet ista. iste fuit predestinatus: cum sit de preterito. ergo reliqua est impossibilis. scilicet iste damnabitur. Secundo quod si aliquis predestinatus potest damnari: tunc numerus electorum potest minui: et si quisque reprobatus potest saluari: numerus electorum potest augeri: et utriusque consequens est falsum: quia tunc non esset certitudinaliter notus deo numerus electorum: et utriusque consequentia videtur satis nota. Ad primam respondeo negando illam esse necessariam. iste fuit predestinatus. Et dico esse possibile quod iste qui fuit predestinatus nunquam fuerit reprobatus. Similiter quod iste qui fuit reprobatus nunquam fuerit reprobatus. Et hec solutio etiam trahi potest ex dicto Augustini in fine disputationis de prede. contra Pelagium. ubi postquam in precedentiibus probauerat quosdam fuisse predestinatos ab eterno et quosdam reprobatos. hinc inquit nemo gloriatur. nemo desperet. solus enim deus scit que sunt eius. in quantum autem possumus omnes homines ad bonum opus exhortemur. nulli desperationem demus: pro inuicem oremus in conspectu dei nos humiliter. dicentes. Fiat voluntas tua. ipse erit potestatis iudicium in nobis debitum mutare damnationis: et gratiam predestinationis indebitam prorogare. hec ipse. Ex quibus dictis patet dupliciter propositum: primo quidem: quod ait quod deus potest mutare iudicium damnationis: quod non est intelligendum sic: quod in deo potest successiue post iudicium damnationis esse iudicium predestinationis: sed vult dicere: quod deus potest non velle: et per consequens non voluisse damnare: et potest predestinare: et per consequens predestinasse. Secundo quia alias pro sua salute frustra quis oraret: quia si esset reprobatus nihilominus damnaretur. Ad hoc facit aliud dictum Augustini. de ciuit. dei. ubi ait. quod deus potest ad opus nouum: non nouum sed semper num adhibere consilium. Quod ergo aliquid quod noluit. pducere ipse potest pducere: sicut aliquid quod non est facturus ipse potest facere. sequitur: quod aliquid quod ipse non noluit potest ab eterno/ seu eternaliter voluisse. Et eadem ratione: cui non voluit finaliter dare vitam eternam: potest voluisse: et per consequens predestinasse. Et per hoc probatur quod cui voluit potest non voluisse: et per consequens predestinatum damnare. ergo et potest predestinatus dari et reprobatus saluari: in hoc sensu. Cum autem probatur quod illa propositio sit necessaria: per hoc quod ipsa est de preterito. dicendum quod quicquid sit de alijs: de istis tamen quartum veritas aliquibus de futuro in materia contingenti dependet dicendum est quod ipse sunt contingentes: sicut si le de futuro: ut supra dicebatur. Tertium autem est ista. Nam ad hoc quod ista sit vera. iste fuit predestinatus: requirit veritas huius. isti dabit deus vitam eternam: que utique est contingens. Ad secundum dico. quod quibus consequentia posset et forsitan deberet negari simpliciter. Ad clariorem tamen intelligentiam distinguo duplicem sensum qui potest esse ipsius consequentis secundum duplicem acceptionem horum terminorum minui et augeri. Nam cum dicitur: quod tunc numerus electorum potest augeri/ vel minui: vnus sensus potest esse: quod numerus electorum potest esse maior/ vel minor illo numero qui nunc est. Et sic est vera. nam si sunt decem milia electi possent tantum mille/ vel possent esse mille milia/ aut in aliquo alio numero maiore/ vel minore: et in isto sensu et consequens et consequentia sunt conceden-

da. Alius sensus est quod non solum potest esse maior/ vel minor numerus electorum: sed quod potest esse minor/ postquam fuit maior: et e converso. ita quod verum esset dicere: nunc sunt plures/ vel pauciores electi/ quam prius fuerunt: istum sensum proprie facit illud consequens. Nam augeri et minui importat successione quantitatam maiorem et minorum: et sic est falsum: nec sequitur ex antecedente. Nam posito quod mille non predestinatos deus predestinaret: esto quod plures essent predestinati/ quam nunc sunt: non tamen essent plures/ quam prius fuissent. Nam et illi mille semper antea fuissent: et non essent predestinati de nouo: ita quod sicut non esset verum dicere: isti mille sunt nunc predestinati: et prius non fuerunt predestinati: sic non esset verum dicere: nunc sunt plures predestinati/ quam fuerunt prius/ nec esset verum dicere: prius erant tot/ verbi gratia. mille predestinati: et sunt nunc decem milia. vel e converso: sed sicut quot vnus tempore sunt predestinati: tot semper fuerunt et erunt: sic et quot essent tot fuissent semper et forent. Et hoc est simile: si diceretur quod numerus rerum futurarum potest augeri. Nam si simpliciter intelligatur quod plures res possunt esse future/ quam nunc sunt future. verum est quod dicitur. Si autem intelligatur quod possunt esse plures: postquam fuerunt pauciores saluum est. Et ratio est: quia nulla res potest incipere esse futura: et ita est in proposito: quia nullus potest incipere esse predestinatus/ vel reprobatus. Sed contra: consequens in primo sensu secundum quem coelestium est videtur esse falsum. in lib. primo. Cur deus homo. ubi videtur probare: quod numerus electorum est certus et determinatus: ita quod non potest esse alius maior/ aut minor: ait enim. Rationalem naturam que dei contemplationem beata est/ vel futura est: in quodam rationabili et perfecto numero prescitam esse a deo: ita. ut nec maiorem/ nec minorem illum esse deceat. nec est dubium: aut enim necesse est deus in quo numero deceat eam melius constitui: quod falsum est/ aut si sit in eo illam constituit: quem ad hoc esse decenter intelliget. Unde ex his potest sic argui. deus cognoscit numerum electorum maxime conuenientem ciuitati superne vel beatificabili nature. ergo est aliquis talis maxime conueniens: et per consequens nullus alius potest esse numerus electorum. patet consequentia: quia non potest deus imperfecte agere: sed necessario si quid facit conuenientissime facit. Secundo etiam contra hoc videtur Augustinus in lib. de cor. et gratia. vltra medium. ubi ait. quod predestinatum ita certus est numerus: ut nec addatur eis quicquam/ aut minuat ex eis. Et post subdit probationem in Apocalypsi. enim dicitur. Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. si alius non est accepturus nisi isti perdididerint certus est numerus. hoc ipse. Ad primum dico: quod deus non cognoscit numerum magis conuenientem/ vel decentiorem possibilem electorum: sicut nec cognoscit maximum numerum electorum sibi possibilem: cum nullus talis sit: et quibus nullus alius magis deceret/ quam ille qui nunc est in predestinatione diuina: nihilominus tamen nullus alius sibi possibilis si fuerit deceret minus/ quam iste: et si aliter intelligeret Augustinus. salua eius reuerentia in hac parte eum non tenerem. Ad secundum dico quod sicut patet Augustinus. non loquitur de possibili: sed de inesse. Item loquitur de augeri et minui proprie. scilicet in secundo sensu secundum quem negandum est numerum electorum augeri posse/ vel minui proprie: scilicet in secundo sensu: et ideo eius dictum non est contra. Ad rationes principales. Ad primam iuxta prehabita. quod nec predestinationis/ nec reprobationis eterne proprie acceptorum/ vlla est causa. et cu dicitur quod tunc deus ageret in quem reprobatis ordinatis eos ad penam/ nec propter eorum culpam. Dicendum. hic sunt duo distincte consideranda. vnus est quod deus proposit se aliquorum non misereri: et in hoc proprie

Cap. 18.

Cap. 17.

Cap. 17.

consistit ratio reprobationis: et cur sic proposit non est dare causam preter sui beneplacitum. Sed simpliciter consistendum cum Apostolo quod cuius vult miseretur: et quem vult indurat. i. immiseretur: ut exponit Augustinus. Aliud est quod in talibus quibus proposit non misereri. preparauit etiam pro peccatis pena debita: et ideo quis non propter eorum culpam nolit deus misereri. i. dare vitam eternam: tamen propter eorum culpas originales: vel actuales: aut utraque vult eis dare pena. et ista voluntas iustissima est. Unde Augustinus libro primo ad Simplicium. quis non viderit iniquiter arguere neminem posse: qui quod sibi debetur exigit: nec tamen certe quod ei debetur: donare voluerit. Hoc autem non esse in eorum qui debitorum sunt: sed in eius cui debetur arbitrio sequitur: sunt ergo omnes homines (quandoquidem: ut Apostolus ait. in Adam omnes mortuuntur: a quo in vniuersum genus humanum origo ducitur offensionis dei) vna quidem massa peccati. supplicium debens diuine summe iustitie quod siue exigitur siue datur. nulla est iniquitas. Cui enim donat: gratiam exhibet misericordiam et a quo exigit: iustitiam in illo exercet iudicium: ita ut nec liberatus de suis meritis gloriatur: nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur: ut idem dicit in enchyridi. Ad secundum dico primo cum Augustinus in epistola ad Sixtum: quod isti qui personarum fieri acceptatores existimant deum: si vna eademque ira super alios veniat: misericordia eius super alios manet. ira eius nempe omnes veres argumentationis humane in paruulis perdit. Unde sicut prolixius consequenter declarat: nulla penitus sufficiens causa reddi posset ex parte ipsorum. propter quod vnus peruenit ad baptismum et saluatur: et alter non peruenit et damnatur: et tamen non audebit dicere in hoc deum esse acceptatorem personarum secundum quod acceptator personarum sonat in vitium: et ideo ut ait mirum est si his consideratis non dignatur exclamare. O altitudo diuitiarum sapientie etc. Ad argumentum tamen iuxta illud quod Apostolus docuit negans iniquitatem esse apud deum de benignis negare sequi quod deus sit acceptator personarum secundum quod sonat in vitium. non est acceptor personarum vitiosarum ubi nulli sit iniustitia aut debitu denegando bonum: aut tunc debitu inferendo supplicium seu malum: sicut patet in proposito esse ex dictis: et ideo Augustinus. ad illud propositum in fine disputationis de predestinatione contra Pelagianos alijs inquit datur nosse viam salutis. alijs non datur hoc cum facit deus: non personarum acceptionem facit: non iniustitia sed iustitia inenarrabili et misericordia indebita. Ad tertium nego consequentiam. Ad probationem dico quod quis diuini propositi sit immutabile et non possit deus non proponere postquam propositum: nec proponere postquam non propositum: contingenter tamen proponit: et propositum: et potest non proponere et nunquam propositum: et ita quem predestinauit potest non predestinasse: et quem reprobauit potest non reprobasse: et ideo nullus predestinatus de necessitate saluatur: nec aliquis reprobatus de necessitate damnatur secundum quod supra dictum est.

Distinctio. xlj. xliij. & xliiij. Questio prima.



**C**irca materia de potentia dei: de qua Augustinus tractat in tribus proximis distinctionibus. scilicet 42. 43. et 44. quero primum vnus omne possibile fieri deus de sua potentia absoluta posset facere. Et arguo primo quod non sic. Nullum quod deus non vult facere deo potest facere: sed aliquid

possibile fieri deus non vult facere. ergo aliquid possibile fieri deus potest facere. maior pars per Augustinum in lib. de symbolo. qui ait: hoc solum non potest deus quod non vult: per quod videtur Augustinus videtur quod deus non possit aliquid nisi quod vult. minor pars: quod possibile est vni alii mundum creari: ita bene sicut possibile fuit huic creari: et tamen deus non vult alium creari: quod si vellet vtrius faceret. oia enim quecumque voluit fecit. Secundo nullum quod deus non debet facere deus potest facere: sed aliquid possibile fieri deus non debet facere. ergo etc. maior est nota. minor probatur: quod nihil quod deus non fecit deus debet facere: alioquin non faceret omne quod deberet. et per consequens delinqueret omittere quod per ipsum fieri debet. Sed aliquid quod deus non facit: est possibile fieri: ut probatum est. ergo etc. Tertio deus non potest facere nisi quod bonum iustum et rationabile est ab eo fieri: sed aliquid possibile fieri: non est bonum iustum et rationabile a deo fieri. ergo etc. maior pars: et minor probatur: quod nihil quod deus non facit est bonum iustum et rationabile ab eo fieri: alioquin ipse non esset summus bonus et iustus aliquid tale non faciens. Ad oppositum sic. Deus est et vere notat et creditur omnipotens. ergo omne possibile fieri deus potest facere. ans pars per illud Apocalypsi. 1. Ego sum alpha et omega principium et finis. dicit dominus deus: quod est et qui erat et qui venturus est omnipotens. et illud 2. quod. quasi vir pugnat: omnipotens nomen eius. Et illud symbolo. Credo in deum patrem omnipotentem. Et Athanasius. Omnipotens inquit pater omnipotens filius omnipotens. scilicet. potest declarare. nam constat quod deus non denotat omnipotens a potentia passiva que est ad esse. vel pati/ seu transmutari in hoc/ vel in illud. non enim deus potest oia esse: ut albedo/ vel dulcedo/ nec potest albederi/ aut modo aliquo transmutari: ut testatur beatus Jacobus in canonica sua. sed denominatur ab actiua potentia: aut ergo dicitur omnipotens: quod omni actiua potentia est formaliter potens: seu quod in se formaliter omnem potentiam actiua habet: et hoc est falsum: quod hanc actiuam potentiam: qua hic ignis demonstratus calore agit: non habet in se formaliter: et similiter nec aliqua alia potentia actiua creatura. Aut de omnipotens: quod omne possibile fieri est potens facere: et habet propositum. Alio modo autem non potest intelligi omnipotens: sicut nec illud signum omne inclusum in illo nomine omnipotens videtur aliud posse distribuere in proposito. quare etc. Respondeo In questione duo crunt articuli. Nam primo positum et premissis aliquibus distinctionibus ponam aliquas conclusiones ad solutionem questionis. Secundo ex illis eliciam correlatiue quasdam alias: et contra illas ponam obiectiones et soluaui. Quantum ad primum distingo primo de possibile. Nam possibile quedam sunt in complexe significabilia. quedam vero complexe tantum. Primo modo sumitur dupliciter. Vno modo ut distinguitur contra actum ens: et sic omne quod non est: potest autem esse aliquid actus: dicitur quoddam possibile: hoc modo anima antichristi est quoddam possibile. et omnis alia entitas possibilis a deo creari. Alio modo sumitur possibile: ut scilicet distinguitur contra necessarium: et sic omnis entitas actu existens que potest non esse dicitur quoddam possibile: que autem non potest non esse dicitur necessarium ens: quale est solus deus. Simili modo quantum facit ad propositum. possibile secundo modo dictum potest dupliciter accipi. Vno modo ut distinguitur contra verum. Et hoc autem verum illud enuntiabile/ seu complexe significabile cuius enuntiatio si formet est vera: sicut supra dictum est. Et isto modo solum enuntiabile falsum et non impossibile et omne huius est possibile. Alio modo potest distingui contra necessarium: et sic omne tale etiam verum potens non esse verum est possibile: quod a se sic est verum quod non potest non esse verum est necessarium: sicut est deum esse: et

Apocal. 1.

Cap. 15.

Cap. 1.

Distinctio

Questio

Articulus

deū esse intelligentē. exemplū possibilis primi est: Petrus currere: supposito qd Petrus nūc nō currat: z idē est exēplū secūdi. supposito qd ipse currat. Sicut autē incōple-

Cap. 1.

Cap. 7.

Cap. 19.

Cap. 2.

Ca. 18.

questio. 3.

let facere petrum illud quod ipse non vellet eum facere. vel vellet eum non facere quod ipse non vellet eum nō fa-

Cap. 7.

Cap. 4.

Cap. 7.

Cap. 11.

Cap. 1.

xlj. xliij. & xliiij.

Prima

Secundus.

Jo. d. xvij.

Cap. 4.

Cap. 6.

Cap. 12.

Cap. 19.

gitaret ideo dicit Augustinus primo de li. ar. qd nec quisq; de deo optime existimat qui non cum omnipotentem atq; ex nulla particula cōmutabilem credit: et sequitur: nec vlla adiutum esse natura in creando: quasi qui non sibi suffice-

sequentia patet. Et antecedens quātum ad primam partem probatur: qd non videtur plus posse probari qd sequatur contradicō ad adam non fuisse: seu ad istam. Adam non fuit: qd ad istam. antichristum non fore: seu antichristus non erit. ad quam est certum est nullam cōtradictionem sequi: cum ipsa sit possibilis esse vera: Secūda pars antecedentis probatur per illud. 6. ethicozum. Hoc solo p̄uat deus ingenta facere que vtiq; facta sunt. Et secundo contra scđam conclusionem primo quidem: si esset vera sequeretur qd deus non coagente aliquo alio: posset causare actum malum: seu culpabilem: quod nō videtur concedendum s̄m sanctos. Et p̄terea. Sequitur qd homo posset in casu odire deum merito: qd est absurdum consequentia probatur. Nam deus posset precipere: seu preceptum dare alicui qd ille odiret deū. patet tam ex secunda cōclusionē: qd ex prima: quia non implicat contradictionem: cum tale preceptū a homine posset fieri. hoc autē precepto dato. si homo odiret: supposito qd alius esset in charitate: sicut possibile est vtiq; merere. Et nō et premitto quādam vītātam distinctionem videlicet qd deum posse hoc vel illud facere: p̄t intelligi dupliciter. vno modo s̄m potentia ordinatam: z alio modo s̄m potentiam absolutam. non qd in deo sint due potentie. vna ordinata z alia absoluta: nec hoc voluit significare doctores: sed illud dicitur deus ad intellectum recte intelligentium posse de potentia ordinata quod potest stante sua ordinatione z lege eterna: que non est aliquid qd eius volūtas: qua eternaliter voluit hec vel illa: z tale vel tale esse futurum. Illud autē dicitur posse de potentia absoluta: qd simpliciter z absolute potest. Et cōtra. illud non dicitur posse de potentia ordinata quod non potest stante lege z ordinatione sua que nunc est: illud vero non posse de potentia absoluta. quod simpliciter z absolute nō potest. Et patet aut qd simpliciter z absolute sine suppositione cōtradictionis deus multa p̄t: que non potest stante eius lege z voluntate qua voluit sic se facturū. Et hoc ideo: qd illa z si sint simpliciter possibilis: sunt tñ incōpossibilia ordinationi diuine. verbi gratia. cōstat qd simpliciter loquēdo christus potuit nō incarnari z nō mori: iuxta verbū eius. potestatem habeo ponendi animam: z iterum. oblatum est qd voluit: z tñ istud non poterat stante ordinatione sua: qua eternaliter p̄posuit per suam mortem redimere genus humanū et deus non morietur: referendo ad idē tempus: qd ita autem ista sunt incōpossibilia: quia tamen illa ordinatione non est necessaria. i. non est necessarium deum sic ordinasse: quinimo possibile est ipsum ordinasse z voluisse oppositum: ideo illud quod solum est impossibile ex suppositione ordinationis: vtpote et incōpossibile non est absolute impossibile: sed possibile: z simpliciter loquendo illud deus potest facere. Et hūc distinctioni satis concordat alia antiqua qua dicitur est: qd deus nō potest de iustitia que potest de potentia. Cum enī nihil sit iustum: nisi quod est conforme voluntati diuine: que est prima z summa lex iustitie: iuxta illud Ansel. pro solo. deo dicentis. Illud solum est quod vis: z non iustum quod non vis. illud dicitur repugnare diuine iustitie: quod repugnat diuine voluntati. illud ergo dicitur deus non posse de iustitia: qd est incōpossibile sue ordinationi z voluntati: que est prima iustitia. Illud autē est omne cuius oppositū deus vult: qd ipsum sit s̄m se possibile simpliciter. Et hoc p̄missio respōdeo ad rōnes cōtra primā cōclusionē. Et cōcedo an̄s primē quo ad vtrāq; partē loquēdo de potētia ordinata. Et in eodē sensu p̄cedo an̄s: qd vti sic non est p̄tra dicta: cū semp locutus s̄m de potētia absoluta. nego ipsum p̄pter scđam partē. Nam constat qd deus posset quemlibet iustum: immo et

deo

Cap. 12.



oēs creaturas simul annihilare: cum libere cōseruet eas: & per consequens posset per se uerantem in iustitia non admittere ad beatitudinem: non tamen hoc posset scire sua ordinatioe qua eternaliter uoluit eas beatificare. **Aucto-ritas** uero que inducitur: non intelligenda est de potentia absoluta: sed ordinata: posset tamen propter illud uerbu de leas. distinguat: quia uel accipitur proprie: et sic deleri de libro presupponit fuisse scriptum in libro: & idem est de leri de libro quod postq̄ fuit scriptum non esse scriptum: & illud est simpliciter impossibile. **De his** qui dicuntur scri- pti in libro sicut in eterna prescientia: sicut est impossibile deus quemq̄ non uelle saluare: postq̄ uoluit ipsum salua- re. Nam hoc arguit mutationem uoluntatis diuine: quā esse implicat contradictionem. sic enim non esset deus. **Alio modo** potest sumi deleri magis large pro nō esse scri- ptus: & utiq̄ illud possibile est de potentia absoluta: sicut est possibile de facto: q̄ aliquis qui est predestinatus non sit: nec unq̄ fuit predestinatus: q̄ ergo fuisse dicitur de letus de libro in quo eum scripserat deus. in primo sensu utiq̄ fuit simpliciter impossibile: & etiam implicans con- tradictionem. **In sensu** autem secundo non fuit impossi- bile simpliciter. **Ad aliud** eodem modo dicendū: q̄ An- sel. loquitur de potētia ordinata: & similiter ad Magistru Nam constat q̄ nec Magister nec aliquis catholicus ne- garet uerbum posse illam naturam assumptam dimitte- re: & de nouo eam uel alia sibi uirre: & per consequens pos- set iterum incarnari. **Pro quarto** argumento sciendū: q̄ aliqui antiqui doctores tenuerunt q̄ preteritum per di- uinam potentia potest non fuisse: sicut patet de magistro Hilberto porretano in Comento suo supra libri de tri- boe. Nam ubi Boetius agens de preterito quando ait: at de deo: non ita enim semper est: quoniam semper in eo est prescientia temporis. sic scripsit. **Eque** etenim uniuersa dei subiecta sunt potēti: ut scilicet sicut quecuq̄ non fue- runt: possunt fuisse: & quecuq̄ non sunt uel non erunt pos- sunt esse: ita etiam quecuq̄ fuerunt: possunt non fuisse. **Et** quecuq̄ sunt uel erunt: possunt non esse. huius etiam sentētie fuit magister Guillelmus altissodoriensis in sum- ma sua. libro primo. tractatu de potentia dei. ubi querit: an deus de corrupta posset facere uirginem. Allegat eni pro parte negatiua auctoritatem Hierony. ad Eustochi- um. **Et** respondendo ponit duas solutiones. **Prima** est q̄ potest: sed ideo dicitur non posse: quia non offendit se pos- se eo q̄ non legitur hoc fecisse. **Secunda** est q̄ deus nō po- test facere de corrupta uirginem: quantum ad omnem di- gnitatem uirginitatis: potest quidem incorruptam face- re: quantum ad animam: & clausam quantum ad corpus: sed non potest facere quin fuerit corrupta: quod est digni- tas in uirgine. **Sed** statim contra istam solutionem obijcit concludendo: q̄ deus non esset omnipotens: si hoc non pos- set: ut patet ibi. **Et** ideo finaliter tenens partem opposita dicit sic. **Et** ppter hoc oportet dicere sicut dicit magister Hilbertus q̄ deus potest facere q̄ ista nunq̄ fuerit corru- pta. **Quia** quantum in se est: non se habet aliter ad res q̄ se haberet ab eterno: uolēs q̄ hoc arguere: q̄ sicut ab eter- no potuit facere ne esset ista corrupta: ita & nunc potest. **Deinde** ad auctoritatem Hieronymi respondendo di- cit q̄ ipse loquitur cum suppositione preteriti: cum ait: q̄ deus non potest facere de corrupta uirginem. non eni in- quit potest facere cum suppositione preteriti. potest tamē sicut se. cum sit omnipotens: hec sunt uerba eius. **Hoc** etiam adhuc aliqui uiuentes doctores uniuersitatis an- gelicane tenent: non uidentes aliquam contradictionem im- plicari uel sequi: ex eo q̄ aliqua res que preterita est. uer- bi gratia. Adam ponatur non fuisse: quoniam ut dicunt uerum est: aliquando fuit uerum adam non fuisse: et per consequens non includebat ante aliquam contradic- tio-

nem. necessario ergo nec nunc. ut aiunt. **Pro parte** ista posset argui primo ex motiuo facto in argumēto: quoniam scilicet ad Adam / aut aliquam rem precedētem non fuisse: non sequitur principium primum non esse uerum: non plus: ut uidetur q̄ antichristum non fore. **Secundo** sic. deus potest eternaliter non uoluisse unq̄ producere Adam. ergo potest eum non produxisse. **Antecedēs** probatur: quia non minus Adam quem eter- naliter uoluit aliquando producere: potest eternaliter nō uoluisse pducere q̄ antichristū: quem etiam eternaliter uoluit producere in fine mundi: posset eternaliter non uoluisse producere: sed certum est q̄ ipse potest eternaliter uoluisse producere antichristum. alias uel uoluisset pro- ducere & non produxisset sicut uoluit: & sic frustrata & mu- tata fuisset eius uoluntas / uel non posset non producere antichristum: quorum utrūq̄ certum est esse falsum. **con- sequentia** principalis est clara: quia sequitur: deus non uoluit eternaliter: aliquando producere Adam et si non uoluit non produxit. **Forse** responderetur q̄ non est si- mile de Adam preterito et antichristo futuro: quoniam productio Ade est iam posita in effectu et extra suas causas: ac per hoc non remanet sub contingentia suarum causarum: ut possit non fuisse. productio uero antichristi nondum est posita: & ideo adhuc est sub contingentia sua- rum causarum: et potest non poni: et per consequens po- test antichristus non fore: & sicut productio Adam nō po- test non fuisse: ita deus non potest non uoluisse produ- cere Adam. potest autem non uoluisse producere antichri- stum: sicut eius productio potest non fore. **Ista** respō- sio super eo fundatur super quouertitur presens dubium hoc enim inquiritur principaliter: scilicet an Adam / uel aliquid cuius productio iam posita est in effectu: posset non fuisse: & per consequens non fuisse productum: quod etiam non est aliud in sententia: q̄ si dicatur: an adhuc sit sub contingentia prime cause quantum ad fuisse / uel non fuisse diuisum: sicut productio antichristi est sub cōtingen- tia prime cause quantum ad fore / uel non fore: ideo respō- sio non apparet scientifica. **Confirmatur** quod dictum est: quoniam quāuis secundarum causarum talis diffe- rentia effectus iam producti et effectus pducibilis quā- tum ad contingentiam haberet locum: in respectu autem ad primam causam cui eque possibilia sunt quecuq̄ non implicant contradictionem: iuxta communem theologo- rum concessionem: non uidetur locum habere: cum non plus appareat contradictionem implicari: si dicatur Adam non fuisse: q̄ si dicatur antichristum non fore. **Et** ideo utrumq̄ equaliter uidetur remanere sub cōtingen- tia prime cause. **Preterea**. Si esset impossibile deum non uoluisse producere Adam: hoc ut uidetur non esset quia produxit: sed quia uoluit producere et necesse esset ipsum uoluisse: q̄ datur per impossibile q̄ necesse sit ip- sum produxisse: et cum non sit necesse ipsum uoluisse pro- ducere: adhuc possibile est ipsum uoluisse producere: sed constat q̄ non minus uerum est ab eterno deum uo- luisse producere antichristum / q̄ sit uerum eum uoluisse producere Adam. **Ex** quo uidetur illud sicut et istud esse contingens. **Confirmatur** quia non uidetur dicēdum: q̄ temporalis et noua productio Ade aliquo modo mi- nuerit et sustulerit libertatem / uel potentiam diuine uo- luntatis: ut uidelicet id quod anteq̄ ipsa poneretur in effectu deus uoluerat libere et contingeret et poterat non uoluisse: illa posita uoluerit necessario et non pos- sit non uoluisse. **Huius** etiam uidetur fauere uerbum Magistri in fine. 43. distinctionis huius primi libri. dicit enim q̄ deus habet potentiam uolendi ab eterno: et nunc: q̄ nec modo uult / nec ab eterno uoluit et non minus: ut uidetur: habet potentiam non uolendi et

nunc & ab eterno quod modo uult: & ab eterno uoluit. **Tertio** potest argui: quia si res preterita non posset rē. sequi uideretur: q̄ deus posset dicere falsum: ac etiam men- tiri. fallere. ac etiam per se & directe: quorum utrumq̄ re- pugnat doctrine sanctorum: ut in questione sequenti ostē- detur: consequentia probatur: quia deus posset alicui ab- soluta et non tantum conditionata reuelatione predicere aliquid fore in a. tempore futuro: & uelle q̄ ille credat sic esse futurum: quiniimo & concreare in mente illius iudi- cium & assensum quo assentiat & iudicet sic esse futurum. hoc facto & in preteritum lapsi: si preteritum per diuinay potentiam non posset non fuisse: semper posita erit ueruz & necessarium deus sic reuelasset: illum sic assensisse & cre- didisse futurum. **Sed** non obstante aliqua reuelatio- ne prius facta de aliquo futuro: quod adhuc est futurū: in potestate dei est: ut illud non eueniat: alias cum de fu- tura christi morte multe reuelationes prius & anime christi et prophetis et per christum ipsi apostolis facte fuis- sent: non fuisset in libera potestate christi instante tēpore sue passionis uitare & recipere mortem. **Contra** quod ipse Jo. an. ait. **Pro** tatem habeo ponendi animam meam & paulo post ait. nemo tollit animam meam a me: sed ego ponam eam a me ipso: manifeste significans q̄ tunc in eius potestate erat non mori. **Et** hunc sensuz ex eius uerbis eli- ciunt glose. **Et** Augusti. super Jo. an. homelia. 45. & 4. lib. de trinita. **Hoc** etiam christus significauit cum ait petro. **An** putas quia non possum rogare patrem meum: & exhi- bebis mihi plus q̄ duodecim legiones angelorum. ponatur ergo q̄ tale futurum reuelatum non eueniat: sequitur q̄ deus falsum dicit: & mentitus illi fuit: ac eum decepit et fefellerit: & similiter q̄ cum deus reuelabat tunc actu men- tiebatur & fallebat. **Nam** asserebat illi aliquid fore & uole- bat: quiniimo & faciebat q̄ ille ita assentiret: quod tamē sicut ueritate non erat futurum: & ita non esse ipse de? be- neficiebat que utiq̄ sufficiunt ad completam rationē mē- dacij & fallacie. **Pro** hac etiam parte uidentur aucto- ritates alię. dicit enim Augusti. 26. contra Faustum. tam non possunt futura non fieri q̄ non fuisse facta prete- rita. **Et** loquitur ibi determinate de potentia dei. sic ergo & non plus est deo impossibile preterita non fuisse & futu- ra non fore: sed certum est q̄ futura non fore est absolute possibile deo. ergo & preterita non fuisse. **Item** Ansel. libro primo cur deus homo. **Itaq̄** omnis necessitas & im- possibilitas diuine subiacet uoluntati. illius autem uolū- tas nulli subditur necessitati: aut impossibilitati. nihil eni est necessarium aut impossibile: nisi quia ipse ita uult: ip- sum uero aut uelle aut nolle aliquid propter necessitatem aut impossibilitatem alienum est a ueritate. **Et** hoc ui- detur iam haberi q̄ preteritum non fuisse: si sit impossi- bile non esse impossibile nisi quia deus non uult illud non fu- isse: sed quia uult illud fuisse: hoc autem eum uelle uel il- lud nolle est sibi liberum: et non necessarium: et nec impos- sibile: quia eius uoluntas non subditur alicui necessitati. uel impossibilitati. **Item** subdit specialius ad propo- sitionem: sic cum facit deus aliquid postq̄ factum est. iam non potest non esse factum: quoniam semper uerum est fa- ctum esse: nec tamen recte dicitur: impossibile deo esse ut faciat quod preteritum est non esse preteritum: nihil eni sibi operatur necessitas faciendi: aut impossibilitas facie- di: sed dei sola uoluntas: que ueritatem semper quandoq̄ ipsa ueritas immutabilem sicuti est uult esse: ita si propo- nit se aliquid immutabiliter facturuz: q̄ uis quod propo- nit anteq̄ fiat non posset non esse futurum: non tamen uo- la est in eo faciendi necessitas: aut non faciendi impossi- litas: quoniam sola in co operatur uoluntas. **Hoc** Ansel. **Et** huius uidetur concludi id ipsum. **Quia** quia dicit non recte dicit impossibile esse deo. ut faciat quod preteritum

est non esse preteritum. **Tum** quia dicit impossibile esse aliquid quod deus proposuit se facturum. non esse factu- rum anteq̄ fiat: sicut illud quod fecit postq̄ factū est: nō potest non esse factum. **Sed** constat: q̄ primum nō est impossibile simpliciter & sicut se absolute: ergo nec secūdu. **Confirmatur** ex eo: quod postea in eodem capitulo circa finem dicit. q̄ necessitas sequens: quam et nos uocamus necessitatem consequentie: cum qua sicut ipsum: ut patet ibi: stat contingentia simpliciter tam antecedentis q̄ con- sequentis currit per omnia tempora hoc modo: quicquid fuit necesse est fuisse: & quicquid est necesse est esse: & quic- quid futurum est necesse est futurum esse. **Et** quo pat- ret sicut ipsum q̄ preteritum fuisse: necessarium est necessi- tate consequentie. **Et** de alia necessitate non facit mentio- nem. **Et** quo posset uideri alicui q̄ non intendat q̄ sit necessarium preteritum fuisse necessitate absoluta: et per consequens nec oppositum sicut se et absolute simpliciter impossibile. **Oppositum** uero partem multo plures et maioris auctoritatis doctores tenuerunt et tenent quod certe satis est ponderandum. **Et** pro illa parte etiā posset fortiter argui tam auctoritatibus q̄ rationibus. **Est** autem auctoritas prima Hiero. ad Eusto. ubi ait sic. **Non** denter dicā cū omnia possit deus. suscipere suscitare non potest uirginem post ruina. i. non potest corruptam fa- cere non fuisse corruptam. **Secunda** est Augusti. 26. contra faustum dicentis. quicquid dicit si omnipotens est deus faciat ut que facta sunt facta non fuerint: nō uidet se hoc dicere: si omnipotens est deus faciat ut que uera sunt eipso quo uera sunt falsa sint. **Et** infra. sententia quippe qua dicimus aliquid fuisse: ideo uera est: quia id de quo dicimus iam non est. hanc sententiam deus falsam face- re non potest: quia non est contrarius ueritati. **Tertio** est Ansel. in de concor. de nūq̄ fieri potest ut res que pre- terita est fiat non preterita: sicut res quedam que presens est potest fieri non presens: & aliqua res que non necessita te futura est potest fieri ut non futura sit. **Item** pro so- lutio. deo loquens. si omnipotens inquit est quomodo mē- tiri non potes: nec facere uerum esse falsum: ut quod factum est non esse factum. **Item** primo cur deus ho- mo. quicquid fuit: necesse est fuisse. **Rationibus** etiam probatur ipsa conclusio. **Primo** sic. si deus posset rem preterita facere non fuisse: aut hoc posset postuere. se efficiendo eam: aut aliquid circa eā: aut negatiue. si nihil efficiendo eam: aut aliquid circa eā: aut negatiue. si nihil efficiendo eam: aut aliquid circa eā: non tamen ex hoc ipsa prius non fuisset. **Hec** secundo modo: quia cum sit nunc uerum ipsam fuisse si deus nihil agat uel immutat circa eam: semper uerum erit ut nunc est. er- go nullus modus apparet quo deus posset facere eā nō fuisse. **Secundo** sic. nulla priuatio et nullum non ens potest esse obiectum potentie diuine: nisi sicut q̄ ipsum re- spicit aliquid ens: et sequitur ad positionem uel destru- ctionem alicuius entis: sed illud quod preteritum est non fuisse: est uerum priuatiuum: et aliquid non ens: quod non sequitur ad positionem uel destructionem alicuius entis. ergo illud quod preteritum est nunq̄ fuisse: non potest esse obiectum potentie diuine. maior probatur: q̄ si datur oppositum sequitur q̄ si deus adhuc nihil fecis- set. posset esse causa: q̄ nihil foret: sed hoc est falsum: quia si per im aginationem uel per impossibile deus non esset: adhuc nihil foret. ergo deus non eēt causa q̄ nihil foret et per consequens nihil fore non est proprium obiectū ali- cuius potētie uel cause nisi sicut hoc q̄ sequitur positionē uel destructionē alicuius entis. minor probatur: q̄ si deus cau- saret oia que pōt causare: adhuc stare q̄ mundus fuit: & sic de oibus preteritis. Similiter si annihilaret oia que pōt annihilare: adhuc stare mūdū fuisse. ergo mundum non

cap. 6.

Cap. 10.

Cap. 13.

mat. 26.

Cap. 17.

Cap. 4.

Cap. 7.

Cap. 17.

Distinctio

fuisse non sequitur positionem/aut destructionem alicuius entis: et ita de alijs preteritis. Et patet ergo qd preteritum non fuisse non potest esse obiectum potentie diuine. Et quo ultra infertur: ergo deus non potest facere preteritum non fuisse. Et ultra: ergo res preterita non potest non fuisse. Tertio si deus posset etc. posset cõsimiliter facere nihil fuisse et nihil esse et nihil futurum esse: et cum hoc non possit facere per aliquam mutationem: sine omni mutatione presentis: preterita: et futura posset facere ista: sed hoc pñs est falsum: quod pbatur: fm hoc deus posset de patre meo facere non patrem meum sine omni mutatione et de albo nigro sine mutatione. Et me qd sum pbaritus edim celo/vel Rome sine omni mutatione: et consequẽtie iste tenet. Similiter oem creaturam possibilem deus potest facere sine mutatione. Et patet qd posset produxisse ab eterno: et tunc non esset terminus a quo fieret mutatio. Similiter sequitur: qd deus posset facere me non esse sine hoc qd destrueret esse meum. Et patet: qd posset facere me nunq̃ fuisse/nec nũq̃ esse. Et si ita faceret: faceret me non esse sine hoc qd destrueret esse meum: qd nunq̃ habuissẽ esse. Quarto sic. si possibile est mundum non fuisse ponatur qd hac die deus faciat mundum nunq̃ fuisse: tunc ista erit vera. nũc primo factum est qd nunq̃ mundus fuit. ergo mundus nunq̃ fuit: sed anteq̃ hoc factum deus faceret: mundus fuit. ergo mundus fuit et mundus non fuit: et sic contradictoria essent simul vera. Quinto qd tunc deus posse mẽtiri. probatur. ponatur qd alicui deus reuelauit Adaz fuisse: sicut de facto fecit Moysi. si ergo possibile sit Adam non fuisse: faciat deus qd non fuerit: et tunc sequitur qd deus fuerit mentitus. Si dicatur qd si deus faciat Adam non fuisse. simul faciet illam reuelationem non fuisse contra. Quis hoc sit possibile: non tamen est necessarium: quia Adam et reuelatio illa fuerunt entitates distincte: quarũ neutra fuit intrinseca alteri. ergo sicut si essent: posset vnã absc̃q̃ alia destrui: sic potest facere qd vna non fuit: non faciendo qd alia non fuerit: et tunc sequitur illatũ. Qui primam partẽ vellet sustinere: satis bene posset ad ea que pro parte scda inducta sunt respondere. Et de ad auctoritatẽ Hieron. dici posset: qd dupliciter potest intelligi aliqua suscitari virginem post ruinã. i. post suam violationem. Uno modo qd suscitetur quãtũ ad statũ/vel cõditionem virginitalis in se. ita qd corrupta redeat virgo: ita qd si verum dicere eam nunq̃ fuisse corruptã: quod certe cõnotat non men virginis. Alio modo qd suscitetur non sic: sed quo ad premiũ virginibus debitũ: et sic suscitari virginem non est aliud: qd cõsequi premiũ tñ et tale: quãtũ et quale fuisset cõsecuta: si non fuisset corrupta/ seu quale alie virginis ceteris paribus cõsequitur: tũc dicẽdũ esset dupliciter ad auctoritatẽ Hieron. primo qd ipse nõ loquitur de suscitacione virginis primo modo: quod solũ est ad propositũ nostrum: sed scdo: et nõ de potẽtia absoluta sed ordinata tñ. Et rursũ istorum pñs manifeste ex verbis que sequuntur imediate: addit enim nullo interposito: valet enim quidẽ liberare de pena: sed non valet coronare corruptã: ecce quomodo intelligit qd deus potest suscitare virginem: sed nõ valet coronare corruptã. corona. s. deputata virginibus: et sic pñs primũ: et ne id etiã intelligatur deum non posse de potẽtia sua absoluta: cũ illud sit falsum: vt catholico nõ dubiũ est. statim sine medio adiungit. ideo inquit non valet: qd nõ vult. volẽs enim deus iustus est: non potest deus velle iustitiã: alioquin oia quecuq̃ vult potest. Et sic manifeste pñs deum nõ posse de potẽtia ordinata neq̃ de iustitiã: vult enim non equare in corona corruptas virginibus: et ipse volẽs iustus est: nec illa sua voluntate iustissima stante secus agere potest: qd tñ potest oppositũ velle: quod si vellet etiã iuste vellet: ideo simpliciter loquẽdo eam coronare vtq̃ pot: quod notat ipse cum ait.

Questio

Articulus

alioquin oia quecuq̃ vult potest. Et sic pñs scdm. scdo diceretur qd si dicta auctoritas intelligatur de suscitacione virginis: primo modo ad quẽ sensum introducit arguẽdo: magis est pro qd cõtra: qd vt pñs ex dictis talẽ suscitacionẽ nõ dicit deo esse impossibile: nisi de potẽtia ordinata: possibilem autẽ absolutã. Ad auctoritatẽ August. potest dici: qd si attendatur imediate precedẽtia: et intẽtio eius nõ potest inde argui cõtra cõclusionem istã: sed pro ea: quod pñs. Nam Aug. ibi vult qd sic se habet futura ad posse nõ fore: sicut preterita ad posse nõ fuisse. Unde ait. tam enim nõ possunt futura fieri: qd non fuisse facta preterita: qd non est in dei voluntate: vt eo sit aliquid falsum quo verũ est: quapropter oia que vere futura sunt sine dubio fieri. Si aut facta nõ fuerint futura non erant. Ita oia que vere preterita sunt: sine dubio preterierunt: et immediate sequuntur verba allegata arguẽdo: quiquis dicit si oipotens est deus etc. Sed cõstat qd quilibet catholicus habet cõcedere: qd quodlibet futurũ simpliciter et de potentia dei absoluta potest non fieri et nõ esse futurum. ergo fm intẽtionem Aug. quilibet similiter: vt videt habet cõcedere qd quodlibet preteritũ loquẽdo de potẽtia dei absoluta potest nõ fuisse factũ: quod est ppositiũ. Et pñs habẽda igitur intẽtioẽ Aug. sciendũ: qd aliquid futurũ: dum vere est futurũ. s. anteq̃ sit: posse nõ fore: preteritũ posse non fuisse: potest dupliciter intelligi. Uno modo cũ suppositione constanti/ seu cũ affirmatione subiecti. Alio modo simpliciter et absolute. pñs modo adhuc dupliciter. Uno modo qd supponat constantia subiecti proeadẽ mẽsura pro qua negatur predicari: vt. s. intelligitur possibile esse qd aliquid sit futurũ et non erit/ aut qd sit preteritũ et nõ fuit/ siue qd de eodem aliquo hec copulatiua sit possibilis. hoc est futurũ et hoc nõ erit/ vel hoc est preteritũ et hoc nõ fuit. Alio modo qd supponant constantia subiecti pro mensura priori: vt. s. intelligitur possibile esse aliquid postq̃ fuit futurũ nõ esse futurũ/ aut postq̃ fuit preteritũ non esse preteritũ: ita qd hec copulatiua sit possibilis de eodẽ. hoc fuit futurũ et hoc non erit/ hoc nõ est futurũ m. vel hoc fuit preteritũ. et hoc nõ fuit/ seu nõ est preteritum: neutro predictorum modorũ verũ est futurũ posse nõ non fore/ aut preteritum nõ fuisse. Et de primo quidẽ patet statim: qd alias poneretur contradictoria simul esse vera: et idem simul esse verũ et falsum: quod est impossibile: le etiã diuine potẽtie: sicut tangit Aug. cum dicit: non est in dei voluntate: vt eo sit aliquid falsum quo verum est. De scdo autẽ quo minus clarũ est. pñs: qd sicut supra habitum est in materia de ppositionibus de futuro: impossibile est qd ppositio singularis de inesse de futuro anteq̃ futurũ ponatur inesse/ siue tẽpore sue futuritionis: vt sic loqui liceat: sic successiue vera: et falsa: ita impossibile est qd aliquid anteq̃ sit: sit successiue futurũ et nõ futurũ. Et similiter impossibile est qd aliquid postq̃ fuerit sit successiue preteritũ et non preteritũ. Et ad hũc sensum procedit principaliter Aug. Nam et talis sensus magis qd primus cõmuni vsu videtur capi. cũ dicitur qd futurũ potest fieri non futurũ/ aut preteritũ fieri non preteritũ: factio enim importare videt quãdã successiõẽ/ vel transitũ ex affirmato in negatiũ/ vel cõtra: sicut cũ dicimus qd album potest fieri non albũ/ aut non albũ: album. Et qd ista sit intentio Aug. patet. sic enim incipit loqui de hac materia. Porro si audiam qd aliquid futurũ erat: et deus fecit ne fieret fidissime respondẽdo: illud potius futurũ erat qd deus fecit: non id quod si futurũ esset hoc fecisset. Nam deus qd facturũ erat hoc sciebat. Et ideo simul sciebat hoc futurũ nõ esse quod ne fieret facturũ erat. Et pculdubie potius verum est qd deus scit qd opinatur homo. unde post imediate sequuntur verba preallegata. Unde ab illo qd non possunt futara non fieri: et etiã vsq̃ ab illa que

plij. xliij. & xliij.

Prima

Secundus.

Jo. dicit.

sumpta sunt arguendo inclusiue p quem totum pcessum non vult aliud Aug. nisi qd sicut deus nõ potest facere de preterito non preteritum: sic qd illud postq̃ fuit preteritum sit non preteritum. Ita qd sit verum dicere hoc fuit preteritum et non fuit preteritum: quia tũc aliquid esset simul verum et falsum. sic non potest facere de futuro non futurum: anteq̃ illud sit: sic qd postq̃ fuit futurum sit non futurum. Et de similitudine est de ppositionibus de preterito quantum ad desinere esse verum: et de illis de futuro quantum ad incipere. Nam sicut nulla de futuro (ad verum intellectum in superioribus datum) ante instãas pro quo enũtiat aliquid: potest incipere fore esse vera: ita nulla de preterito potest post instãas pro quo enũtiat aliquid fuisse desinere esse vera. Et ideo dicit Aug. qd sententiam qua dicimus vere aliquid fuisse deus non potest facere falsam: quod est intelligẽdum stante suppositione qd prius fuit vera. Necessẽ est enim qd si fuit vera semper postea vera sit: sicut necesse est qd si sententia de futuro sit vera semper prius fuit vera. Et ideo subdit ipse semper erit verum fuisse id qd erit et non est: et ibi erit verũ fuisse vbi erat verum anteq̃ fuerat futurum esse quod non erat. Ex his patet: qd necessitas preteritorum ad fuisse et futurorum ad fore fm Aug. qui de vtrĩq̃ simul loquitur non est necessitas absoluta: sed conditionata tñ: et similitur impossibilitas futurorum ad nõ fore: et preteritorum ad non fuisse conditionata est et non absoluta. Et ideo sicut simpliciter loquendo: futurum potest non fore. ita diceretur qd preteritum potest nõ fuisse per potentiam dei: nec ex intentione Aug. ibidem videtur posse haberi oppositum. Ad auctoritates Ansel. potest dici. qd ipse in prima nullam facit mentionem de potentia dei vt patet: sed dicit qd fieri nõ potest vt res preterita fiat non preterita: sicut res pñs potest fieri nõ pñs: et res nõ ex necessitate futura pot fieri nõ futura. Et certe verũ est qd nõ pot fieri. Nam p potẽtiã creatã aliqua res pñs pot fieri nõ pñs: et res aliqua cõtingenter futura potest fieri non futura: non sic autem est de re preterita: quoniam nulla preterita potest per aliquam potẽtiã creatam fieri nõ preterita. Cum hoc tamen stat hoc esse possibile per potentiam dei. Nam et hoc non negat Ansel. Ad secundam autem auctoritatẽ eiusdem in qua specialiter loquitur de potentia dei diceretur: qd in eodem sensu dicit deum non posse facere quod factum est nõ esse factum. In quo dicit deum non posse facere verum esse falsum: quod patet. primum enim iducit pro exemplo ad declarationem secundã: sed constat qd quis verum posse esse falsum sit impossibile in sensu composito: nec deus posset facere qd idem sit simul verum et falsum: aut supposito qd aliquid sit verum non potest stante supposito. facere qd sit falsum: in sensu tamen diuiso et simpliciter et absolute loquendo aliquid verum vt pote contingens deus potest facere esse falsum: et quis similiter non posset facere factum non esse factum: supposita constantia subiecti: simpliciter tamen et absolute quod factum est: potest deus facere non esse factum: et sic dictum Ansel. conformatur dicto Aug. pmissio nec est contra. Ad aliam auctoritatẽ. videlicet. 6. ethi. arguendo allegatam dicitur. qd non est curandum de Athagone: aut de pphilo sopho. cum hoc nõ solum neget a potentia dei: sed et multa alia: que tamen posse deum vera et certa fide tenemus: vt creare et annihilare: et resuscitare: et corpora plura in eodem loco primo ponere: et alia innumerabilia. Unde in hoc sicut in illis fuit sacrilega opinione deceptus. Ad rationem primam que adducitur: dicendũ qd ista fm virtutẽ sermonis: esset concedenda simpliciter. deus potest facere rem que fuit non fuisse. quia ista. deus facit rem que fuit non fuisse. propter implicationem est impos-

Cap.

bilis: et eodẽ modo forte ista neganda esset. deus potest facere rem preteritam non fuisse: sed si hoc totum remque fuit vel rem preteritam ponatur in parte subiecti: sic dicẽdo. rem que fuit vel rem preteritam deus potest facere nõ fuisse: quia ista de virtute sermonis videtur habere tãtus sensum diuisum absolute fm istam viam: posset concedi vel si aliquibus videatur distinguenda: quod satis vtile est propter minus exercitatos in logica: quis nõ alias necessariũ: ipsa concedenda esset in sensu diuiso non tamen in sensu composito. Sic ergo diceretur qd rem aliquã que vere est preterita vt Adam et Euas deus potest facere nõ fuisse. Et similiter non preteritam vt antichristum potest facere fuisse. Et cum dicitur: qd aut potest facere positue faciendo etc. dicendũ esset qd Adam. verbi gratia. potest facere non fuisse: non quidem positue ipsum efficiendo: sed negatiue non producendo ipsum in preterito: vel si sic liceat loqui non produxisse. hoc est quia potest non produxisse: non autem solum nõ producendo ipsum in presenti vel in futuro. Nam multe sunt res preterite quas deus nec produxit: nec vnq̃ produxit: et tamen nunq̃ erit verum ipsas non fuisse: sed si ipsas nunq̃ produxisset vnq̃ nõ essent preterite nec fuissent: et per consequens non esset verũ nõc ipsas fuisse. probatio autem que adducitur hic supponit et intendit tñ in secundo sensu. negando productionẽ in presenti et futuro tñ: et ideo non valet. Contra autem rem non preteritam vt antichristum. verbi gratia. potest deus facere fuisse positue. s. ipsum efficiendo: sed in preterito etiã. Nam potest ipse produxisse ad quod sequitur ipsum fuisse. Ad secundam rationem posset primo instari. Nam simul modo argueretur qd futurũ. verbi gratia. antichristũ deus non potest facere non esse futurũ anteq̃ poneretur in esse. Et sic non esset possibile per diuinã potẽtiã quin antichristus aliquando esset: quod non potest sane concedi. patet. quia antichristũ non fore est vnus non ens: ad illũ modũ loquendi: quod non sequitur ppter positionẽ aut destructionẽ alicuius entis. Si enim quilibet res creata destrueretur. adhuc sciret qd antichristus esset futurus. et si omnis alia entitas causaretur adhuc idẽ faceret. Responderi tamen posset ad rationem fm distinctionem positã de facere in principio questionis. Nam si sumatur proprie primo modo distinctionis: concedẽdũ est qd deus non potest facere preteritum non fuisse: nec mirum: quia nec existens potest facere non esse ad illum sensum: sed neganda est tunc vltima consequentia qua inferretur. ergo res preterita non potest non fuisse. Nam oppositum stat cum antecedente. potest enim non fuisse: nõ quia deus potest facere eam non fuisse ad sensum illud: et quia deus potest eaz non fecisse. Si autem sumatur facere cõmunitur vel improprie secundo modo: quẽma modum Augustinus dicit: qd res quas condidit priusq̃ fuerit deus egit vt non essent. sic concedere ab illis qui tenuerunt istam viã qd deus potest facere preterita non fuisse: quia scilicet potest non fecisse: cum tamen posset fecisse: et tunc ad maiorem rationis distinguendũ est de obiecto potentie. Nam vno modo accipitur proprie: et sic illud tñ quod deus potest facere primo modo potest esse obiectum diuine potentie: et sic concedenda esset maior: et vltimus cõclusio illa deus non potest facere etc. Nam tunc vadit in primo sensu de ly facere. Alio modo obiectum potentie accipitur communiter vel improprie: et sic etiã id quod deus potest facere secundo modo potest esse obiectum potentie diuine: et in hoc secundo modo neganda est maior. Ad probationem diceretur non sequi si deus non esset nihil foret. ergo deus nõ est causa vt nihil sit: nihil supple aliud a deo. Nam et si deus nõ fuisset res anteq̃ fuissent condite non fuissent: et tamen fm Aug. deus fuit causa qd priusq̃ essent res ille nõ fuerit: quia ipse potuit prius

producere: et non potest fieri hoc est fuisse causam ad illud intellectum de facere sed non. In negatiue. iste aut arguens imaginat qd deus dicat ea de non esse: quasi positue faciat: et pducatur illud: que imaginatio est falsa. Ad secundam rationem concederetur oia illata tam possibile. Unde licet alibi non posset deus facere esse nigrum postquam fuit album sine eius mutatione: posset tamen illud facere nigrum sine motione: quia posset illud facere nigrum fuisse album: et semper fuisse nigrum: ita de alijs exemplis dicitur suo modo. Ad quartam istaretur similiter de futuro qd non posset fieri non futurum sic. ponatur qd hac die fiat qd antichristus non sit futurus: tunc hec est vera. nunc primo factum est qd antichristus non est futurus. ergo non est futurus. Et ex alia parte sequitur: qd antequam hoc factum fieret fuit futurus. ergo adhuc est futurus posito qd sit adhuc in instanti in quo erat futurus antequam hoc fieret. Ad rationem diceretur negando illa consequentia: quia ex eo qd ponitur ista die factum: qd mundus non fuerit inferatur ista esse veram. nunc primo factum est qd mundus non fuerit: quia non est positum in antecedente qd nunc primo fiat: aut sit factum qd mundus non fuit: et hoc si poneretur negandum esset: quia non est possibile vt deus faciat nunc mundum non fuisse: quin semper fecerit mundum non fuisse: sicut non est possibile nunc esse deum non fecisse mundum: quin semper fuerit verum. Unde imaginatio arguendi vadit quasi detur. qd deus potest mundum postquam fuit facere non fuisse quasi transmutet de fuisse in non fuisse: que imaginatio est impossibilis vt supra dictum est ad auctoritatem Aug. Nec hunc sensum concipiunt qui tenent via ista: sed sicut est intelligendum qd futurum antequam fiat: deus potest facere non futurum: non qd posset ipsum transmutare de esse futurum in non esse futurum: sed quia potest non esse facturum ipsum: sic intelligendum est qd preteritum potest facere non fuisse: quia potest illud nunquam fecisse. Ad quintam primo posset instari deducendo ad inconueniens idem tam in reuelationibus de presenti qd futuris Nam posset reuelare qd Petrus est romae: et tamen Petrum annihilare. Et posset reuelare qd antichristus erit in. a. instanti: et tamen antichristum nunquam causare: et vtriusque mentiretur. consequentia patet: quia prima reuelatio est distincta res a Petro et secunda ab antichristo: vel esset distincta si antichristus esset. Diceretur ergo ad argumentum qd vtriusque deus potest facere Adam non fuisse et illam entitatem que fuit reuelatio: nihil fuisse: non tamen fuisse reuelationem. posset enim eam fecisse absque subiecto: aut nulli per illam aliquid significasse. sicut dicendum esset de reuelationibus de presenti: et de futuro: et sic non sequitur quod inferatur. hoc modo responderent qui huius dubij partem affirmatiuam tenerent.

Qui vero tenent negatiuam possent ad rationes pro opposita parte adductas etiam respondere. Unde ad primam cum dicitur ad Adam non fuisse non sequitur primum principium non esse verum: hoc non esset concedendum. Ad probationem diceretur qd non sequitur: non plus potest probari qd ad Adam non fuisse sequitur primum principium non esse verum qd ad antichristum non fore. ergo non plus sequitur ad Adam etc. Et est ratio. quia sunt multa que includunt vel antecedunt ad contradictionem: et tamen non potest euidenter ostendi qd contradictoria includant. verbi gratia. qd deus non sit trinus personaliter vtriusque includit contradictionem: et tamen non potest euidenter ostendi. Similiter fm multos doctores non euidenter ostendi potest qd includat contradictionem esse plures deos: et tamen certum est qd includit. Si diceretur in proposito. Et ideo licet sequatur: ad hoc non sequitur primum principium non esse verum: ergo hoc potest per diuinam potentiam esse verum. non tamen sequitur non ap-

paret: vel non potest ostendi qd ad hoc sequitur primum principium non esse verum. igitur hoc potest per diuinam potentiam esse verum. Et hoc ideo: qd non sequitur. non potest ostendi qd ad hoc sequitur primum principium non esse verum. ergo ad hoc non sequitur primum principium non esse verum: vt patet in exemplis premis. Ad illud autem quod annectitur: qd ista. adam non fuit aliquando fuit vera: diceretur qd licet aliquando fuit vera: et per oia non per se antecedens ad contradictionem: tamen quia nunc sua opposita est necessaria propter transitionem in preteritum ipsa est impossibilis: et per consequens ad ipsam esse veram sequitur primum principium non esse verum: et ipsa necessario per accidens antecedit ad contradictionem. Ad secundam negarent antecesses: et ad probationem dicerent non esse simile de futura nodum posito in esse: et de preterito iam posito i esse. Nam vt dictum est hec est facta necessaria. ad hanc fuit: et per consequens adam non fuisse est impossibile: ex quo vltra sequitur qd deum non voluisse eternaliter aliquid producere adam est impossibile: non sic de antichristo: quia ista non est necessaria: sed mere contingens. antichristus erit. Ad tertiam rationem qua inferitur: qd deus posset mentiri patebit responso in questione sequenti. Ad auctoritatem Aug. dici posset. qd illa comparatio est sic intelligenda qd sicut simpliciter impossibile est preterita non fuisse facta. sic impossibile est: vt aliqua sint: vel fuerint futura: et non sicut fuerunt futura. Ad Antel. diceretur: qd ideo dicit. non recte dici impossibile etc. quia qd hoc non posset non est ex eius impotentia: sed quia illud non est possibile fieri: et ideo recte dicitur dicitur non posse fieri. Non autem recte dicitur: qd deus non potest illud facere. Et hoc etiam vult dicere: cum ait: qd sua voluntas nulli subditur necessitati vel impossibilitati: quod vero vterius dicitur de illa necessitate: consequens non est contra: quia licet ibi dicat esse talem necessitatem consequentem: et hoc commune sit ad tria tempora: cum hoc tamen fiat qd in preterito sit necessitas etiam antecesses. de qua loquitur: nec oppositum huius ibi dicit. Et ecce posui vtriusque partis probationem et defensionem: quarum que preferenda sit doctorum iudicio relinquo. Ad argumenta contra secundam conclusionem. Ad primum nego consequentiam. Non enim sequitur: quilibet entitatem quam deus potest coagente creatura producere: potest nullo coagente producere. ergo deus potest nullo coagente producere actum culpabilem/ seu peccatum: sed sequitur. ergo actum culpabilem/ vel peccatum potest deus nullo alio coagente producere/ nec ex ista sequitur prius. Sicut non sequitur: mortuum potest deus facere viuens. ergo deus potest facere mortuum viuens. Nam prima est vera/ siue subiectum supponat pro eo quod est/ siue pro eo quod potest esse mortuum: et secunda est falsa: quia hec. deus facit mortuum viuens: non est possibile: quod tamen sequeretur si illa esset vera. Sic hec est vera actum culpabilem potest deus facere nullo alio coagente. Nam illam entitatem que est actus culpabilis: vel etiam que potest esse culpabilis: deus potest nullo alio coagente producere/ nec plus denotatur per illam propositionem: sed secunda est falsa: quia hec est impossibilis. deus nullo alio coagente facit actum culpabilem: que tamen per priorem denotatur esse possibile: ex eo scilicet qd illa est singularis cuius subiectum est nomen proprium et actum culpabilem ponitur a parte predicati: quod fm logicos semper appellat suam propriam formam. Unde si aliqua entitatem que est/ vel potest esse actus culpabilis: deus faceret nullo alio coagente: non tamen hec tunc esset vera: deus facit actum culpabilem: quia ille tunc non esset actus culpabilis. Sed contra potest argui sic. hic actum deus potest facere nullo alio coagente: et hic actus non potest

Cap. 2.

esse non culpabilis. ergo deus potest facere etc. Hinc quatuor ad primam partem patet: qd sequitur ex secunda conclusione quicquid actus demonstrat. Et quo ad secundam partem etiam patet: qd odium dei non potest esse non culpabile: et ponatur qd aliquod odium dei demonstrat in vtraque parte antecesses. Consequenter probatur: qd si ponatur in esse: qd illud actus deus faciat: tunc iste esset simul vere. hunc actum deus facit nullo alio coagente. hic actus est actus culpabilis. Et ex istis expositio sequitur. ergo actus culpabilis deus facit etc. que certe conuertitur in ista. deus nullo alio coagente facit actum culpabilem. Ad idem negando an rationem secunde partis. Et hoc ideo: qd odium dei potest esse non odium. Unde si illum actum qui est odium dei. verbi gratia. qui est in mente diaboli: aut qui est possibile esse in mente alicuius: deus faceret sine subiecto sicut bene posset: tunc ille non esset odium: sicut tunc nullus formaliter eo esset odium: impossibile est enim aliquid esse odium: nisi sit eo aliquid odium sicut impossibile est aliquid esse amorem nisi sit aliquid eo amans fm Aug. s. de trinit. imo forte sicut aliquid dicitur: si entitas illa fieret solo deo in ipsa voluntate: adhuc non esset odium: nec voluntas ea formaliter odiret: nec aliquid vellet aut nollet: cum ad hoc qd voluntas velit aut nollet: diligit aut non diligit: requiritur qd talem actum partialiter efficiat. Primum tamen certum est: nec oportet ponere illud secundum: qd non sequitur: qd si quilibet entitatem potest deus solo facere: qd quilibet potest se solo in quolibet vel in hoc vel in illo facere: etiam in quo illa coagente creatura posset facere. Ad secundam rationem concedunt aliqui conclusionem: sed meo iudicio male: qd probatur primo: quia si talis odium deum mereretur. possibile etiam esset et naturaliter qd simul quis odiret deum et diligeret deum. consequens est falsum. vt patet ex distinctione. 17. vbi probatum est contra naturaliter non posse esse in eodem. Et fm hanc doctrinam etiam hoc est verum: et tamen hoc sequitur: et non solum de potentia dei: sed etiam naturaliter: quia in casu non ponit deum specialiter agere nisi quantum ad rationem precepti. Et sequentia prima patet: quia cum omnis actus meritorius peccat ex charitate nulli actui meritorio est impossibile actus charitatis. Confirmatur: qd si talis odium mereretur. hoc esset: quia eo qd deum diligeret: vellet implere eius preceptum. Aliter ergo respondeo ad argumentum. Et nego consequentiam. Ad probationem cum dicitur: qd deus potest dare preceptum alicui existentem in charitate: qd ipse odiret deum: quod factum ille obediret mereret. Dico primo: qd deum facere tale preceptum potest intelligi dupliciter. Uno modo sic qd cum hoc etiam ageret vel coageret in illo iudicium quo iudicaret preceptum fieri ab eo et esse implendum. Et similiter coageret actum odij: et hoc modo nego illud esse possibile. Sic enim sequitur: qd deo auctore homo peccaret: qd est impossibile. Alio modo potest intelligi qd simpliciter et absolute faciat preceptum: non autem ad predictos actus coagat: et tunc patet qd non sequitur qd ille posset odire meritorie: quin immo nec qd odire. Secundo dico qd dato tali precepto. ille non tenetur: nec deberet illud implere. Et est ratio: quia impossibile est: qd daretur illud preceptum ad erequendum: sicut impossibile est impletionem eius esse a deo volitam seu placitam sibi: et si aliquid iudicaret ipse erraret. Et si etiam ex tali iudicio odiret: non mereretur: sed forte daretur ad eius tentionem seu probationem: aut alia aliquam causam: sicut Abaac preceptum datum est de immolatione Isaac: non ad erequendum: sed ad vere pbandum eius obedientiam: quibus dicitur illud ad erequendum dari potuisset. Tertio dico qd quibus talem orationem precepti: deus posset se solo causare qd tantum modo probatur ex conclusionibus predictis: non tamen sequitur: qd deus posset precipere illud alicui: aut facere talem orationem

illi precepti: possit enim illam entitatem causare non significari: seu qd sic nullius esset significatiua: aut esset alterius significati: aut etiam nulli homini aliquid significaret: sicut et formari posset in aere vbi nullus audiret: aut etiam tam vocalem qd mentalem posset sine subiecto causari: si sic faceret nulli per illam precipere aut preceptum daret. Ad rationes principales respondeo. Ad primam dico qd illa maior. Nullum qd deus non vult facere deus potest facere: est simpliciter falsa. Et ad probationem dico qd cum Aug. dicit. hoc solum non potest deus qd non vult: non est intentio eius dicere qd nihil qd deus non vult: ipse non potest: cum ipse expresse dicat in enchi. qd voluntas dei efficacissima multa potest que non vult: nihil autem vult qd non possit: sed intentio eius est qd deus non potest aliquid facere: si volens non velit illud facere vt dicit ibidem: ita qd ista intelligatur esse impossibile. Deus facit aliquid qd non vult facere: cum hoc tamen verum est: qd multa que non vult facere potest facere: sicut multa que non vult facere velle. Unde et si aliqua que nunc vellet facere faceret: tunc vtriusque vellet ita facere. Ad secundum cum dicitur. nullum qd deus non debet facere deus potest facere: dicendum qd hoc verbum debet: aliquando importat obligationem: et si sic sumatur propositio est simpliciter neganda: quia nullum qd deus facit vel non facit. deus debet vel tenetur vel est obligatus facere: aliquando importat decentiam: sicut indebitum fieri dicitur qd sit indeceter: et opus prauum et indecens dicitur indebitum. Et in isto sensu propositio etiam in sua proprietate neganda esset: si tamen numeretur improprie vt sensus esset: qd deus non posset aliquid facere: qd non deceret illum facere: si illud faceret: vera esset et non concluderetur aliquid contra propositum. Ad tertiam si fm strictam logicam quis vellet in concedere: concedere essent premisse et conclusio neganda: que vtriusque falsa est nec mirum: quia sicut patet. discursus ille non seruat debitam formam: qd si ibi illa illatio sumatur vt vera: alia consequentia adhuc non valet: quia oppositum consequentis bene fiat cum antecedente. Unde si modo aliquo videtur possibile probari: maxime illud fieret sumendo oppositum consequentis cum secunda parte antecedentis. Et arguendo sic. Omne possibile fieri potest deus facere: sed aliquid possibile fieri non est bonum nec iustum a deo fieri. ergo aliquid qd non est bonum et iustum a deo fieri potest deus facere: sed ista conclusio quis repugnet nullum qd non est bonum et iustum a deo fieri deus potest facere. non tamen ista. deus potest facere aliquid qd non est bonum et iustum fieri a deo: et hec erat sumpta in prima parte antecedentis. Nec prima sequitur ex ista: sicut nec ex ista. deus non potest facere aliquid mortuum viuens. sequitur. ergo nullum mortuum deus potest facere viuens. vt supra dicebatur. Si aliquis familiarius velit respondere: distinguenda esset illa maior fm duos sensus vt distinguit Augustinus. Nam vnus sensus potest esse qd deus non potest facere nisi illud quod si faceret esset bonum et iustum fieri: ita qd ista nunquam potest esse vera. deus facit aliquid quod non est bonum et iustum fieri: et sic est vera. Et si minor numeretur eodem modo sic. sed aliquid possibile fieri si illud deus faceret non esset iustum fieri. statim patet qd ipsa est falsa: quibus enim omne qd fit a deo sit bonum et iustum fieri: et omne qd fieri potest et non fit: sit bonum et iustum non fieri: quod cumq; tamen eorum que non sunt si fierent ita esset bonum et iustum fieri sicut sunt etiam illa que nunc sunt.

Distinctio. xlj. xliij. & xliiij. Questio secunda.

7. 4.

deum non potest fieri impossibile ostendi



**S**ecundo quero vtrum deus possit dicere falsum. Et videtur qd sic. Primo: quia quicquid potest creatura deo cogente deus potest per seipsum nullo alio cogente. hoc patet ex precedenti questione: sed creatura cogente deo potest dicere falsum: ergo deus per seipsum nullo cogente possit dicere falsum. Secundo falsum dici non est impossibile. ergo deus potest per seipsum dicere falsum. Antecedens est notum. Et consequentia probatur: quia quicquid non est impossibile fieri deus potest se solo facere. vt patet ex precedenti questione.

**Ad oppositum** deus non potest facere aliqd prauum. ergo non potest dicere falsum. Antecedens est notum. consequentia probatur per illud prophete. Fidelis deus in omnibus verbis suis: et sanctus in omnibus operibus suis: vbi sicut dicit cum sanctum in opere suo ita fidelem in verbo.

**Hic primo** premittis quibusdam distinctionibus ponam aliquas conclusiones. Secundo obijciam et solvam obiectiones.

**Quantum** ad primum sciendum: quod dicere sumitur dupliciter. Nam vno modo id est est quod dictum proferre vel formare. Alio modo idem est quod per dictum aliquid significare: et ista distingui abinueniunt. Nam etiam oratio sic a dicente profertur: quod non significatur: et significatum orationis sic a dicente significatur: quod non profertur. et hoc modo rectius et magis proprie sumitur dicere sicut potest haberi ex intentione Augustini in libro contra mendacium. circa medium. vbi ait: quod que significantur vtiq; ipsa dicuntur. Et sic hoc dicere falsum dupliciter sumitur. Vno modo idem est quod proferre seu formare dictum vel enuntiationem per se falsam. Alio modo idem est: quod per enuntiationem vel dictum significare falsum: accipiendum falsum pro falso enuntiatum seu significabile: iuxta intellectum in precedentibus datum frequenter. Et distinctio patet. Nam contingit aliquem dicere falsum vno modo et non alio modo sicut patet in locutione ironica: et etiam tropicis ac alijs figuratis: in quibus etiam ipse enuntiationes que profertur. per se falsae sunt: et tamen que per ea significantur sunt verae: et ideo proprie loquendo et recte non tunc dicuntur falsa sed vera: sicut prolixe vbi supra Augustinus declarat. Unde ait: quod in talibus vera non falsa dicuntur: quoniam vera non falsa significantur: et paulo ante ait: quod non est mendacium quando ad intelligendum veritatis aliud ex alio significantia referuntur. Et hoc patet: quod nullus recte et proprie dicitur dicere falsum: nisi intendat per suum dictum significare id quod est falsum: et hoc etiam sufficit: etiam si non intendat significare falsum. Si questio intelligatur de dicere primo modo dicendum vtiq; est quod deus potest dicere falsum: quod patet: quia frequenter sic dicitur falsum. Unde Beatus Augustinus ait ironice de Adam cum peccasset. ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis: quod dicitur per se et propriam significationem falsum fuit: et per consequens falsum deus protulit et falsum dixit illo modo. Verum quia per illud non intendebat significare vel enuntiare Adam factum esse sicut deum: quod amen illud dictum in sua propria significatione significat: sed intendebat significare oppositum: quod vtiq; verum erat: ideo non falsum secundo modo: sed verum dixit. Similiter Christus talia dicta metaphoricis frequenter et per se falsa protulit: vt in euangelio patet: quibus per illa non falsa: sed vera significauit.

**¶** Rursus secundo modo dicere falsum contingit dupliciter. vno modo scilicet assertorie. alio modo non assertorie. Assertorie quidem quis dicit falsum quando per suum dictum perfectum et integrum significat falsum. verbi gratia. si quis dicat deus non est. Non assertorie autem quando per suum dictum integrum significat verum: sed per partiale et imperfectum significat falsum. verbi gratia: sicut psalmista ait. Dixit insipiens in corde suo non est deus. vbi certum est quod per se non dixit assertorie seu asseruit falsum: sed verum: quia solum hoc asseruit quod per suum integrum dictum significauit scilicet quod insipiens dixit: deus non est: et hoc vtiq; verum fuit. Et nihilominus etiam ipse idem in parte sui dicti falsum significauit. Idem in locutionibus conditionalibus que sunt vere: et partes sunt falsae: quas qui dicit vtiq; falsum dicit: non tamen falsa: sed vera asserit. Et si de tali dicere falsum non assertorie intelligatur: questio non haberet dubium. Nam constat quod taliter frequenter deus dixit falsum. Unde Iohannes. 7. ait Saluator: iudeis loquens de patre. Si dixerem quod nescio cum ero similis vobis medax: in quo totali dicto patet inclusus esse hoc partiale: nescio eum: quod vtiq; falsum est: multa alia ex epla in veteri et nouo testamento possent adduci. Non igitur intelligenda est questio de dicere falsum primo modo: sed assertorie. Circa quod etiam aduertendum quod quis potest assertorie dupliciter dicere falsum. Vno modo precise. Alio modo intendens quod ille cui dicit falsum assentiat ei quod dicit et per hoc quod duplex sensus haberi potest de questione. Vnus vtrum deus possit alicui dicere falsum: intendens quod ille assentiret suo dicto. Alius vtrum absolute possit dicere falsum et per vtiq; sensum pono conclusionem negatiuam. Et est ergo prima conclusio. quod deus (in sensu dato de dicere falsum) non potest alicui dicere falsum intendens et volens quod ille assentiret suo dicto. Hanc proba primo sic si deus tali intentione possit alicui dicere falsum: deus possit mentiri. Hoc patet ex diffinitione mendacij communiter concessa: qua dicitur vt ait Augustinus. in libro contra mendacium: quod est significatio falsa cum voluntate fallendi. quod alijs verbis: sed eadem sententia: loquedo de mendacio vocali potest per se eundem in libro de mendacio vocali diffiniri: quod est enuntiatio falsum enuntiare volentis vt fallat. Et ideo vt ait: nemo dubitat mentiri eum qui volens falsum enuntiare causam fallendi: qua propter enuntiationem falsam cum voluntate ad fallendum prolata manifestum est esse mendacium. Nec ipse. Nec omnia sunt in proposito: quia non est aliud aliquem fallere: quam facere vt assentiat falso: sic enim ille fallitur et errat. Sed falsitas consequentis patet: tum expressa auctoritate Apostoli dicitis in epistola ad hebreos. Impossibile est mentiri deum. Tum auctoritate Augustini in libro de symbolo sermone primo. iuxta principium. vbi super illo articulo. Credo in deum patrem omnipotentem. ait sic. Deus omnipotens est: cum sit omnipotens: mori non potest: falli non potest: mentiri non potest. Et quod ait Apostolus seipsum negare non potest: quod multa non potest et omnipotens est: et ideo omnipotens est: quia ista non potest. Nam si mori posset: omnipotens non esset: si mentiri: si falli: si fallere: si inique agere non esset omnipotens. quia si hoc in ipso esset non esset dignus quod esset omnipotens. Nec Augustinus.

**¶** Item. 22. de ciuitate dei loquens de philosophis negantibus resurrectionem esse possibilem ait. Cum de omnipotentia dei qua tot et tanta facit mirabilia iam multa dixerimus: si voluit inuenire quod omnipotens non potest habent prolixus. Ego dicam mentiri non potest. Credo enim ergo quod potest: non credendo quod non potest: notaque cedentes quod mentiri possit facturuz credant esse quod se facturum esse promissit. Ecce per Augustinum quod deus per omnipotentiam suam: qua facit magna mirabilia: et

causam quodammodo doctorem modernorum. Et primo quidem negando consequentiam. Et ad probationem dicendum quod illa diffinitio mendacij est falsa significatio cum intentione fallendi: debet intelligi de intentione deordinata fallendi qualis in deo esse non potest: nec quod talis esse in deo possit probatur: sed solum quod intentio fallendi. Secundo potest dici: quod accipiendum sic mendacium. videlicet pro falsa significatione fallendi sine pluri. consequens non est falsum loquendo de dei potentia absoluta: sed de ordinata tamen: et sic intelligende dicerentur omnes auctoritates Apostoli et Augustini. Et ad rationem vero cum dicitur quod deus possit tunc peccare: quia omne mendacium est peccatum: dicitur quod hoc est verum si fiat sine auctoritate diuina: quale nunc de facto est omne mendacium: cum nulli concedatur posse impune mentiri. Si tamen alicui preciperetur vel concederetur auctoritate diuina mentiri sicut dicunt esse possibile de dei potentia absoluta: illud nullatenus esset peccatum. Et ex quo etiam sequitur: quod si deus per seipsum alicui diceret falsum cum intentione fallendi: ac per hoc mentiretur sic sumpto mendacio non peccaret. Iste responsiones non sufficiunt: non quidem prima: quia illa glossa nullatenus consona est intentioni Apostoli neque Augustini. Et de Augustino quidem patet. Nam ipse in libro de mendacio vbi predictam asserit diffinitionem principaliter pertractat hanc questionem. Vtrum liceat aliquando mentiri. Ad cuius discussionem dicit primo. videndum esse quis verus dicatur mentiri: seu quid sit mendacium. Et tunc ex communi confessione sumit diffinitionem illam premissam exprimentem quid nominis mendacij. Et deinde statim procedit ad inquirendum quid principaliter queritur. Constat autem quod si in diffinitione quid nominis mendacij: que communiter presupponitur disputationibus. poneretur vel subintelligeretur de ordinata intentio fallendi superflua et inconueniens esset vltioris investigationis: qua inquireretur vtrum licitum esset aliquando mentiri. Nam cum de ordinatam intentionem constat nunquam licitam esse ex ipsa sui diffinitione que presupponitur: patet nunquam licere mentiri: nec de hoc questio remaneret. Idem patet de Apostolo si attendatur intentio eius: volens enim ostendere fidelibus quod debeant habere certam spem salutis future: dicit hoc deum Abrae (interposito iuramento) promississe vt per duas res immobiles scilicet promissionem et iuramentum in quibus impossibile est mentiri deum. fortissimum solatiu habeamus et. quasi sic arguat Apostolus. Si deus non esset facturus quod iurauit: deus iurando fuisset mentitus: quod est impossibile: aut ergo Apostolus accipit mentiri in proposito pro iurare falsum cum intentione fallendi sine pluri et habetur propositum: aut cum intentione deordinata fallendi: et tunc sua probatio nulla est: non enim sequitur: si deus non est facturus quod iurauit: aut quod tantumdem valet si deus falsum iurauit. ergo iurauit falsum cum deordinata intentione. Nam possit dici: et haberet isti dicere: quod possibile esset ipsum iurasse falsum cum ordinata intentione fallendi. Et certe sic male certificarent fideles de promissa diuina: et multo minus quam si solummodo cum deordinata intentione possit falsum iurare: quoniam satis deordinata esset quod non vellet deordinata intentionem habere: sicut multi iurarent aliqui falsum: si recta voluntate

per consequens per potentiam suam absolutam non potest mentiri. Tum tertio ratione: quia sequitur quod deus possit peccare seu vitiose agere: aut praua quod blasphemum est dicere. Consequentia patet: quia omne mendacium peccatum est per Augustinum in enchiridionibus et in libro de mendacio in fine dicit: quod quisquis esse aliquod genus mendacij quod peccatum non sit putauit: deciperet seipsum.

sic est in proposito nostro: quoniam inter illas infinitas partes equales charitatis nulla est ultima. ideo quilibet fuit in aliquo instanti ante hoc instans: et in nullo instanti ante hoc instans fuit quilibet: et ideo hec nunc est prima: quilibet pars huius charitatis est: sicut hec: in finita charitas est: ubi vero partes essent finite tantum: sicut sunt partes equales forme finite bene sequeret de talibus partibus loquendo: quilibet pars huius forme nunc existens fuit ante hoc instans. et in nullo instanti ante hoc instans fuerunt infinite partes forme tot vel tot. verbi gratia. centum partes. ergo in hoc instanti non sunt centum partes huius forme. Et ratio est: quod tunc aliqua fuisset ultima omni que fuerit ante hoc instans: et postquam nulla alia fuit: sed tunc prima pars antecedentis est falsa. supposito quod in hoc instanti sit primo complete facta forma habens centum partes. Ad aliud cum arguitur quilibet pars et fuit. ergo omnes partes fuerunt. si hoc species proprie sumatur quicquid sit de prima species. nego aliam species: quae inferat. ergo hec tota forma fuit. si per tota sumatur ea theorematice ut opus sit debeat concludi contra propositionem: et similiter non sequitur. ergo hec forma fuit. et est ratio: quoniam proprie loquendo hec est non vera: omnes partes huius forme sunt hec forma. omnes enim partes forme sunt partes forme: et ideo non sunt hec forma. Et si dicatur quod verum est sumedo per omnes distributive: sed collectiue accipiendo vere dicitur quod omnes partes. solum sunt forme: sicut et cuiuslibet totius omnes partes simul sumptae sunt totum: et e converso. quodlibet totum est omnes sue partes simul sumptae. Dico etiam quod sic sumpto per omnes. propositio non est vera de virtute sermonis per causam dictam. et ultra hoc implicat unum impossibile. scilicet quod omnes possint colligi / seu collectiue sumi: quod quocumque partes sumantur: per quod supra sunt partes alicuius totius includentis eas: et per species habentis alias vel aliam partem praeter eas: ac per hoc sumpte non sunt omnes: ideo illa propositio in sua propria significatione est falsa: sicut ille omnes partes simul sunt totum: et totum est omnes partes simul sumptae. et in hoc instanti: et in hoc intellectu utroque talibus propositionibus ubique utroque: quibus species sunt improprie: frequenter tamen utroque propter breuitatem: et ut conformem me communi modo loquendi. iuxta doctrinam philosophi dicentis. Loquendum esse ut plures. sentiendum autem ut pauci. Sed adhuc potest reduci argumentum etiam in propositionibus concessis sic. quilibet pars huius forme fuit. ergo omnia quorum quodlibet est pars huius forme fuerunt: et ultra. hec forma fuit. Et per species species: quod hec est concessa in se. omnia quorum quodlibet est pars huius forme sunt hec forma. Praeterea. Probet per eadem species per syllogismum expositio sic. hec omnia quorum quodlibet est pars huius forme fuerunt. hec omnia quorum quodlibet est pars huius forme sunt hec forma. Praeterea. Probet per eadem species etiam sicut prius negando species illam secundam: est ratio: quoniam ex illa. omnia quorum quodlibet est. non sequitur quod pro aliquo uno instanti aliqui fuerit species sua de presenti. si formata fuisset. cum verbu illud tempore praeteriti sit pluralis numeri. Praeterea. plura hec est vera: Ad a. et Ab a. fuerunt: et tamen nunquam fuisset vera: Ad a. et Ab a. sunt: sed ad ista: hec forma fuit: sequitur quod hec aliqui fuisset species: hec forma est. et ultra sequitur quod hec fuisset species. omnia quorum quodlibet est pars huius forme sunt. Cum ergo hec non sequatur ad primam ut dictum est: relinquitur quod ista hec forma fuit. non sit species ad illam nec probatio valet: quoniam ex illis propositionibus non sequitur ex forma illa conclusionem: sed bene sequitur. ergo aliqua que sunt hec forma fuerunt: et non inferuntur hec forma fuit. Praeterea. idem patet quod ille

syllogismus expositio non valet: et potest dari instantia. Nam posito quod deus olim creasset animam sortis: et similiter corpus: et nunc primo euenerint adiuuicem quod bene est possibile. hec erunt vere. hec. (s. anima et corpus) fuerunt. hec sunt sortis: non sequitur. ergo sortis fuit: cum species sit falsum ex casu. Ad probationem aliam dico quod utraque harum est nunc primo vera: quilibet pars huius charitatis fuit. quilibet pars huius charitatis est: et ita opus in quibuscumque formis factis in ipse continue loquendo de partibus earum infinitis / siue eiusdem quantitatibus / siue eiusdem proportionibus. cum arguitur quod hec prius fuit vera: quilibet pars huius charitatis est: quilibet propositio de praeterito nunc vera habuit unam de presenti prius sibi correspondente vera. Dico quod illud non est verum et maxime de propositionibus vniuersalibus: sicut patet. Nam sicut hec est vera: quilibet dies praeterita fuit: et tamen nunquam hec fuit vera: quilibet dies praeterita: similiter hec nunc est vera. quilibet qui fuit rex Francie fuit: nunquam tamen hec fuit vera. quilibet qui fuit rex Francie est. Sufficit enim quod cuiuslibet singulari correspondeat una de presenti: que aliqui fuit vera: quibus etiam forte non sit tempore necessarii. In proposito autem quilibet talis. hec pars charitatis fuit: habuit unam de presenti sibi correspondente vera. scilicet haec. hec pars charitatis. est eadem parte demonstrata. et sic illi vniuersali non vniuersali: sed multe singulares de presenti correspondent: que quibus prius fuerunt vere. Ad aliam probationem dico quod necessarium est euilibet concedere quod due propositiones una de praeterito altera de presenti quales sunt ille. sint aliqui vere simul primo: et patet si ille formetur de partibus proportionalibus forme finite facte in tempore continue: nec est simile de illis et de istis. sortis fuit sortis est: quia si iste ultime simul primo forent vere: sequeretur quod eadem res demonstrata fuerit et non fuerit prius. Ratio est. Quia sequitur. hec est vera. sortis fuit. sortis prius fuit. Et sequitur: hec est nunc primo vera. sortis est. ergo sortis nunc primo est. et ultra. ergo sortis non prius fuit: sed ex ista. Hec nunc primo est vera: quilibet pars huius charitatis est. non sequitur hec quilibet pars charitatis nunc primo est: sed cum ea stat ista. nulla pars charitatis huius nunc primo est. Et sic non sequitur quod aliqua pars huius charitatis prius fuerit: et non prius fuerit. Ad tertiam contra idem antecedens respondo. concedendo casum esse possibilem. Et ultra dico. quod in instanti finali hore nulla pars charitatis erit. et cum probatur oppositum per hoc: quia in instanti finali primo cessat charitas creari. concedo. exponedo ly cessat per negationem praesentis et positionem praeteriti: et per hoc nego consequentiam: qua inferitur quod vel non quilibet erit annihilata in illo instanti / vel aliqua simul annihilabitur et creabitur. Ratio quare non sequitur est: quia nulla erit primo creata in illo instanti: nec etiam aliqua erit primo in eo annihilata: et tota ratio est: quia nulla erit ultima: et similiter nulla erit in aliquo instanti illius temporis primo creata et annihilata: nec etiam aliqua in eadem parte temporis primo creabitur et annihilabitur: sed prius creabitur / et annihilabitur. Quibus tamen non obstantibus in illo instanti finali quilibet harum erit primo vera: quilibet pars charitatis fuit creata: quilibet pars charitatis fuit annihilata: nulla pars charitatis est: loquendo de illa una totali charitate que ponitur in casu creari modo illo et annihilari. Si tamen proprie posset dici una charitas / vel charitates et non potius charitates: de quo non facio pro nunc vniuersalibus: quod est dictum patet in simili. Si enim sint duo mobilia: quorum unum sit altero velocius in duplo: et distet tardum a puncto b. et incipiat moueri a puncto a. versus b. continue: et quando ipsum primo transierit medietatem totius spatij: quod est inter a. et b. tunc simul velocius incipiat moueri ab a. versus b. constat quod in eodem instanti



fit secunda pars: et sic ultra diuidendo versus b. verum est dicere qd in isto instanti nulla pars ipsius c. est pertransita a b. aut aliqua parte eius: et immediate post infinite erit pertransita ab infinitis partibus b. diuidendo b. contra: sic qd prima pars sit eius medietas b. diuidendo c. et tamen nulla pars c. immediate erit pertransita post ab aliqua parte b. sicut notum est: et ita multa concedenda sunt vbi est sermo de infinito que ly prima facie videant ipossibilita: aia dicitur tñ diligenter cognoscunt esse. possibilia: quapropter nō statim talia sunt subtrahēda diuine potētie. Ad tertiā ratiōē pbi respōdeo cōcedendo primā pñam et pñas: negando scđam pñam. Nam pñs qd ostiū in suo cardine posset circulariter moueri: et tñ ipsum non est circularē. Et si querat dato vno corpore vndiqz infinito vbi esset centrū fixum circa qd moueret. Dico qd vbiqz deus vellet: sicut si esset vna lancea centū palmorū in qua liber eius parte posset figi clauus: et circa illū motū tota in gyru moueri. Scđam cōclusionē qstū ad primā partem pbo sic. si corpus infinitū moueret motu recto vniuo ce: loquēdo de tali ad motus quos nō videmus: sequeret qd finitū esset infinitū. pñs est ipossibile. ergo et asis pbat pñas: qm in quolibet instāti ipis mensurantis motū localem rectū aliquis locus: vel aliqua pars loci est relicta: sic qd nulla pars corporis moti est in illo: in quo tñ fuit aliqua ante instās illud. Itē aliqua est acquisita in qua prius immediate nulla fuit pars corporis moti. si ergo infinitum corpus tali motu moueret: iam ex vtraqz parte haberet spatū aliqd vltra se: et per pñs foret finitū. Ex quo etiam patet qd si aliqd esset corpus infinitum in vna parte. verbi gratia. versus orientē. et versus occidentē esset finitū. non posset moueri versus orientē: nec versus occidentē. non quidē versus orientē: quia nulla pars loci esset vltra quā acquirere posset. cū illa partē trahat in infinitū. Nec versus occidentē: quia tñ relinquere aliquid partē loci ab orientē: et sic tñ etia in illa parte foret finitū. Preterea. Si posset per aliqd spatū trahi versus occidentem: posset etiam postea reduci versus orientem: sicut erat prius: et per pñs moueri illa partē in qua est infinitū. Et eadem rōne si ex vtraqz parte. s. tam orientis: qd occidentis esset infinitū: posset moueri versus hāc et illā: cuius oppositū pbatum est. Sed cōtra. ponat qd deus creet vnu corpus graue infinite longitudinis in sursum: et finite versus deorsum: et distet extremas ei⁹ a terra per vna leuca: quo facto relinquat deus sue nature illud graue: nec tñ subtrahat suam influentiā generālē (qd vtiqz bene est possibile) aut ergo illud corp⁹ descēdet versus terrā: aut nō. scđm nō pōt dici: qd cōstat qd si aliqd corp⁹ graue eiusdē speciei finitū esset in parte illa descēderet in ferius: et qstō maius esset: tanto citius descēderet: ergo multo fortius si foret infinitum: et oppositū dicere videt nimis mirabile: et contra naturam. Respō. qd casu illo posito illud corpus nō descēderet. Et ratio est: qm naturalis motus grauis est per lineā rectā ad mediū mundi: non pōt autē esse ad mediū: nisi sit ab extremo qd vtiqz dicitur sursum: qd igit casu posito fin lineā rectam nō esset extremū: eo qd extendere in infinitū extra celū: et vbi nō est extremū: nec mediū pōt esse. nō naturaliter illud corpus tēderet ad mediū: vel deorsum. sic nec tñ aliquis locus in cōparatione ad ipm esset mediū mūdi: vel deorsum: nō plus qd si tota medietas celī que est supra nostrū hemispheriū: vel orientē: et sicut ignis et terra: aut etia si totaliter ipm celū et oia alia corpora pter terrā que nūc est: et illud corpus infinitum essent annihilata: in quo casu puto qd nullus diceret illud corpus: moueri ad terrā: nec aliqd aliud etiā finitū si esset. Preterea. Si illo casu posito descēderet corpus infinitū. ergo infinita pars eius esset extra celū versus celū moueret: et per pñs ascēderet: sed hoc magis esset cōtra naturā. i. qd infi-

nitum graue ascēderet: qd illa pars finita infra celū extēsa non descēderet. Ad pbationem vero in oppositum consequētia est negāda: qd cetera non sunt paria: qd dato casu nihil esset respectu illius corporis infiniti medium mundi: vel sursum: sicut alij grauib⁹ finitis infra circūferentiam celī cōtēntis. Sed vtiqz efficitur esset illa deductio ad probandū qd corpus finite pñtatis et infinite grauitatis intensiue si esset infra celum descēderet. Et vtrum autē tale corpus posset virtute dei motu locali alterius rationis ab his quos videmus moueri: vt puta acquirendo locū: vel finitum: vel infinitū sine derelictione cuiuscūqz partis loci prioris: sicut vnu corpus finitū existēs in vno loco potest dei virtute illum non derelinquēdo alium acquirere: aut aliqd relinquere nullū alium acquirere: sicut dei virtute corpus aliqd si in duobus locis existeret posset desinere esse in vno illoz et remanere in altero tñ: quozū vtiqz vtiqz possibile credo. Aut etiā tertio posset tale infinitū corpus finitū quilibet sui partē nouum locum acquirere et priorē dimittere: ita tñ qd ipsum fin totū non muraret substantiā locū: sicut philosophus dicit de celo: nec aliqua pars loci remaneret quā aliqua pars infiniti corporis nō occuparet: qd fossitan etiā alicui non absurdū videt: cum non appareat incōpossibile implicatio. nō determino ad presens. Scđa vero pars conclusio: nis. i. qd si esset corpus aliqd fin vna dimensionem tñ infinitum. verbi gratia. fin longitudinē et fin latitudinē finitū ita qd verbi gratia. vbiqz latū esset vno palmo tantūmodo: qd hmoi corpus posset moueri fin illā dimensionē fin quā est finitum: satis facilius patet. cū nulla sit repugnātia propter quā deus sic locauit ipsum vbi est non posset etiā in alio ppinquo: vel remoto: vt sibi placeret: locare. qd vero non posset moueri fin dimensionem illam fin quā est infinitum: patet ex iam dictis. Sed aduertēdum qd cum in prioribus dictis dico infinitum tale fin aliqua dimensionem tñ habere locū. non intelligo hoc esse possibile nisi fin dimensionem finitā eius. verbi gratia. sicut deus posset fin me facere corpus infinite longitudinis et latitudinis finitū: sic posset ex vtraqz parte latitudinis eius: aliud etiam infinite longitudinis corpus causare: quod nō sic esset vltra longitudinē illius: sicut extra latitudinē: et illud tale qd tñ modo latitudinē illius ambiret voco locum: siue proprie: siue improprie sic vocare: de quo nūc non curo: qd nō refert pposito isto. Ad ratiōē in principio questionis respōdeo: et cōcedo qd quodlibet istoz modoz de⁹ potest facere infinitum. Ad ratiōē qua pbat qd nō multitudinem infinitam dico qd illa cōsequētia nulla est: et similiter pbatio eius. Et primo quidē simili modo probaretur cōtra philosophū qd non infinita indiuidua fuisse corrupta tēpore preterito: alioquin infinitas entitates essent corrupte: et per pñs etiā deus et mūdius totus: similiter pbatio philosophi et Lōmen. que inducitur friuola est. Nam cōstat qd in vno cōtinuo sunt infinite partes proportionales: et per pñs infinita corpora et entitates: licet non actu discretē: tñ hoc nō obstante preter illas sunt alie entitates et corpora et alterius et eiusdem etiā rōnis: vt in aliquo cōtinuo sue partes: vnde nō est incōueniēs preter aliqua infinita esse alia multa: sicut et preter infinitas partes cōtinui: sunt etiā infinite alie partes et eiusdem et alterius cōtinui: quoniam infinite infinite. Ad aliam de magnitudine infinita. dico qd corpus infinitū esset mobile virtute diuina. iuxta modū antedictū. et rursus si esset corpus cui fin speciem cōpeteret motus rectus: dico qd quelibet eius pars finita si esset a toto distincta: esset naturaliter mobilis: ipm tñ totū categoriceum tñ nō posset naturaliter moueri: nō ex defectu forme: vel principij naturalis: sed ex defectu extrinseci necessario ad motum naturalem eiusdem modi requisiti: vt prius ostensum est.

Ad tertium patet articulo secundo.



**C** Distinctionis xlv. Questio. Circa distinctionē 45. Quæro vtrum voluntas dei sit omnium que fiunt prima efficiens causa: Et arguo primo qd non sic. si voluntas dei et sequitur qd deus vellet omne quod fit. patet: sed consequens est falsum: tum quia cum multa mala fiant et peccata: deus vellet huiusmodi mala: sed hoc est cōtra prophetam deo consistentem. non deus volens iniquitates tuas: tum quia cui⁹ dei voluntas sit eius essentia: sequeretur qd deus esset omne quod fit: quod blasphemum est dicere. Secūdo si voluntas dei et. aut ergo esset causa necessaria: aut cōtingēs. nō cōtingēs. cū ipsa sit eterna et necesse esse: nec necessaria qd sequitur qd nullū ipsoz que fiūt posset nō fieri: et sic omnia eueniret de necessitate: qd est cōtra rheologā et philosophiā. Tertio sequitur qd nihil in mūdo fieret a casu: cōsequēs falsum est: vt patet ex secūdo phyl. cōsequētia pbat: qd nihil pzeintentiū a suo agente sit casualiter. nō enim dicitur quis aliquid a casu facere si illud facere intēdebat: sed omne quod deus vult facere deus intendit facere. cōstat ergo qd nullū quod deus vult facere sit casualiter. Si autē voluntas dei est prima causa omnium que fiunt: omne quod fit: deus vult facere. ergo si voluntas dei est et. nihil quod fit: sit a casu.

**Ad oppositū** arguo. omnia que fiunt a deo voluntarie faciente fiūt. ergo omnium que fiūt voluntas dei est prima efficiēs causa. Antecedēs patet per illud apostoli ad Ro. ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. et prime ad Corin. idē inquit. deus qui operatur omnia in omnibus. Constat autem qd nihil ipse nisi voluntarie operatur. Iuxta illud Augusti. in enchir. deus omnipotens non nisi volens quicquid facit.

**Respondeo** primo premissa aliqua. Deinde ponā cōclusiones. Primo ergo premitto qd per primā causam intelligo efficientē causam cuius nō est alia efficiēs causa. Allicuius autē cause esse alicui causaz efficientē potest intelligi dupliciter. Vno modo qd eius sit alia causa quo ad esse seu que sibi sit causa vt sit. Alio modo qd eius sit alia causa que sibi sit causa quo ad esse causam: vel que sibi sit causa vt ipsa sit causa. Differentia horum sensuum patet. Nam finis quo est causa illius cause efficiētis. non quidem vt sit: sed vt sit efficiens: et contra. efficiēs est causa ipso fini. non vt sit finis: sed vt sit: similiter in eodē genere causalitatis. Patet exemplis differentie huius. Itā in causis mouentibus essentialiter ordinatis fin primū mediū et vltimū. iuxta modū philosophi. 8. phyl. et 2. meta. nō semper prima causa est causa secunde vt ipsa sit: sed est sibi causa vt illa causet: quoniam illa non causet nisi mota a causa prima. Itē aliquid est causa alicui cause vt sit: quod tamen non est sibi causa vt ipsa causet. Sicut Adam fuit causa caym vt esset: nō autem vt causaret scilicet vt esset causa mortis Abel. Et deus est causa voluntatis humane vt sit: non tamen vt sit causa prauē voluntatis. potest ergo aliquid intelligi causa prima efficiens quia scilicet eius non est alia efficiens causa vtiqz vel altero modo predictorum. Item aliquid dicitur causa alterius efficiens: vel quia facit illud esse postqz non fuit: aut quia iam factum in esse conseruat: et vtiqz modo iterum dupliciter: vel quia immediate efficit aut conseruat: vel quia mediate. vt puta efficiens vel conseruando causas que immediate efficit vel conseruat.

**His premissis** pono ad hūc articulū. 7. cōclusio nes. Est autē prima qd omne que fiunt dei voluntas est causa mediate: vel immediate: illa de nō esse ad esse pducens. Scđa qd omne que fiunt est causa immediate de non esse ad esse producēs. Tertia qd omne que fiunt est causa immediate in esse cōseruans. Quarta qd quocūqz est aliquo predictorū modoz causa: est prima causa per exclusionem cause vtiqz modo efficiētis. Quinta cōclusio qd non omne que fiunt deus solus est mediate causa pducēs: nec omne que facta sunt ipse solus est mediate cā conseruās. Sexta cōclusio qd quecūqz deus facit libere et nō necessario facit: et similiter que cōseruat libere cōseruat. Septima conclusio qd quicquid deus facit cōtingenter vult facere. Prima cōclusio probatur per illud symboli factorē visibilium oim et invisibilium. Et illud extra de summa tri. et fide catho. cap. Danam. dei substantia: seu natura diuina sola est vniuersoz principū. et illud Jo. 1. oia per ipsum facta sunt et sine ipso factū est nihil. i. non est factū sine ipso aliquid: vt exponit August. in lib. de natura boni. Iste auctoritates et innumerabiles alie sacre scripture sanctorū eiusdē sententię: false essent nisi deus esset oim que fiunt causa mediate: vel immediate. omnia autem que deus fecit: voluntate vtiqz fecit: vt dicit August. ad Thōstū cōtra Iherosolitanitas. Item qd deus est sua voluntas omni modo quo est deus: cuius ipse est causa et voluntas etiā est causa. Constat autē qd quod fit: vel sit immediate a deo: vel ab aliquo qd mediate: vel mediate est factum a deo: alioquin aliquid esset qd nec esset deus: nec a deo factum: quod est cōtra August. de tri. vbi sententia per talē pñam pbat filium dei esse deū: filius dei non est factus: qd oia que facta sunt: per ipsum facta sunt. Si autē non est factus: non est creatura. si autē nō est creatura est eiusdē substantie cū patre. Item for: mat aliam ex opposito pñas prime pñe. si filius inquit nō est eiusdē substantie cuius est pater. ergo facta substantia est: neutra autē pñā vilius esset mouētē cōtra eum qui op: naretur filium non esse factum. et tñ in substantia a deo patre diuersum: si aliqua alia res a deo esset non facta. nam pariter de filio sicut de illa dici posset: et ideo ibi August. dicit. vniuersaliter qd ois substantia qd deus nō est: creatura est: et que creatura nō est de⁹ est. Isteo hac cōclusionē sunt auctoritates August. plures allegare in hac distinctione: ne a Thāgistro. Scđam cōclusionem pbo expressa de terminatione August. 7. super Gen. ad litteram. vbi opinio: nem oppositam recitat. Et ex auctoritate scripture repro: bat sic di. Sunt enim qui arbitrantur tantūmodo mundum ipsum factum a deo: cetera iam fieri ab ipso mūdo: sicut ille ordinauit et iussit. deum autem ipsum nihil operari. hec est opinio que vt patet non negat: sed affirmat deū esse mediate causam eozum que nūc fiunt in mūdo. iuxta vnum sensum premissum de causa mediate: sed solum negat ipsum immediate talia nūc operari: seu facere: hanc autem moy reprobas subdit. Contra quos profertur illa sententia dñi. pater vsqz nunc operatur. Et ne quis puta: ret apud se illum operari: sed operari non in hoc mūdo. pater in me manens inquit ipse facit opera sua: et sicut pater suscitauit mortuos et viuificauit: sic et filius quos vult viuificat. Deniqz quia non solum magna: atqz precipua: verum etiam ista terrena et extrema ipse operatur. Itā dicit apostolus. stulte tu quod seminas non viuificatur: nisi prius moriatur: et quod seminas non corpus quod futurum est feminas: sed nudum granum forte tritici: aut alij cuius ceterozum: deus autem dat illi corpus: quomodo voluerit et vniuiqz feminam proprium corpus. Et scri: buntur hec verba ad Corinth. prime. Item eodem lib: bro. Non solum inquit tunc deus plantauit paradysum: sed etiam nunc omnia que nascuntur. quis enim alius

I. c. 38.  
cap. 15.  
cap. 12.  
cap. 3.  
I. c. 33.  
I. c. 7.

Cap. 1.  
Cap. 2.  
Cap. 6.  
Cap. 33.

I. c. 43.



Distinctio

Questio

Articulus

Quadragesimaquinta Prima Primus. Fo. clxxxviii.

Cap. 9.

epist. 7.

Cap. 35.

Cap. 19.

Cap. 7.

quest. 24.

Cap. 13.

Cap. 11.

etiam nunc ista creat: nisi qui vsq; nunc operatur: sed creat hoc modo ex his que iam sunt: tunc autē ab illo cum omnino nulla essent creata sunt. ¶ Item. Quid enim q post pluuiā exoritur ab alio sit nisi ab eodē deo. Et infra dicit q in principio fecit hec deus potentia verbi sui sine pluuiā sine humano opere. nā etiā nūc ipse facit: sed iam per pluuiā z hominū manus: quibus neq; qui plantat sit aliqd neq; qui rigat: sed qui incrementuz dat deus. Et quibus patet fm sententiā Augusti. expresse q ad pductionē cuiuslibet talis deus immediate simul cū alijs causis secundis z principalibus q ille cōcurrit: ppter quā principalitātē dicit aliquādo ista nō nisi a deo creari z fieri. ¶ Itē ad confectū. Quod queris inquit verū signū sigillatim a creatore deo corporū liniamēta formantur: nō te mouebit si quantū potest humana mens potentia diuine operationis intelligas: quomodo enim negare poterimus deus etiā nunc operari cūta que creantur. cū dñs dicat. Habet mens vsq; nunc operari. Et subdit multa ad ppositū directē ad intentionē istam. Item in libro de cathetizādis rudibus non longe ante finē. expresse dicit deū immediate operari ad formationē humani corporis i vtero matris z eius consequenter incrementum. Et idem iudiciuz est de ceteris que naturaliter fiunt. Hic enim sic. Ubi erat ista moles corporis tui: ista forma mēbrozūz cōpago ante paucos annos prius q natus: vel etiā prius q in matris vtero cōceptus esses: vbi erat hec moles z hec statura corporis tui: nōne de occultis huius creature secretis dño deo inuisibiliter formante processit in lucem. certisq; etatū incrementis in istā magnitudinē formāq; surrexit. ¶ Item. 6. super Genē. z tertio libro contra Julianum. Quis autē inquit christianus ignoret q ille qui primum hominē fecit ex puluere: oēs fabricet ex semine. Et eandē sententiā ponit libro tertio cōtra Abaxi. circa finem. ¶ Itē. 2. Machabeoz. dicebat illa sancta mater filijs suis nescio quāliter in vtero meo apparuisti. z sequitur singulorū mēbra nō ego ipsa cōpegi: sed enim mūdi creator: qui formauit hominis natiuitatē. Et similiter Augusti. contra Julianū postiaz allegata verba mox subdit. Nec ipsi parentes possunt hominē facere: licet ex partibus deus. Et his patet manifeste q istoz omnū effectū naturalis vsq; dei volūtas est causa: cōcausantibus tñ simul ipsi virtutibus naturalibus rebus a deo in ipsa institutione mūdi tributis. ¶ autē etiā omnū effectū volūtate ipse sit causa idē expresse. dist. 87. quest. vbi et hoc q omne quidē sit in mundo est opus diuine pudentie: cōcludit q quicquid in mūdo gignitur sup. operū humanoz partim diuinitus gignitur partim nostra volūtate. Et q prima pars huius dicti cōclusiōis est ex prioribus continuo in sequenti bus probat scdm. Et nec dubiū q non minus eoz que ab angelis fiunt ipse est causa partialis immediate: cum non minus eozū actiones et opera ad prouidentia diuinā ptiueat. Et his autē potest sic ratio ad cōclusiōez formari. quēcūq; fiunt volūtate: vel naturaliter immediate a deo fiunt. hoc patet ex dictis: sed quēcūq; fiunt: fiunt volūtate vel naturaliter: vt potest. ergo zc. Hec tota ratio potest haberi ab eodē Augusti. super Genē. libro. 8. vbi sententiā eius est q omnis operatio que est in mundo est naturalis vel voluntaria: z quilibet earū est operatio diuine prouidentie. ¶ Scdo sic: omne quod est factū: deus immediate conseruat. ergo omne quod est factū: deus immediate de non esse ad esse. pducit: z omne quod sit immediate facit: antecedēs patebit ex tertia cōclusiōe. pbat tñ ipsum: z etiā cōsequētia: auctoritates etiā Sapientie. dicēte deo quomodo posset aliquid permanere: nisi tu voluisses: aut quod a te vocatū nō esset cōseruaretur. Et cuius auctoritate prima parte si attente inspicatur patet probari antecedēs z cōsequētia ex scda. ¶ Tertio pbat hęc con-

clusio expresse ex dictis Ansel. de casu dyaboli. vide sibi. ¶ Quarto probatur ratione: q omne quod sit ab aliqua creatura plura alia similia in eadem specie sunt pariter possibilis ab illa fieri: patet. ergo omne quod sit a creatura: sit etiā a deo immediate concreante. patet cōsequētia supra. dist. 25. in secunda ratione cōclusiōis articuli primi. Et vltra. ergo omniz que fiunt deus est immediate causa efficiens. Et cōsequētia patet: q quēcūq; fiunt: vel a deo fiunt vel a creatura nō distinguo nunc vtrū vna vel pluribus. ¶ Tertio conclusio probatur primo auctoritate Augusti. 4. super Genē. ad litterā. vbi ait sic. Creatura nāq; potentia z omnipotentis atq; omnipotentis virtus est causa subsistendi omni creature: que virtus ab eis que creata sunt regendi: si aliquādo cessaret: simul z illoz cessaret species: omniq; natura cōcideret. non enim sicut structor edium cum fabricauit abscedit: atq; illo cessante z abscedente stat opus eius: ita mūdus vel icu oculi stare poterit. Si enim deus regnum sui subtraxerit per vim z quod dñs ait. pater me? vsq; nūc opatur cōtinuationez quādā operis eius: que vniuersas creaturā cōtinet admistrat ostendit. Et cōsequēter ad huius pbatōnē adducit auctoritatē scripturę que de sapientia increata ait. q attingit a fine vsq; ad finē fortiter z disponit omnia suauiter. Item aliā Apostoli. actū. 17. In illo viuimus mouemur z sumus: quod verbū vt ait Augusti. liquide cogitatur q tū humanā mens valet: adiuvat hęc sententiā qua credimus et dicimus deū in his que creatū indefinenter operari: neq; enim tanq; substantia eius sic in illo sumus: quēadmodū dictū est q habeat vitā in semetipso: sed vtrūq; cū aliud sumus q ipse nō ob aliud in illo sumus: nisi q id operatur: z hoc est opus quo omnia continet. Et postea subdit: q si tale opus a rebus subtraxerit esse aliquid omnino desineret. ¶ Item libro. 9. secundo dicit. q si vere subtrahat deus intīmā operationem qua eaz subsistit z facit cōtinuo: tanq; extrinca nulla remanebit. Et sequēti capitulo ait. q deus id quod fecit: ita continuatuz operatur: vt nec vlla aliarum rerum: nec illorū angelozum natura subsistat si non operetur. Item contra Julianum libro sexto bonitas inquit operationis diuine si subtrahatur. formandis promouendisque seminibus z viuificandis quibuscūq; viuentibus: non solum gignenda non aguntur: sed ad nihilum penitus etiam genita rediguntur. Et per hanc auctoritatē probatur etiā precedens conclusio. ¶ plures etiā auctoritates sanctorū possent adduci: sed iste sufficiant. ex quibus manifeste patet q omnem rem quęcūq; sit illa deus conseruat et cōtinuat in esse: quam continuationem vel conseruationem scripturā vocat intīmā operationem et factionem: et ideo deus fm hunc sensum dicitur q cūq; rem qdū est operari et facere. ¶ Secundo idē euidēter pbat auctoritas. Sapientie. inducta in ratione scda p cōclusiōe precedētī: z similiter per Apostolū dicentē de christo ad Col. omnia p ipsum in ipso creata sunt. Et sequitur q omnia in ipso constant: glosa. qui in omnibus fm diuinitatē infusus omnia sustinet. ¶ Itē ad Iob. de eodē scribitur. portās omnia verbo virtutis sue (vbi glosa) sicut ab eo creata sunt omnia ita per eū immutabilē cōseruātur. ¶ Probatur tertio ratio ne: q si aliqua res esset que nō immediate cōseruaretur a deo: vel illa a nullo dependeret in esse: z per hoc a deo annihilari non posset: quod est erroneum: vel dependeret a sola creatura et ab ea sola conseruaretur: et tunc illa vel conseruaret naturaliter vel libere: si naturaliter non posset illa res quam conseruat per aliquam potentiam annihilari vel desinere esse: remanente ea que sola hanc naturaliter conseruat: quod etiā erroneum est: et scitis declaratur ex eo q inter omnes res creatas lumen in aere a sole diffusum maxime videtur a sole dependere

ca. 1. 2.

Cap. 4.

Sapient.

Cap. 8.

Cap. 17.

Cap. 1.

Cap. 1.

Cap. 1.

Cap. 4.

Cap. 21.

Cap. 30.

Cap. 1.

Cap. 1.

Cap. 1.

Cap. 4.

Cap. 1.

in esse z ab eo conseruari: tñ in hora mortis christi remanente sole tenebre facte sunt sup vniuersam terrā: qd non fuisset possibile: si lumen a sole tñ z non a deo immediate prius fuisset pseruātū. Si vero dicat q illa creatura cōseruans libere cōseruet: sequitur q deus nō poterit illam annihilare remanente creatura cōseruante et conseruare volētē: quod etiā erroneum est. sic enī potentia in aliquo esset creatura q deus: z voluntate creature omnipotentis voluntatis impediretur effectus: quod est erroneum fm Aug. in ench. ¶ Quarta cōclusio. vcz q quorūcūq; deus est causa: est prima causa simpliciter: satis patet q deus a nullo effici: aut moueri aliquo modo pot: quouū alterum sequeretur: si modo aliquo haberet causam efficientē. ¶ Ad hoc etiā est auctoritas Aug. 1. lib. de generatione. contra Manicheos. iuxta principium. vbi ait. q volūtas dei oim que sunt causa est. Si autē haberet causam volūtas dei. est aliquid quod antecedit voluntatē dei: qd nefas est credere. Et ponitur hęc auctoritas i presenti distinctione probre a magistro. ¶ Quinta cōclusio. vcz q non oim que fiunt deus solus est causa immediate producentis: nec etiā omniū que facta sunt solus est causa immediate conseruans. ¶ Prima pars huius cōclusiōis pbat. q si solus immediate produceret oia que fiunt nulla creatura immediate aliquid pduceret: z si sic. ergo nullo modo prima consequētia patet. Et scda probatur: quia si alio quo modo z non immediate. ergo mediate / aut ergo mediante creatura: z tunc nihil immediate ageret: quod repugnat antecedenti / vel mediate: et tunc vel mediante alia creatura / vel immediate: z sic in infinitum / aut mediante deo: z tūc de? erit instrumentū creature in agendo et non prima causa: quod est impossibile z reprobatum in precedenti cōclusiōe. sequitur ergo q creatura nihil oim produceret: sed hoc cōtra experientiam etiam videmus q ad multarū rerum presentiam multe res in alijs generantur: sicut ad presentiam solis lumen in aere: z ad presentiam ignis calor in susceptibili proximo: z hoc semper cōtingit nisi esset impedimentū: quod non esset nisi talia hōmō res causalaret. ¶ Ad hoc etiā est auctoritas scripture in Genē. ex qua patet deum rebus creatis virtutes pductiuas et vires causales indidisse: quibus in tēpore congruos effectus producitur: z idem patz per Aug. exponētē: qui inter cetera propositū affirmātia. ait. super Genē. lib. 3. q in prima creatione terra producētū virtutē latentē acceperat: qua virtute sit: vt etiā nūc talia terra psignat. Item Salua. in Euange. Luc. dicit. q arbores producūt ex se fructū que oia vera nō essent: si oim que fiunt solus deus esset causa efficiēs. ¶ Scdo probat auctoritate Aug. 7. de ci. dei. dicētis sic. Itaq; de? administrat oia que creatur: vt etiā ipsa ppios exercere z agere motus sinat. Et quibus patz q nec solus deus: nec sola creatura agat ista que fiunt. Scda quoq; pars conclusiōis patz ad sensum. videmus enī q lumen causatū a sole / vel alio corpore luminoso conseruat ab illo: quod illo deficiente / vel absente deficit esse lumen: ita est etiā de pluribus alijs rebus. ¶ Contra istā cōclusiōem potest argui. Et primo cōtra primam partē: primo quidē: q sequitur q idem effectus esset a duobus agētibus. quod scdm. 7. meta. d. esse im possibile. ¶ Scdo q tunc deus z creatura non haberent aliquem ordiū in productione creature: z per oīs casua liter ad producendum concurrerent. ¶ Tertio q si tam deus q creatura pducerēt aliquā qualitatem. ver. gra. calorem: illa alteratio est velocior / q si fieret ab altero illozū tñ: z ita sequitur q si agens naturale duplum: ad primū produceret talem calorem: pportio motus ad motum in velocitate non esset fm proportionem illorū agentium naturalium: q neutrum est totale ratione cuius est velocitas in alteratione. consequens autē esset cōtra qd fm

in multis locis. ¶ Deinde potest argui contra scdam partem: q si sic vtrūq; immediate conseruaret: et per oīs actio vni us nō dependeret ab actione alterius tāq; a causa: z ita sequitur q posito: q actio dei cōseruantis maneret agēte naturali non conseruante: adhuc res talis maneret: q cōseruaret a deo: q sic est impossibile: q si maneret absq; conseruante naturali: per illā solā actionē dei cōseruatiua qua prius cōseruabat: sequitur q agēs naturale nihil agebat prius ad eius cōseruationē: qz eo amore ceteris: vt prius vni formiter oiaq; manentibus: nihil minus res illa cōseruaret. Et eadem virtute argui pot cōtra primā cōclusiōis partē. vcz q posita sola pductione dei naturali agēte nō pducēte: adhuc ille effectus pduceret: z per oīs nihil agit ad ipm agēs naturale. ¶ Ad primū cōcedo q idē effectus pot esse a diuersis agētibus: imā si sint diuersa rōnum agētia: atq; partialia: sicut in proposito patz in alijs: qm eadem species caloris in medio vel organo sensus causatur immediate ab obiecto z a luce: similiter z eadem visio ab obiecto et a luce causat et multa alia exempla possent: tam phisice / q theologicē vari: ppter qd dictum scdm. in hoc nullus debet esse auctoritatis: nec certe etiā in pposito: de quo loquitur si bene attendetur. ¶ Ad scdm dico q si intelligat de ordine causalitatis mutue: ita q vna agat mediāte alia per modum supra dictū sine ordine concurrunt: nec tamē a casu sicut vltimus infertur: quā nō fm ordinem diuine prouidentie que ab eterno statuit: vt appropinatis rebus: quibus inditurus erat causales ptes alijs quas facturū erat horū effectū susceptiuas ipse ad coagēdum concurreret. ¶ Ad tertium cum dicitur q alteratio facta a deo et creatura: est velocior / q si fieret ab altero tñ: dico q vel intelligit ab altero. i. creatura tñ: z sic pposito iplicat im possibile: qm impossibile est solam creaturā aliquid agere / vel intelligitur ab altero. i. a deo: z tunc dico q hoc potest intelligi dupliciter. ¶ Uno modo supposito q nō aliter ageret: q agit simul cum creatura: z sic etiā implicat im possibile. Nam eo modo agēdi quo partialiter simul agit cum creatura: non est impossibile eū agere sine ea. Et per hoc etiā patz solutio ad illud quod vltimo tangebatur in frequenti articulo. si aut non sic intelligatur sed absolute: sicut deo placeret agere: cum posset eque velociter z velocius z minus velociter: patz q cōsequētia non est necessaria: q tñ sine assumptione illius oīs argumentum sequēs retinet suā difficultatē dico q licet. aliud agēs naturale duplum ad illud naturale precise: non sit duplum ad totale agēs date alterationis: adhuc stabit proportio velocitatis motū fm proportionem agentium naturalium: qm sicut nec primū agēs naturale est totale: sed tñ partialē agēs alterationis: sic nec duplum erit totale: sed etiā partialē: z cū eo deus qui libere cōmunicat: coaget sic proportionaliter q in duplo velocior. fiet alteratio. ¶ Ad argumētum cōtra scdam partē cōclusiōis. dico q quis deus possit absq; naturali agente cōseruare: non tñ illo modo cōseruandi quo partialiter cū illo cōseruat: est enim alius modus cōseruandi ab eo qui se solo cōseruat: z similiter a modo conseruationis creature secū partialiter conseruatis. Et ideo aliquo mō pot dici q actio vtriusq; pendet ab altero: ita scz intelligēdo q neutra sine altera cōseruaret. Et propterea cum dicitur posito q actio dei conseruantis maneret agente non conseruante implicat impossibile. Nam neutra illarū ab altera potest separari: et similiter dico de productione vtriusq; q neutra ab altera separari potest: z vtralibet remota remouetur relicta: hoc est si creatura non ageret: non ageret deus: et si deus non ageret: non ageret creatura: qua propter non sequitur q creatura non agit: nec q non conseruat sicut vltimus inferebatur.

Cap. 1.

Cap. 11. Cap. 1. Cap. 3.

Septima conclusio etiam certa est: et patet manifeste ex auctoritate preallegata scripture Sapientie. xj. Item in psal. omnia quecumque voluit fecit. Et apostolus ad Ephe. vi. q. deus omnia operatur secundum consilium voluntatis sue. Et Augustinus in enchirid. dicit. q. deus non nisi volens quicquid facit, ergo libere et contingenter. Ratione potest argui: quia si aliquid necessario faceret vel conservaret: aliquid quod deus esset necesse esse: et non posset non esse: quod est erroneum. consequentia patet: quia deus est necesse esse: et non potest non esse, ergo et omne cui necessario dat esse: et hec sufficitur per ista conclusio: quia ipsa communiter ab omnibus catholicis conceditur. Septima conclusio probatur sic. impossibile est deus velle aliquid facere et non facere illud: et quicquid deus facit contingenter facit: seu potest non facere. ergo quecumque deus facit contingenter vult facere. antecedens quo ad secundam partem patet ex precedenti conclusione: quod non esset omnipotens et invincibilis et inextinguibilis: quod est erroneum. consequentia vero probatur: quia ex opposito consequentis. scilicet aliqua que deus facit non contingenter, vult illa facere: sequitur ergo non potest non velle illa facere: et tunc queritur: an sit possibile ipsum non facere illa aut non? Si non est possibile deum non facere illa, ergo non quicquid deus facit contingenter facit: quod repugnat secunde parti antecedentis. Si autem est possibile deum non facere illa, ergo aliqua que impossibile est deum non velle facere est possibile deum non facere. Et per consequens possibile est deus velle aliquid facere: et non facere illud: quod est oppositum prime partis antecedentis. Sed contra istam conclusionem potest argui ex rationibus cuiusdam doct. scilicet si deus quecumque facit contingenter vult facere. aut velle suum quo vult ipsa facere que facit: est in se simpliciter contingens: aut habitudo illius velle ad illa que vult facere est contingens: hec videtur nota: quia si in ipso velle esset necessarium et cum hoc etiam haberet habitudinem necessariam ad volita: non contingenter: sed necessario vellent illa. primum non potest dici cum velle diuinum sit deus: et per consequens absolute in se et simpliciter necesse esse: nec secundum quod vel talis habitudo est relatio rationis: vel realis addita ipsi velle. Ad rationem: quia talis non habet esse nisi in intellectu obiective: et per consequens nullo intellectu apprehendete deus non vellent illa. producibilia: quod est erroneum: nec realis: quia dei ad creaturam nulla est relatio realis: et iterum nihil potest esse reale in deo quod non sit deus. Relinquitur ergo quod illa sit ipsummet velle diuinum: et per consequens sicut velle diuinum est simpliciter necessarium. sic et ipsa habitudo. Secundo si deus quecumque facit contingenter vult facere. ergo quecumque vult facere potest non velle facere: et quecumque voluit facere potest non velle facere: sed hoc est falsum. primo. et loquamur igitur gratia ex parte de mundo quem deus fecit et voluit facere secundum predicta: si deus voluit contingenter facere mundum. ergo potuit nolle illud facere: et si sic. ergo illud nolle potuit esse in deo: et per consequens potuit esse deus. constat autem quod quicquid potuit esse deus de necessitate est deus. ergo deus habuit et hodie habet illud nolle. Sed hoc est falsum cum iam creauerit. ergo non potuit nolle creare vel facere mundum: et per consequens de necessitate voluit creare et non contingenter. Et ex hoc concludit doctor ille: quod impossibile est velle diuinum habere aliquam habitudinem secundum quam sit verum dicere quod noluerit aut voluerit mundum creare. Propter has rationes: que tamen in virtute non sunt nisi vna: id est consequenter dicit. quod deus per nullum velle intrinsecum participans formalem rationem voluntatis determinatur ad aliquid producendum: quoniam ut dicit alius sequeretur quod deus necessitate absoluta produceret extra se: quod est erroneum. consequentia patet: quia velle diuinum est in se simpliciter et absolute necessarium: cum sit deus: et certum est quod deo volente pro aliquo instanti productionem alicuius:

de necessitate sequitur productionem illius in illo instanti: alioquin siate voluntate posset non sequi productionem: per primum voluntas dei est efficax et posset frustrari: quod deo repugnat ergo productio illa necessario sequitur aliquid simpliciter et absolute necessarium. ergo ipsa est absolute necessaria: et deus de necessitate producit quicquid producit. Preterea. Tale velle includit imperfectionem: cum sit in quadam tertia et respectu non habiti: et expectas pro fine ipsam productionem: qua habita iam cessat: quod omnino deo repugnat. Quasdam alias rationes adducit: sed quod ille procedit ac si poneret. quod velle dei esset res distincta a deo quod nullus dicit: idcirco illas non recito. Concludit ergo primum quod deus producit quicquid producit absque hoc quod determinet per aliquod velle intrinsecum ad producendum quod producit: nihilominus tamen dicitur voluntarie producere: et quod producit quod vult producere: propterea quod in sua potestate habet producere et non producere sicut si. ver. g. ignis in sua potestate et diuino haberet presentem stipulam ignem et non ignem: dum ignem diceret voluntarie ignem. Et queritur cur ignem respondet: quod vult: non quod velle exprimeret aliquod actum determinatum: sed tamen plenitudinem potestatis. Ista opinio tamen mihi apparet: nec in conclusione: nec in probationibus: continet veritatem: unde considerandum est quod vel ista opinio intendit solummodo negare deum determinari ad producendum per aliquod velle a se distinctum: et quasi adueniens deo penitus ex se indeterminato et indifferenti: et ipsum determinans ad producendum: et tunc in hoc frustra laborat: cum nunquam aliquis catholicus vel philosophus hoc dixerit: sed omnes pariter consentiant: quod sicut deus est sua scientia et notitia qua nouit quicquid nouit: sic est suum velle quo vult quicquid vult. Preterea. Sive rationes si valent non solum illud probant: sed etiam quod nec per aliquod velle a se distinctum determinat vult producere quod producit: nec ante quod producat determinate vult producere in aliquo instanti vel tpe futuro: et vult nihil vult se facere vel se factum: nec etiam non vult: et pono non vult: et vult vna: dicitur non oratio: et hinc intellectus vult quod habere sue rationes copellunt: sicut patet in scripturis: et aliqua verba exprimit: sicut supra patet cum ait. quod impossibile est velle diuinum habere aliquam habitudinem secundum quam sit verum dicere quod voluerit: aut noluerit creare mundum. Item aliter non procederet contra alios doctores: sicut in idem intendit: sic autem intellecta est conclusio vult quod falsa est. quod patet primo quidem: quod secundum eam sequitur: quod deus non ab eterno determinate aliquos voluit creare: et finaliter eis dare vitam eternam: a quibus non voluit dare: sed voluit pro suis peccatis dare eternam penam: et per primum nec ab eterno quosdam predestinauit: et quosdam reprobaui: quod est erroneum. Et patet prima: quod predestinare est velle: seu perpositum bandi vitam eternam: reprobare vero propositum non dandi: ut supra patuit. Preterea. Prophetia dicit quod quecumque voluit deus fecit: aut ergo per se voluit significatur velle diuinum determinate faciendum: ut sit sensus quod quecumque deus determinate voluit facere fecit: et habetur propositum: aut significatur solummodo potestatis diuinum faciendum: et non faciendum ut isti dicunt: et tunc est sensus: quod quecumque deus potuit facere et non facere fecit: sed constat hoc esse falsum et contra sacram scripturam et sanctos dicentes: deum multa potuisse fecisse que non fecit: et facere que non facit: ut patet per Magistrum supra distinctione. 4. Preterea. secundum ipsam positionem: aut deus precise: quod potest facere et non facere dicitur velle facere: aut quia facit: tamen quod facit potest non facere: non potest dici primum: quia tunc sequitur quod omne quod deus potest facere et potest non facere ipse vult facere: quod expresse est contra Augustinum enchirid. dicentem: quod voluntas dei multa potest que non vult: nec secundum quia sequitur quod nullam rem ante quod fieret a deo deus vellet illam facere. Cuius oppositum dicit apostolus ad Ephe. cum ait. elegit nos ante

Cap. 1. Cap. 1.

mundi constitutionem ut essemus sancti: et plura subdit ad propositum de eterna dei predestinatione et voluntate qua voluit apostolos sanctificare: et finaliter beatificare. Sed forte dicitur quod secundum opinionem premissam: deus dicit velle facere que facit: quia facit: et potest non facere: et eodem modo dicit velle se facturum: quod potest facere in futuro et non facere: et tamen facit: et ideo quod ante mundi constitutionem habuit plenam potestatem faciendi apostolos sanctos: et non faciendi: et cum hoc ipse facturus erat eos sanctos: ideo dicitur elegisse eos ut essent sancti. Sed istud non sufficit: quod pari ratione de quolibet homine: qui de aliquo fiendo ab ipso vult ad annum nunquam habuit propositum: imo nec nunquam cogitavit: posset dici quod ipse vult illud facere: quod nullus sane mentis diceret. Sic enim sequeretur quod beatus Petrus ante passionem Christi: dum erat gratia et habebat spiritum sanctum volebat negare Christum. Et similiter quilibet iustus et erigens in charitate qui aliquando facturus est aliquod peccatum mortale nunc vult facere illud: et per consequens existens in gratia est in peccato mortali: et consequentia patet: quod quilibet talis habet potestatem faciendi et non faciendi: et cum hoc etiam est facturus: patet ergo quod conclusio non est vera. Probationes quoque nihil valent: quoniam pari modo probaretur quod deus non determinate precise aliquid futurum: quod est erroneum. assumptum patet: quia scientia dei est deus: et necesse esse: sicut velle diuinum. Item non minus est possibile quod deus precise aliquid illud sit futurum quod vellet aliquid facere: et illud non fiat: ita omnis argumentatio facta de voluntione poterit suo modo formari de precise. Unde ergo ad rationes ad primam: quis vult multa impropietate. sermone: ad bonum in intellectu. secundum illud modum loquendi: dico quod nec velle diuinum: quo vult hec vel illa facere: nec eius habitudo ad ea que vult facere est contingens: sed simpliciter necesse esse: ipsum tamen velle quo vult hoc vel illud facere est contingenter velle vel voluntio faciendi illa et illa habitudo est contingenter habitudo ad illa: sicut precise de a. futuro contingenti est simpliciter et absolute necesse esse: cum ipsa sit deus: et similiter eius habitudo ad precise: que habitudo non est nisi ipsamet precise: est etiam simpliciter necesse esse: et tamen precise de a. futuro est contingenter precise de ipso: et illa habitudo est contingenter habitudo ad illud: et ideo non obstat quod precise sit necesse esse: contingenter tamen et non necessario deus vult facere que vult facere. Ad secundam concedo consequens et ulterius dico: quod deus potuit nolle facere mundum. Et cum infero. ergo illud nolle potuit esse in deo: et per primum deus. Unde ergo ly nolle: quod est subiectum huius consequentis: vel supponit per eo quod potuit esse nolle facere mundum: vel per eo quod fuit nolle facere mundum. si secundo modo: nego consequentiam: quod nullum tale nolle fuit. Si primo modo: concedo etiam illatum. Et cum inferatur. ergo illud nolle fuit in deo et deus: nego consequentiam: et tunc cum arguitur quicquid potuit deus esse de necessitate fuit: et est deus: sed nolle producere mundum potuit esse deus. igitur de necessitate fuit et est deus. vel sic. quicquid potuit esse in deo de necessitate fuit in deo et est in deo: nolle producere mundum potuit esse in deo: ergo et. concedo maiorem vtriusque syllogismi. minorem autem distinguo: quod vel subiectum supponit per eo quod fuit: et sic nego ipsam: vel per eo quod potuit esse: et sic concedo: et tunc conclusio non sequitur ex premissis: non enim sequitur. quicquid potuit esse deus fuit deus: sed quod potuit esse nolle producere mundum: potuit esse deus: ergo quod potuit esse nolle producere mundum fuit deus: et

istam concedo. Nam ipsa eadem essentia diuina que fuit deus et voluntio produciendi mundum potuit esse voluntio produciendi mundum: sicut eadem essentia ipsa fuit precise. Ad aliam qua probatur quod nullo velle intrinsecum dicitur determinatus ad producendum: quod tunc sequitur: quod deus necessitate absoluta produceret: patet primo ex solutio de prime rationis. Ad aliam rationem qua dicitur quod illud velle potest imperfectionem. nego. Et ad probationem cum dicitur quod est intendetia et respectu non habiti. dico quod si intelligat quod sit intendetia respectu non habiti quasi desiderium habendi aliquid sibi commodum vel utile aut quomodo sibi bonum quod non habet falsum est. Si autem dicat ipsum esse intendetia precise: quia est respectu alicuius futuri et non existens quod deus vult fore. dico quod istud nullam imperfectionem potest. Sed quod addit quod expectat per fine ipsam productionem: qua habita cessat. Dico falsum esse. Nam eodem velle quo vult aliquid fore antequam sit vult postquam est ipsum esse: ita quod non cessat primum velle et aliud recessit: ut iste imaginatur. Quis illo velle quo deus antequam res est vult ipsam creare postquam creata est non velit ipsam creare: sed potius conservare. Et est simile de precise alicuius. Nam illo facto presente non amplius precise de a. deo: et tamen non cessat precise de a. deo: sed remanet: licet ipsa non remanet precise de a. deo: sicut nec illud remanet futurum. Et ista simile huic dicit Augustinus. 12. de ciui. dei. ubi vult quod eodem velle quo deus vult rem non esse dum non est: vult etiam esse postquam est: ita quod non cessat primum velle: quod non sit amplius velle ut non sit. unde hec sunt verba eius. In deo non altera precedentem altera subsequens mutauit aut sustulit voluntatem: sed vna eademque sempiterna et immutabilis voluntate res quas condidit: ut et prius non essent egit: quod diu non fuerunt: et ut posterius essent quando esse ceperunt. Exemplum dicitur de igne: quod fingunt: non etiam valet ad propositum. Nam posito quod ignis haberet talem potestatem precise: ita quod non haberet voluntionem de igne: seu non vellet ignem: non puto quod aliquis sane mentis diceret quod quod ignem vellet ignem aut ignem voluntarie. vtriusque autem de deo dicit scriptura. scilicet quod vult producere et quod voluntarie producit. Ad primum argumentum principale concedo consequens: et cum probatur esse falsum. Dico ad probationem primam quod sicut mala in quantum sunt: sunt a deo: ita patet in secundo. sic etiam in quantum sunt: sunt volita ab eo: non autem in quantum mala sunt a deo: et ita intelligenda est auctoritas prophete: et in secundo hoc plenius declarabit. Ad secundam probationem falsitatis eiusdem consequentis cum dicitur quod sequitur quod deus sit omne quod sit: quia eius voluntas est eius essentia. dico quod nec consequentia nec probatio valet: sicut nec sequitur quod deus sit omne quod precise: non obstat quod eius precise est eius essentia. Ad secundam rationem dico quod causam esse necessariam potest intelligi dupliciter. vno modo quod ipsa sit et non possit non esse. Alio modo quod ipsa sit causa et non possit non esse causa seu non possit non causare. In primo sensu voluntas dei est causa necessaria: non autem in secundo: ideo non sequitur quod ea que sunt non possunt non fieri. Ad tertiam dico quod aliquid fieri a casu potest intelligi dupliciter. vno modo quod ipsum a quacumque causa sit partiali vel totali fiat casualiter: sive quod sit effectus casualis respectu cuiuscumque sue cause. Alio modo quod non sit casualis respectu cuiuscumque cause: sed respectu alicuius tamen. primo modo dico nullum effectum in mundo esse casualem: quia cuiuscumque diuina voluntas est causa totalis vel partialis: et quilibet est effectus diuine prouidentie que nihil casualiter agere potest: et per consequens nullus effectus est in mundo simpliciter casualis: quod etiam Augustinus propter tactam rationem ex intentione determinauit. 8. q. 2. super Genesim. cui etiam sententia concordat Boetius. lib. 5. de consolat. profana. 1. Secundo

q. 24. Cap. 2.

autem modo dico esse effectum aliquem causalem. i. respectu cause particularis causate a qua propter concursum alterius cause potest effectus non intetus provenire: qui si uterque fuerit non opinatus nec intetus dicitur respectu utriusque casualis. Si vero ab una intentus: ab altera autem non: respectu unius tamen iudicabitur casualis. Exemplum primi. si tam debitor quam creditor pergetes ad forum mutuo se inveniunt: cum tamen neuter perreperit ut alterum inveniatur. Exemplum secundi. si creditor pergat ut debitorem inveniatur quem scit illuc iturum: debitor autem non ideo va dat ut inveniatur vel inveniatur creditore. Inveniatur autem hunc creditor: non dicitur creditor debitorum casualiter inveniatur: sed e converso. Debitor casualiter inveniatur perhibetur creditorem: sic talis concursus respectu unius est casualis: respectu autem alterius nequaquam: ita etiam quibus effectus aliquis sit casualis respectu unius vel omnium causarum suarum causarum si plures concurrant: non tamen respectu universalis cause que est divina voluntas et providentia potest esse casualis. Ad hoc etiam faciunt plures auctoritates Aug. 3. de trinitate. que a Magistro recitantur in distinctione presenti.

Distinctio. xlvj. & xlvij. Questio. j.



**C**irca distinctionem quadragessimam sextam et quadragessimam septimam. Quero utrum dei voluntas semper impletur. Arguitur quod non: quia non omne quod deus precipit fieri fit: sed omne quod deus precipit fieri vult fieri. ergo non omne quod deus vult fieri fit: et per consequens non semper voluntas dei impletur. maior patet in peccatoribus dei mandata prevari caribus. Ad nos probatur. tum quia deus nihil precipit nisi volens: tum quia preceptum dei est signum voluntatis eius. si ergo aliquid preciperet quod ipse non vellet: iam daret signum falsum: et significaret se velle: quod tamen non vellet: ac per hoc falleret et mentiretur: factusque esset in precipiendo: que indecentia deo sunt: et per consequens impossibilia. Secundo deus non vult mala fieri: et tamen sunt. ergo non semper voluntas eius impletur. Tertio. i. ad Rom. scribit Apostolus quod deus vult omnes homines salvos fieri: sed constat quod non omnes salvantur. ergo nec eius voluntas impletur.

Cap. 2.

**Contra** deus fecit. Item Magister dist. 45. voluntas dei impleta esse non potest.

**Respondendo** primo mittende sunt aliquae distinctiones pro intellectu questionis: deinde dicendum ad questum.

**Quantum** ad primum dicitur communiter quod hoc nomen voluntas siue hoc totum voluntas dei sumit proprie: et sic significat ipsam voluntatem seu beneplacitum divinum: quod non est aliud quam ipse deus volens. Aliquando etiam sumit improprie et metaphorice: et sic significat non ipsam beneplacitum dei: sed aliquid aliud quod est signum eius: et quia plerumque signa nominantur nominibus significatorum sicut subventio exhibitio pauperi vocatur misericordia et pietas pro eo quod signum est misericordie et pietatis ipsius subventio: et testamētum hominis dicitur voluntas eius pro eo quod eam designat: ideo et aliqua quibus nobis significatur voluntas que deus est siue quid deus velit: in sacra scriptura vocantur divina voluntas. huiusmodi sunt preceptum consilium et prohibito operatio: permissio: sicut dicit Magister et de singulis ponit auctoritates in lra. 45. dist. et ob

hoc aliquando scriptura: ut ait Magister pluraliter voluntates dei pronuntiat sicut ibi Magister. opera dicitur: quia in omnes voluntates eius: cum tamen voluntas eius qui ipse est: unica sit et simplex: et per hunc modum intelligenda est cōis distinctio voluntatis dei in voluntatem signi et voluntatem beneplaciti per intransitivam utrobique constructionem: ut videlicet non sit distinctio de notis in deo aliquas distinctas voluntates: sed distinctio nominis per suas significationes propriam et tropicam seu figuratam et figurativam. Rursum voluntas dei per se significat eius eternam beneplacitum potest dividi in voluntatem simplicis complacētie et displicētie seu simplicis voluntatis et nolitionis: et in voluntatem prosecutionis et fuge: non quod sint aliquae diverse voluntates in deo: et aliqua simplex: aliqua vero non simplex: sed quodammodo supra dist. 32. distinguebatur scientia dei in scientiam simplicis notitie et iudicialis qua videtur aliquid esse vel non esse que non sunt in deo diverse: sed eadem eius scientia est notitia simplex aliquorum et aliquorum iudicium seu notitia entitativa. Sic correspondet postquam de distinguere de voluntate ut simplici notitie respondet simplex voluntas et nolitio. Iudicialis vero respondet prosecutioni et fuga iuxta modum loquendi philosophi sexto ethico r. ubi ait. quicquid est in intellectu affirmatio et negatio hoc est in appetitu prosecutionis vel fuga. est autem prosecutionis appetitus velle aliquid fieri vel esse. fuga vero nolle esse vel fieri: ita quod utraque est respectu obiecti complexi tantummodo siue enuntiabilis: sicut affirmatio et negatio intellectus. Quod autem in nobis simplex intelligentia et affirmatio et negatio seu iudicium affirmativum vel negativum distinguatur: et similiter simplex voluntas et nolitio et prosecutionis vel fuga. In deo tamen una eademque simplex essentia est simplicium notitia et complexorum iudicium et voluntas bonorum: et nolitio malorum: et prosecutionis aliorum: et aliquorum fuga. Rursum voluntas signi subdividitur. Nam quedam sunt signa voluntatis simplicis complacētie: scilicet preceptum: prohibitio: et consilium. quedam autem voluntatis prosecutionis et fuge: ut operatio aut permissio: et differunt. Nam operatio est signum affirmativum voluntatis prosecutionis id est significans: quoniam quecumque deus operatur illa vult: sed permissio est signum fuge id est voluntatis negativum id est significans deum non velle illud quod permittit. Quod enim illa que deus permittit qualia sunt quod homines peccent: et dei mandata prevari centur deus possit nolle et si nollet utique non essent. Ideo finens talia esse volens dicitur sinere: non quia illa velit esse: sed quia non velit illa non esse. Et quia hoc nomen voluntas aliquando generaliter sumitur ad voluntatem et nolitionem: ideo etiam permissio dicitur signum divine voluntatis: et quod deus vult fieri illa que permittit. Hoc modo loquitur Augustinus in enchiridion. q. non ergo sit aliquid nisi omnipotens fieri velit vel sinendo ut fiat vel ipse faciendo. Et postea subdit et declarat quod dictum est ab omnipotenti inquit bono cui proculdubio quod facile est quod vult facere: tam facile est quod non vult esse non sinere. Et post dicit: nec utique nolens sinit: sed volens id est sponte et libere: sicut etiam voluntas creata potens aliquid nolle si libere desisteret a nolendo: vel potius non eliceret actum nolendi circa illud dicit posset nolens non nolle illud. Alia vero signa scilicet preceptum et prohibitio: que etiam est preceptum negativum: et consilium signa sunt voluntatis simplicis complacētie et displicētie: preceptum quidem affirmativum quod absolute preceptum vocatur: et etiam cōsiliium sunt signa complacētie seu voluntatis et approbationis: non quidem absolute: sed per se quod et conditione: verbi gratia. precipiat deus alicui ut subveniat indigentibus: tale preceptum non est signum: quod deo placet quod iste subveniat indigentibus. Nam possibile est non obstante pre-

Cap. 1.

Cap. 11.

Cap. 12.

Cap. 1.

Cap. 4.

Cap. 5.

cepto quod non subveniet et ponitur sic esse: sed signum est quod si iste subveniet hoc utique deo placeret. sic etiam est de consilio. Et eodem modo prohibitio signum est quod si is cui quicquam prohibet deus facere faceret: utique deo displiceret. Sed advertendum est quod in preceptione aliquando aliud est quod precipitur et aliud propter quod precipitur. sicut patet in precepto facti Abrahę de immolando filium: precipiebatur autem siquidem imolatio: hec enim significabat illa oratio preceptiva ad eum facta: sed precipiebatur propter probationem vel manifestationem obedientie ipsius Abrahę: ita est de prohibitione: sicut patet in illo sanato cui precepit Iesus ut nemini diceret miraculum in evangelio Marci. quod ideo preceptum est ut doceret non esse appetendam mundanam gloriam de operibus nostris. Item etiam et de consilio potest esse. verbi gratia. quod precipitur aliud est ab eo propter quod precipitur: quod frequenter contingit in preceptis specialibus ad singulares personas datis: tunc preceptum est signum divine complacētie ad illud propter quod sit preceptum. i. signum est quod illud propter quod sit preceptum deus approbat et complacet in eo: et sit est de displicētia respectu eius propter quod sit prohibitio: ubi autem non distinguuntur illa: sed quod precipitur ideo precipitur ut fiat: tunc quod precipitur est volitum tali complacētia: et talia precepta sunt quasi omnia que communiter ad omnes data sunt si ad intellectum precipientis intelligantur: quod dico propter figuratas locutiones preceptivas que ad intellectum dicentis intelligende sunt: ut in simili satis in. 4. 2. dictum est. Cum ergo queritur utrum voluntas dei semper impletur: cum semper voluntas dicatur alicuius impleri cum illud sit quod ipse vult fieri: et sicut vult: et propter quod vult fieri: et sic de alijs circumstantijs: aut cum illud quod non vult fieri seu vult non fieri non sit. patet quod questio proprie et directe non intelligitur nisi de voluntate que est circa aliquid fieri vel non fieri: esse vel non esse: aut aliquid aliud enuntiabilium: et ideo directe non cadit intellectus conclusionis super voluntatem beneplaciti simplicis complacētie in quantum huiusmodi: sed tantummodo super voluntatem beneplaciti prosecutionis et fuge: ut sit sententia. quod vult omne quod deus vult fieri fiat: aut quod vult esse sit: et sic de alijs. Et utrum omne quod non vult esse seu vult non esse non sit: et hoc dico si hoc vocabulum proprie sumatur. Si autem etiam improprie et metaphorice pro voluntate signi adhuc super illa potest recte cadere intellectus. quod saltem quantum ad preceptum prohibitionem et consilium. Intellectus igitur questionem de voluntate dei per se est voluntas prosecutionis et fuge: per quem modum in proposito procedit intellectus sanctorum: et de voluntate etiam signi ponitur duas conclusiones. Prima est. quod voluntas beneplaciti semper impletur. Secunda quod non semper impletur voluntas signi: et utraque intelligo cum constantia subiecti: id est supposito deum aliquid taliter velle vel nolle. Primum conclusionem proba: quia si non semper impletur: aut illud quod tunc vellet vel nollet esset simpliciter impossibile: aut possibile. Non primum: quia tunc voluntas dei esset irrationabilis. Stultum enim est aliquid velle esse quod est omnino impossibile esse: aut nolle non esse quod simpliciter est impossibile non esse. Nec secundum: quoniam tunc sequitur quod voluntas dei non esset omnipotens: quia non omnino possibile esse potest facere esse: vel non omnino possibile non esse potest facere non esse. Nam si vellet et posset utique faceret: ideo dicit Augustinus in enchiridion. quod omnipotens inaniter velle non potest quodcumque voluerit. Et paulo ante premissit quod necesse est fieri si voluerit. Hanc rationem tangit ipse ibidem. d. quod ab omnipotenti bono. i. deo quod facile est quod vult esse facere: tam facile est quod non vult esse non sinere: hoc nisi credamus periclitatur ipsum nostrum si-

dei confessionis initium: qua nos in deum patrem omnipotentem credere confitemur: sed non ob aliud veraciter vocatur omnipotens: nisi quoniam quicquid vult potest: nec voluntate cuiuspiam creature voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Et capitulo sequenti: et ubi est inquit illa omnipotentia que in celo et in terra omnia quecumque voluit fecit: si colligere filios Hierusalem voluit et non fecit: ubi patet cum inferre congregasset et eodem modo inferri posset ex quolibet alio quod vellet et non faceret: si aliquid eiusmodi esset. Secundo si aliquando non impletur. ergo aliquid et tunc resisteret/aut prohibendo fieri quod ipsa vellet fieri/ aut faciendo quod ipsa nollet fieri/ vel vellet non fieri contra Apostolum d. ad Rom. voluntati eius quis resisteret. per que verba per intellectum sanctorum non solum resistentiam de inesse: sed etiam de possibili negat: aliquid etiam ut eodem modo patet vinceret eam. contra Aug. d. in enchiridion. dei omnipotentis voluntas semper in vincit. Ad hoc est illa auctoritas scripture Sap. ubi sapientis ait deo. virtutem ostendimus tu qui non crederis esse in virtute consumatus. Et paulo post sequitur. subest enim tibi cum volueris posse non subest autem posse cum vellet si aliquando in explata remaneret. Secunda conclusio satis est nota: quoniam ut dicit Magister. Et clarum est: precipit hominibus deus multa que non faciunt: et prohibet que non cavent: et consiliat que non implent. Ad rationes principales. Ad primam dicendum quod si intelligatur per totum de voluntate signi conclusio veritatis: et pro secunda conclusione. Si autem de voluntate beneplaciti prosecutionis/vel fuge. minor non est vera. Nam precepit deus abrahę ut filium immolaret: et tamen deus voluit illud: sed tantummodo probationem fidei et obedientie abrahę: et sicut voluit ita factum est: quod autem non voluit illum immolare filium. patet quia cum reuocavit noluit: ergo et semper ante noluit: alioquin nova nolitio fuisset in eo: et mutatio voluntatis: noluit ergo quod precepit: sed voluit illud propter quod precepit: non solum autem in preceptis factis ad tentandum/vel probandum: sed etiam in factis precise ad exequendum: deus non omne quod precepit fieri vult fieri: aut quod prohibet vult non fieri: vel saltem non ab omnibus quibus precipit: immo a nullo qui non implet vult impleri: quod dico propter precepta generalia que ab aliquibus implentur/ et ab aliquibus non. Tunc ad primam probationem minoris que est quod deus nihil precipit nisi volens: hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo nisi volens precipere: et sic concedo: sed non probatur ex eo intentum. Alio modo nisi volens illud fieri quod precipitur: ut fiat: et sic nego. Ad probationem cum dicitur quod preceptum dei est signum voluntatis eius. Respondedo quod verum est voluntatis simplicis beneplaciti: et hoc vel quantum ad id quod precipitur/vel quantum ad id propter quod precipitur: complacet enim in omni bono actuali/vel potenciali et semper illud propter quod precipit: bonum est actuale vel potentiale: et omne etiam quod precipit non propter aliud: sed ut id ipsum fiat: contingere tamen potest ut is aliquando cui sit preceptum propter aliud. et non ut ipsum quod precipitur eveniat: estimet deum velle id quod precipitur fieri: qui in hoc decipitur: licet inculpabiliter: non tamen deus decipit illum/ nec fallit: sicut in simili supra dictum est de figuratis locutionibus et gestis in quibus deus non inquitur: nec fallit: quibus exinde alios aliquando falli permittat: sed voluntatis prosecutionis que semper ponit effectum in esse non est signum ipsum preceptum: sicut nec in nobis deus precipiens aliquid fieri agit ad id quod precipit/ nec seruum iuuat que iuuare posset: et per consequens nec voluntate efficaci que mouet alias potentias ad executionem vult illud fieri quod precipit. Et si dicat quod vult voluntate remissa: quibus

Cap. 105.

Cap. 9.

Cap. 112.

Cap. 12.



Articulus

Questio

Distinctio

eadem difficultas sicut de voluntate beneplaciti: quonia quecunq; deus operat ipse vult: et ideo simul de ista videbitur...

numquam videre deum: et nunquam esse beatum: sed hoc est falsum: quia licite potest regere deum pro finali salute sua: et per consequens potest licite velle saluari...

Explicit lectura primi sententiarum fratris Gregorii de Arimino: sacri ordinis heremitarum sancti Augustini. Theologie professoris precellentissimi prioris generalis...

Cap. II.

Cap. II.

Tabula

Sti sunt questionum articulo tituli: q in hoc primo sententiarum aucterici...

Tabula

Utrum spūs sc̄tus non pcederet filio nō distingueret ab eo. lxxij.
Utrum spūs sc̄tus non pcederet filio nō distingueret ab eo. lxxij.
Utrum spūs sc̄tus non pcederet filio nō distingueret ab eo. lxxij.

Utrum aliqua relatio sit vera res existēs nō per operatio- nem anime. 2. habet duos articulos. cxxij.
Utrum aliqua relatio sit vera res existēs nō per operatio- nem anime. 2. habet duos articulos. cxxij.

Tabula

effectū aliquē actu infinitū. 2. cōtinet tres arti. cxxvij.
Utrum voluntas dei sit oīm que sunt prima efficiēs causa. cxxvij.
Utrum voluntas dei sit oīm que sunt prima efficiēs causa. cxxvij.

Utrum actus volendi vel odiēdi: per cōsequēs frui- tio est quedā notitia. Adā opinio. dl. i. q. 2. arti. i. in prin.
Utrum actus volendi vel odiēdi: per cōsequēs frui- tio est quedā notitia. Adā opinio. dl. i. q. 2. arti. i. in prin.

## Tabula

quomodo sunt synonyma. ibidē art. 4. Augmentū.  
¶ An augmentū formatū magnitudinis et multitudine possit esse infinitum: quere infinitum de augmento charitatis et intentione aliarum formarum fin gradus: quere charitas dist. 17.  
¶ Beatitudo sumit tripliciter. s. p. obiecto beatifico quod est deus. 2. p. beatitudine formaliter nos efficiēte. 3. p. beatitudine primā et secundā comprehendēte. dist. 1. q. 3. art. 1. iuxta finem in responsione ad aucto. p. scda opinione. Charitas  
¶ Aliquis non habēdo habitū charitatis infusum stante dei ordinatione potest deū meritoze diligere. opinio. dist. 17. q. prima. arti. primo in principio.  
¶ Stante dei ordinatione sine tali habitu non est possibile deū meritoze diligere: ibidem arti. primo.  
¶ Esse carus deo potest sumi dupliciter. Uno modo prout idē est quod esse ordinatū ad vitam eternā finaliter obtinendam sicut sunt electi. Alio modo idē est quod esse in statu vel dispositione in qua si perseuerauerit deus illi dabit vitam eternā: ibidē. arti. 2. in principio. possibile est de potentia dei absoluta aliquid esse deo carū: non habēdo habitū charitatis infusum. ibidem. conclu. prima.  
¶ Anima non habēdo talem habitū non posset esse deo cara. obijcitur ibidem in obiectionibus.  
¶ Possibile est aliquid non esse deo carū habēdo charitatem infusam: ibidē. cōclu. 2. et obijcitur cōtra. possibile ē aliquid non habēdo habitū charitatis diligere deū meritoze: ibidē cōclusionē. Cōtra quā obijcitur multipliciter.  
¶ Charitas potest augeri. dist. 17. questio. 5. articulo. primo. conclusione prima.  
¶ Charitas vel alia forma non augetur ex hoc precise deputatur vel minus miscetur cū suo cōtrario: ibidē conclusione scda. Et quomodo intelligitur Augu. dictū quo inquit. Charitas venenū est spes adipiscendū. Et eius nutrimentū est imitatio cupiditatis etc. Et illud minuit cupiditas charitate crescente. Charitas capitur dupliciter: scilicet pro infusa et acquisita. Et pro actu vel habitu: ibidē obijcitur cōtra scdam conclusionem.  
¶ Charitas augetur per nouum gradum adueniētem et non per maiorem dispositionē subiecti et obiectiones contra hoc ibidem conclusione tertia.  
¶ Non est necesse in augmento charitatis corrūpi charitatem preexistētem vel gradus. Et nota bonas rationes ibidem conclusione quarta.  
¶ Intellō charitatis aut alterius habitus acquisiti potest fieri in tēpore: ibidē. arti. 2. in principi. conclu. pri. dubij. 1. vbi post obijcitur. 7. argumentis possibile est charitatem augeri a deo in tēpore cōtinuē: ibidē cōclusionē scda.  
¶ Quelibet charitas infusa vel acquisita actus vel habitus per diuinā potētiam potest minui. ibidē du. 2. cōclu. pma  
¶ Actus charitatis siue infuse siue acquirete potest naturaliter minui: ibidem conclusio. 2. et 3.  
¶ Habitus charitatis infuse non potest stāte dei ordinatione minui p actus suos demeritorios: ibidē cōclu. 4.  
¶ Quid est feruore charitatis minui per peccata venialia: ibidē in pbatōne cōclusionis. 4. et statim obijcitur. 4. argumentis contra eandem conclusionem. 4.  
¶ Charitas in infinitū augeri potest. dist. 17. q. 6. conclusione. 3. Vbi postea queritur. An ipsa anima in infinitum sit maioris charitatis susceptiua. an non sit susceptiua quanticūq; gradus charitatis: et dat duas vias respondēdi: quarū nullā pro tunc reprobatur nec approbat: quere de hoc infinitum. Lausa.  
¶ Lausa potest dupliciter sumi et altero modo: pater est causa filij. Alio modo non. distinctio. 9. questio. prima in decisione questionis.  
¶ Quid vocat doctores primā causam efficiētē. Et quot modis aliquid dicitur causa efficiens alterius. distinctio.

ne. 45. questione prima. in decisio. questio.  
¶ Aliquid dicitur causa efficiens alicuius: quia facit post non esse: vel quia conseruat ibidem.  
¶ Omnia que sunt voluntas dei dicitur esse causa mediate vel immediate de non esse ad esse producēs: ibidē cōclusionē prima. Et etiā immediate cōclusionē. 2.  
¶ Omnia que facta sunt est causa immediate in esse conseruat: ibidem. conclusione tertia.  
¶ Quorūcūq; aliquo predictorum modorum deus est causa ipse est causa prima: simpliciter: ibidē. cōclu. 4.  
¶ Non omnia que fiunt et sunt solus deus est immediate causa producens nec factorum conseruat: ibidē. cōclusio. 5. que impugnat argumentis. 4. vbi nota.  
¶ In responsione ad quartū: quod est alius modus causandi vel cōseruandi quo cum alio cōseruat ab eo quo se solo.  
¶ Idē effectus potest esse a diuersis causis agentibus: et quomodo ibidē in responsione ad primā obiectionem.  
¶ Omnia quorū deus est causa vel que facit seu conseruat: libere et non necessario facit et cōseruat. Et omnia quorū est causa vel facit: contingenter vult facere. ibidē. conclusionibus sexta et septima.  
¶ Contra predictā conclusionem. 7. obijcitur ibidem.  
¶ Causam esse necessariam potest dupliciter intelligi: vel quod habeat necessario esse: vel quod necessario causet. ibidē in responsione ad argumentū principale questio. Lausa.  
¶ Aliquid fieri a casu potest dupliciter sumi. Uno modo quo ad oēm suā causam. Alio modo solum quo ad aliquid quā causam. primo modo nihil fit a casu. scdo modo aliquid fit a casu. ibidem in responsione ad argumentū tertium principale questio. Lognitio.  
¶ Nulla cognitio est cognitio distincta sui ipsius. dist. 1. q. 3. arti. 3. conclu. 5. quere notitiam.  
¶ Que et qualis cognitio de deo in via possit haberi et quibus cōceptus. dist. 3. q. 4. per totum. quere deus.  
¶ Quid sit cognitio intuitiua et quod abstractiua: et quod differūt. ibidē. questio. 3. arti. primo. quere notitia.  
¶ Deus omnia cognoscit intuitiue et nihil abstractiue. dist. 35. conclu. prima in responsione ad decimā obiectionem. versus finem questionis.  
¶ Quid est aliquid cognosci p discursus: et quot modis cōtingit. dist. 3. questio. 4. in responsione ad quartam rationem principale questio. Conclusio.  
¶ De cōclusionē theologica et quid sit. q. prima. prologi. articulo secundo. conclusione tertia.  
¶ Que cōclusio demonstrationis est actus distinctus ab actu cognoscendi et actu assentiendi opinio cū suis motiuis: ibidem. articulo. tertio in principio.  
¶ Conclusio demonstrationis metalis est cognitio et assensus de sic esse sicut ipsa enūtiat: ibidē: cōclusionibus prima scda et tertia. et per cōsequēs non sunt distincti actus.  
¶ Non omnium conclusionum theologiarum vel alterius scientie est vnus habitus numero: neq; specie specialissima. questione tertia. prologi. articulo tertio. conclusione prima. in principio.  
¶ Sed omnium talium conclusionum est vna cōmunitas theologica: que modo omnium conclusionum medicinalium: ibidem. conclusio. secunda.  
¶ Quod pluriū cōclusionū sit vna sciētia: et quod non: ibidē arti. 2. quere etiā sciētia. Lōceptus.  
¶ De cōceptu vero et ficto vniuersali et particulari: et quo modo fiunt. distinctio tertia. questione prima. articulo secundo in declaratione dubij quarti.  
¶ Lōceptus cōnotatiuus est in se simplex: et ois talis est ad placitū significatiuus. q. 4. cōclu. 4. ibidem.  
¶ In quo conceptu deus est nobis in via cognoscibilis:

## Tabula

ibidem. q. 4. per totum: quere deus. Futurum.  
¶ Quid est futurum contingens proprie: et quod res est contingens esse/aut non esse. dist. 38. questione. 2. per totum principale articulo. 3. quere etiam esse.  
¶ De futuris contingentibus: quomodo deus est prescius. quere futurum.  
¶ De preteritis et abstractis quō et quā sunt synonyma. dist. 8. q. 2. arti. 4. per totum: quere attributū. Contradictio.  
¶ Impossibile est vnā partem cōtradictionis per vnā causam esse veram: et alteram per aliam causam simul. q. scda prologi. articulo scdo. in probando conclusionem secundam contra quandam responsionem.  
¶ Possibile est cōtradictoria simul verificari successiue abiq; motu locali/vel positione noue rei/ seu destructione vel abiq; lapsu tēporis que sit in causa. dist. 14. q. 1. arti. 1. in probante conclusionis. 3. in correlario.  
¶ Non est sic possibile cōtradictoria successiue verificari etc. obijcitur ibidem articulo secundo. in obiectione contra correlarium conclusionis tertia.  
¶ Talis successiua cōtradictorium verificatio potest esse abiq; rei mutatione. dist. 17. q. 1. arti. 2. in responsione ad septimā obiectionem. contra conclusionem primam.  
¶ Impossibile est cōtraria simul esse in eodem subiecto primo naturaliter. dist. 17. q. 3. arti. 2. conclusione prima.  
¶ An per dei omnipotentiam cōtraria sint/vel simul esse possunt. Nota motiua pro et contra: et neutra pars determinatur ibidem. eodem arti.  
¶ Cōtraria simul esse naturaliter possunt obijcitur: et nota multa bona in solutionibus: ibidem in obiectione contra conclusionem primam.  
¶ Cōtraria accipiuntur pro rebus extra aiām. aliquid pro terminis: ibidem in responsione ad octauā obiectionem.  
¶ Quomodo moueri sursum et deorsum sunt cōtraria et quomodo non: sic moueri potest aliquid pura musca moueri simpliciter sursum et deorsum in respectu: ibidem.  
¶ Quomodo debet intelligi. mediū componitur ex cōtrariis: et quotuplex est mediū: et quot modis capitur cōlor mediū: ibidem post in responsione ad auctoritatem philosophi.  
¶ Quomodo debet intelligi. agēs cōtra cōscientia/ siue rectā/ siue non peccat. dist. 1. q. 1. arti. 1. in fine: et in responsione ad obiectionē quintā. Consequentia.  
¶ Quomodo istud dictum (quod aliqua consequentia est bona. ergo eodē addito vtrobiq; adhuc erit bona) habet veritatem: et quomodo non. dist. 1. q. 3. articulo. 2. in responsione ad quartam obiectionem conclusionis. secunde. et etiam dist. 3. q. prima. articulo. 3. dubio. 2.  
¶ Quare ista cōsequētia non valet: essentia diuina est pater generans/vel est pater filij. ergo essentia est generans. dist. 8. q. 1. in responsione ad 4. rationem principale. q.  
¶ De veritate talium consequentiarum. In infinitū minor: albedo/ quod ista fuit acquisita. ergo ista albedo est infinita. In infinitū aliquis numerus est maior: binario. ergo binarius est infinitus in paritate. dist. 17. q. 2. in responsione ad obiectionem. 1. Deus.  
¶ Deus alicuius theologie est subiectū: et alicuius non: sicut quod diuersimode accipit theologia simpliciter/ vel collectiue. q. 4. prolo. arti. 2. in principio.  
¶ Deus in quantum deus est primum subiectum in theologia secundo modo accipiēdo theologiam. ibidem. conclusione prima.  
¶ Deus non in quantum deus absolute/vel sub ratione deitatis est subiectum theologie: scilicet contracte: ibidem. conclusione secunda.  
¶ Deus sub ratione qua glorificator est et contracte est subiectum theologie. ibidem conclusione tertia. contra quam obijcitur. 10. obiectionibus.

¶ Deus non est a nobis pro statu vie cognoscibilis immediate in seipso. dist. 3. q. 4. conclusione prima.  
¶ Deus non est cognoscibilis in aliqua propria specie/vel conceptu simplici sibi proprio naturaliter eius representatiuo: ibidem. conclusione secunda.  
¶ Deus est a nobis cognoscibilis in via in aliquo conceptu simplici proprio ad placitum instituto et cōnotatiuo. ibidē. conclusione quarta.  
¶ Deus est a nobis cognoscibilis in aliquo conceptu cōmuni simplici naturaliter representatiuo: non tñ propria cognitione et distincta et in via: ibidem. conclusione. 5.  
¶ Deinde arguit contra conclusiones. 1. et 2. ibidem.  
¶ Deus in sacra scriptura aliquādo ponitur supponere pro hypostasi: aliquid pro natura cōmuni. dist. 4. questione prima. in decisione questionis in principio.  
¶ Nec est concedenda. deus genuit deum: similiter ista. deus non genuit deum: et hec est neganda. Non deus genuit deum: et similiter diceretur de persona ibidem.  
¶ Negantes istam deum est trinitas: et concedentes istā. trinitas est deus. male dicunt. ibidem.  
